

SCRIPTORUM VETERUM NOVA COLLECTIO.

HICPOSITAESTANIMA DVLCES
INNOCASAPIENSETPVLCRA·NOMINE·
QVIRIACEQVEVIXIT·ANNOS·III·AA·III·D·VIII
☧ INPACEIIII·IDIAN·CONSS·DN·TEVDOSIOAVG·II
ETMEROBAVDE·VOIII

PARENTESFIIIO· VIMX
AXVNGIO BENE· DPVIKAL
MERENTI INPACE OCT
QVI·VIXITANNIS

SCRIPTORUM VETERUM
NOVA COLLECTIO
E VATICANIS CODICIBUS EDITA

AB ANGELO MAIO

BIBLIOTHECAE VATICANAE PRAEFECTO.

TOMUS V.

ROMAE

TYPIS VATICANIS

M. DCCC. XXXI.

LECTORIBUS
ANGELUS MAIUS.

I. Saepenumero accidit sive in rerum utilium inventionibus, sive in variis humanorum ingeniorum molitionibus, ut quae plures homines diversis temporibus regionibusque vel animo cogitarunt, vel publice verbis spoponderunt, vel imperfecto opere conati sunt, ea demum ab uno aliquo praestante viro, et prae ceteris vel laborifero vel felici, ad optatum exitum perducerentur. Huius rei nuperum orbi litterario exemplum suppeditavit vir doctissimus, et meus in vaticanae bibliothecae praefectura decessor, Caietanus Marinius, qui a multis excogitatam promissamque, partim etiam opere inceptam et ad mediocrem corporis molem provectam christianarum inscriptionum collectionem, tandem aliquando quatuor grandioris formae mss. voluminibus, quae supremis tabulis bibliothecae vaticanae legavit, haud sane (in graecis praesertim) integram, quod a nemine omnino fieri potest, sed certe prae ceteris cumulatam, conficere connisus est. Latina christianarum inscriptionum princeps congeries videtur illa mihi quam vaticanus palatinus codex 833. nobis conservavit, qui codex saeculo circiter XI. scriptus, pertinuit olim ad satis nobile in eruditorum annalibus monasterium Laureshamense; ex quo deinde Heidelbergam ad augendam palatini Electoris bibliothecam commigravit, quam postremo ad romani Pontificis vaticanas aedes translatam comitatus est. Verum is codex, dum adhuc Heidelbergae maneret, Iani Gruteri diligentiam non latuit, a quo totus in suo famigerato priscarum inscriptionum corpore, anno MDCII., quamquam non satis fideliter, divulgatus fuit. Ea scilicet paulo minus ducentis epigrammata sunt, quorum pleraque in romanae urbis ecclesiis olim erant perscripta; nunc autem propemodum omnia sempiterno interitu exolevissent, nisi iis benemeritus palatini codicis scriptor vitam prorogasset. Dum enim romana urbs idemtidem renovaretur, dum neoterica priscis templa succe-

Collectiones mss. veteres christianarum inscriptionum.

derent, nondum nato eruditae vetustatis amore, nullo conservandorum operum vigente studio, incredibile dictu est quanta strages monumentorum omnis generis edita sit. Neque Romae tantummodo sed per universam ferme Europam, quum saeculo Christi XI. cunctae propemodum basilicae reformatae certatim sint (1), scripta in his monumenta passim perierunt. Scio equidem codicem einsildensem inscriptionum veterum a Mabillonio in analectis T. IV. p. 481. nono post Christum natum saeculo adtribui; verumtamen quia is libellus non tam christianam quam miscellam, immo plerumque ethnicam, collectionem continet, idcirco laus antiquissimae apud Latinos christianorum epigrammatum sylloges ad palatinum volumen adhuc redundat. Nequid dicam de codice closterneoburgensi, quem Marinius in adnotationibus saepe appellat, et cuius ipse apographum a cl. Garampio Vindobona sibi transmissum habuit: namque is palatino nostro recentior est, mixtumque ex ethnicis christianisque epigraphis cinnum tenet. Atque in hac mixti generis classe alius quoque palatinus codex est (nunc Heidelbergam postliminio relatus) graecus ille videlicet nobilissimus Cephalae, qui christianorum ethnicorumque epigrammatum anthologiam complectitur. Ceteros, qui utriusque generis inscriptionibus abundant codices, nec facile est numerare nec voluntatis meae: etenim tot vel una Pontificis maximi bibliotheca possidet, ut peculiari libro ad eos pro dignitate enarrandos opus sit.

Collectiones inscr. christ. editae.

II. Iam in libris typorum beneficio editis quantus sit christianarum inscriptionum numerus, nemo in studio epigraphicae rei paululum versatus, et libraria eiusmodi supellectile mediocriter instructus, nescit. Gruterus quidem palatinam poëticam ut iam dixi, syllogen, itemque aliam prosa oratione in calce ethnicarum edidit; ante quem iam bene Martinus Smetius de christianis inscriptionibus, quarum certum numerum extulit, meritus fuerat. Fabrettus octavum operis caput, et alia sparsim loca, Christianorum monumentis refersit. Reinesius totam suam classem vigesimam christianis lapidibus occupavit. Donius classem pariter vigesimam eodem argumenti genere implevit; Passioneius in tusculanae villae marmori-

(1) Sic affirmat Glaber Rodulphus antiquus historicus apud Duchesnium T. IV. scriptt. francicor. lib. III. cap. 4.

bus duodecimam; Bonada decimam; Marinius noster in inscriptionibus nobilissimae albaniae gentis sextam; in veliternis item sextam Cardinalius. Gorius T. III. p. 305 — 360. non spernendum numerum christianorum titulorum exhibuit. Fleetwoodus, Gudius, atque Oliverius, collectionum suarum postremam partem christianis epigraphis addixerunt. Boldettus in eximio de romanis coemeteriis opere innumeras fere Christianorum veterum epigraphas divulgavit. Auctor corporis poëtarum lat. Pisauri editi tomo VI. p. 277—282. christiana epitaphia posuit. Porro multo maiorem christianorum lapidum numerum Muratorius quarto in tomo thesauri sui collocavit. Grandem quoque christianarum epigrapharum copiam ostentant Margarinius et Nicolaus in monumentis basilicae ostiensis; Marangonius in appendice ad acta S. M. Victorini, et in opere de profanis rebus ad ecclesiarum christ. usum ornatumque translatis; Odericus in sylloge inscr., Lupius in epitaphio S. Severae; Lancillottus et Gualtherius in marmoribus siculis; Capacius in antiquitatibus neap.; descriptores Romae subterraneae Bosius, Severanus, Aringius, atque Bottarius; Ciampinius in monumentis atque in aedificiis: et qui aeternae urbis ecclesias vel sacra cetera enarraverunt, veluti praedictus Severanus, Panvinius, Hugonius, Turrigius, Davanzatus, Sidonius, Laderchius, Rasponius, Memmolus, Nerinius, Rondininius, Martinellius, Philippinius, Millinius, Iacchettius, Crescimbenius, Alemannus, Monsacratus, Dionysius, Borgia, Cancellarius, aliique. Quorum aemuli fuerunt Bertolius et Rubeus in rebus sacris aquileiensibus; Spretus, et Beltramus in ravennatensibus; Blancolinius in veronensibus; Vermiliolius in perusinis; Remondinius in nolanis; Frisius in modoëtiensibus, Galiardus, Totus, aliique in brixianis, Allegrantia, et Bugatus in mediolanensibus; Labusius in ambrosianae mediol. basilicae monumentis et in sanctorum fastis; alii plurimi in aliis. Neque vero silere licet quantopere de christianis epigraphis meriti sint graeci historici varii quos dicimus byzantinos, nec non Bandurius et Duchesnius in antiquitatibus cpol.; Baronius magnus in annalibus, Ughellius in Italia sacra, Floresius in Hispania item sacrâ, Sammartanus in Gallia christ., Bollandiani in sanctorum actis, Moralius et Mariana in historia hispanica, Blanchinii duo in Pontificum rom. vitis et in ecclesiasticae histo-

riae demonstratione, Sponius in miscellaneis, Sirmondus in variis scriptis, Mabillonius in analectis aliisque scriptis, Holstenius et Suaresius tot conficiendis epigrapharum schedis, quae apud Barberinios aliosque depositae non parum Marinio profuerunt; Maffaeius in museo veronensi, Ficoronius in gemmis et sigillis, Bonarotius in sacris vitris, Paciaudus et Mamachius in antiquitatibus christianis, Browerus in annalibus trevirensibus, Sponius, Welerus, atque Pocochius in itineribus, Fontaninius in disco aliisque operibus et in adversariis mss. apud Marinium, Oldoinus, Lamius, Anastasius, Vignolius, Amadutius, Pratillus, Pellicia, in operibus quisque suis: et si pergere porro velim, infinitus sim. Singularem ceteroqui commemorationem meretur is qui aetate nostra vixit Aloysius Gallettus, in vaticana bibliotheca scriptor latinus, deinde episcopus, qui christianarum inscriptionum nonnulla volumina edidit, et plura apud nos edenda reliquit: quae quidem saepius infimi aevi monumenta sunt; verum iisdem multa quoque immiscentur aetatis priscae, et quae ad marinianam collectionem aevi miliarii prorsus adtinent.

Collectiones cogitatae aut coeptae.

III. Nunc et illi partim saltem commemorandi sunt, qui christianarum inscriptionum collectioni studuerunt quidem, sed in lucem non ediderunt. Inscriptiones antiquarum Romae ecclesiarum in farnesiano codice conservatas memorat Marinius in quadam scheda: quem ego codicem cum Farnesiorum bibliotheca Neapolim migravisse valde arbitror. Petrus, quem Sabinum a patria dictum puto (fuit enim M. Antonii Coccii sabellici auditor quem Variae natum in Sabinis scimus) sub XV. saeculi finem antiquarum inscriptiorum volumen ex marmoribus Urbis, musivis, atque codicibus mss. sibi confecisse et Gallorum regi obtulisse in epistula ad Coccium narrat (1), atque ethnicis addidisse circiter ducentas temporum christianorum. Sabini opus numquam lucem aspexit, sed eius pretiosus propter summam raritatem codex in bibliotheca vaticana servatur; quem ego inspiciens, temporum quidem christianorum multas epigraphas vidi, christianas tamen id est verbis emblematibusve chris-

(1) In opp. M. A. Coccii Sabellici T. III. edit. Basil. epist. lib. IX. 1. p. 434. Nota fuit haec epistula Burmanno praef. ad Grut. p. 3, et Tiraboschio hist. litt. Ital. ed. Rom. T. VI. p. 184. Neuter tamen de Petro Sabino quicquam praeterea nobis narrat.

tiani cultus conceptas vel ornatas, perpaucas oppido in Sabini opere inveni. Sebastianus Maccius in urbinate ditione apud castellum, quod Urbania nunc dicitur, natus volumina duo inscriptionum antiquarum congessit, quae in Albaniorum bibliotheca Marinius vidit, cum Holstenii praefatione et indicibus: ibique cum ethnicis christianae quoque inscriptiones versantur. Atque hoc pariter Maccii opus lucem desiderat. Aleandri iunioris nec non P. Danzettae collectiones inscriptionum, quas inter christianae multae, in vaticanis codicibus a me observatae sunt. Brutius item tifernas permultas Christianorum inscriptiones in suis monumentis posuerat, cuius ampli operis mss. volumina Marinius habuit, deque auctore in prolegomenis locuturus erat, quoniam Brutius diligentissimo scriptorum italorum historico Mazzuchellio ignotus fuit. Laurentius Pignorius sacrorum monumentorum librum paraverat, invisum hactenus, teste episcopo Fontaninio praef. ad disc. p. 11: qui ait insuper p. 14. Philippum quoque Vinghium opus christianum reliquisse inscriptum *tituli sepulchrales.* Praeterea in hagioglyptis mss. Iohannis Macarii, quae laudibus Fontaninius p. 14. effert, magnam christianorum titulorum copiam Romae praesertim collectorum contineri necesse est. Iohannes Marangonius, diligentissimus antiquarius, praeter quam quod permultos christianos titulos in suis variis libellis protulit, volumen quoque sacrarum inscriptionum picturarumque collegerat, quod inflammata eius domo periit, ut ipse in praefatione ad acta S. Victorini M. narrat.

IV. Sed ecce vir litteratissimus Scipio Maffaeius in sua luculenta ad Benedictum XIV. P.M. epistula, quae museo veronensi praeit, valde suadet ut lapidum christiani argumenti collectio fiat, quorum veras utilitates demonstrat et praedicat. Atque eius sane epistulae insignis extitit fructus: illa enim commotus Pontifex, postulantibus simul romanae urbis eruditis viris, christianum museum in vaticana bibliotheca instruxit, providenterque decrevit, ut quicquid monumentorum rei christianae apud almam urbem effoderetur, id omne in sacrum bibliothecae vat. museum migraret. Quod utinam sedulo actum esset, et non potius alibi κειμήλια huiusmodi saepenumero distracta fuissent! Iam quaenam praedicti musei supellex sit, nunc sane haud vacat dicere; lapides certe christianos centum ferme ac quadraginta sub ipsis bibliothecae fenestris, quà

Museum sacrum vat.

**

ad sacrum museum est iter, longo ordine collocatos videmus. Quin adeo Maffaeius idem, adstipulantibus patriae suae praeclaris viris, ingentis quod animo moliebatur inscriptionum omnium corporis, volumen ultimum christianis adsignabat. Sic enim legitur in programmate anno 1746. Veronae impresso in calce operis maffaeiani de siglis graecis p. 133. " Tomo ultimo christiana monumenta „ tum ex lapidibus nondum editis, tum ex multis quibus inter- „ spersa ac dissipata sunt voluminibus colligentur. Ab iis profecto „ sive ad theologica dogmata, sive ad rationem disciplinae, sive „ ad traditionem, ad mores ac ritus antiquorum temporum, ad „ sacram chronographiam, et ad plurium vocum ecclesiasticarum „ intelligentiam, utilissima non infrequenter ac praeclarissima hau- „ rire est documenta. In classes suas has quoque inscriptiones dis- „ pertiemus, quod de christianis nondum quisquam praestitit. Quam „ plurimis ex his monumentis subnotabitur, haud quidem ex cu- „ ius schedis eruta fuerint, sed locus ubi marmora servantur ipsa, „ atque ubi consuli propterea possunt. „ Haec Maffaeius, qui nihil tamen huiusmodi cum suis sociis ultra verba praestitit.

De colligendis Romae lapidibus scriptis consilia.

V. Quia tamen non Maffaeii solum consilium ad Benedicti animum altius penetraverat, sed ipse per se pontifex, natura magnificus neminique eruditione christiana secundus, magnopere id probabat, de colligendis disponendisque christianis lapidibus serio tum Romae cogitatum fuit. En quippe ut F. Blanchinius in libello ad Benedictum pontificem loquitur (1). " Devo ai venerati comandi della „ Santità vostra l'onorevole commissione di ritrovare tutte le iscri- „ zioni cristiane esistenti in Roma ecc. Queste sacre iscrizioni, che „ in gran copia io ritrovo, a giudizio mio si potrebbero utilissi- „ mamente collocare nelle pareti del lunghissimo corridore, che „ mena dall' armeria alla biblioteca vaticana „. Iohannes pariter Bottarius, in romana curia praesul doctissimus, in praefatione ad tertium Romae subterraneae volumen p. 18. ait. " Delle tante disper- „ se iscrizioni, richiedendosi per esse un sito molto spazioso, si „ poteva ornare alcuno de' lunghissimi corridori del palazzo vati- „ cano; come sarebbe fra gli altri quel vastissimo, che è avanti

(1) Apud Gallettum *memorie del card. Passionei p.* 227.

„ alla grande biblioteca. „ Quin adeo ante Blanchinium atque Bottarium iam memoratus a nobis summus vir Boldettus consilium id agitaverat, ut in ms. Ioh. Marangonii scheda inter chartas Marinii servata legi, quae est huiusmodi. " Trent' anni sono già scorsi da „ che alla S.M. di papa Clemente XI fu suggerito dal canonico Boldetti custode delle reliquie, rappresentando alla Santità sua, „ che sarebbe stata cosa molto gloriosa ed utile il raccogliere tutte le iscrizioni così sacre come profane, che nell' agro romano „ si vanno ritrovando, e farle affiggere nel corridore della biblioteca vaticana a comodo degli eruditi. Piacque molto a quel gran „ Pontefice tale disegno e lo approvò: ma considerando le gravi „ calamità de' tempi, e le molte disavventure che allora premevano il suo pontificato, e che per ciò fare vi avrebbe voluto una „ congregazione di uomini eruditi deputata a tale affare, con un „ annuo assegnamento di entrata sufficiente per le persone, le quali „ invigilassero sopra le cave, e per comperare le profane da' padroni de' territorii, e farle trasportare ed affiggere, giudicò per allora di differire a tempo più opportuno la risoluzione. „

Vaticana lapidum scriptorum collectio.

VI. Haec, inquam, molimina et cogitationes fuerunt, quin tamen quicquam ad exitum pertraheretur: namque haec demum gloria memorandum Pii VII. benefactoris mei pontificatum manebat, cuius iussu et auspiciis in vaticano palatio longi parietes iuliani atrii, quo ad bibliothecam est aditus, marmoreis inscriptionibus convestiti fuerunt, hinc quidem temporum ethnicorum, illinc christianorum: et christiani quidem in hoc atrio lapides centum et amplius supra mille sunt; non tamen in classes, exceptis consularibus, distributi: ethnici autem lapides et multo maiore numero sunt, et classibus suis apte adsignati. Aque haec permagna collectio admirationem visentium merito excitat; valde tamen abest, ut plena sit atque absoluta: tanta enim in romanis templis, aedificiis publicis atque privatis, cavaediis, cryptis, viis, villis (puta Casaliorum in Coelio et Pamphiliorum in Ianiculo), hortis, vineis, agris, monasteriis, pavimentis (ex. gr. basilicae ostiensis, S. Caeciliae, S. Clementis, S. Mariae in foro boario et trans Tiberim) omni propemodum loco, copia adhuc scriptorum lapidum praesertim ethnicorum dispersa visitur, ut iuliani atrii congeries sine

dubio perexigua ac minima, prae dispersorum numero, reputanda sit. Quis autem nescit lapidum Romae christianorum alias minores collectiones, veluti in claustro coenobii ad S. Paulum in via ostiensi, in porticu et secretario ad S. Mariam trans Tiberim quae auctorem Boldettum habet, ad S. Georgium in Velabro, ad S. Laurentium in via tiburtina, ad S. Agnen in nomentana, ad SS. Nereum et Achilleum in appia, ad S. Petrum in cryptis vaticanis, apud alias denique Urbis basilicas aut ecclesias? Caietanus Marinius cum cl. V. P. Becchettio anno 1787. XI. kal. mart. coenobium sacrarum S. Magdalenae virginum in quirinali colle ingressus, christianas veteres epigraphas XXIV. in pavimento interioris sacelli reperit exscripsitque; id quod speciminis exemplique causa narrasse sufficiat. Neque heic ego vaticanam lapidum collectionem pluribus verbis narrandam lectoribus meis puto: nam profana quidem pars ad institutum praesens non adtinet; christianam vero in Marinii opere, qui et illi disponendae ut audio praefuit, universam legi necesse est.

De lapidibus desideratis.

VII. Profecto in his sive vaticanae bibliothecae sive atrii iuliani lapidibus complures vidi a romanis olim antiquariis vulgatos: quis tamen tot illos nobis monstret Romae olim prostantes lapides, quorum ectypa in libris legimus, archetypa desideramus? Ubinam sunt tot illi graece et latine scripti lapides, tum ethnici tum christiani, quibus ecclesia S. Martini ad montes, id est in Carinis, constrata erat, teste Hugonio in stationibus p. 254. b? Quidnam superest tot literatorum monumentorum in antiquis basilicis, quibus novae iam successerunt, vaticana videlicet lateranensi ac liberiana? Sed enim qui amissorum christiani argumenti lapidum urbanorum luctificam historiam diutius audire avet, is adeat Boldettum de coem. lib. II. 1, qui dispersionem illorum saepe spontaneam candide narrat; multoque magis Bottarii laudatam iam praefationem, in qua is tragico prope cothurno et quasi threnis detrimentum hoc idoneis auctoribus docet atque declamat. Atque hoc scriptorum lapidum damnum eo magis mirari licet, quod Pontificum maximorum conservandi eosdem studium probe novimus. Primus enim post fugatam barbariem Nicolaus V. P. M. scriptos lapides coacervandos curavit. Primus item Leo X. P. M. Iacobo Mazochio romanae acade-

miae bibliopolae, cuius lapidum scriptorum princeps in orbe editio est, privilegium favorem laudemque contulit. Quin adeo Leonis eiusdem extat epistula (in edd. XXI) per Petrum Bembum ad Raphaëlem urbinatem, pictorum apicem, scripta qua summo viro, quem aedificandae vaticanae basilicae praefecerat, curam demandavit ne quid res lapidaria detrimenti caperet, id est ne scripti lapides a marmorariis per occasionem eius fabricae pessum darentur. Hem quales quantique viri, Deus bone, conservandis Romae inscriptionibus paene frustra invigilaverunt, Leo X, Petrus Bembus, Raphaël urbinas! Praedictus quoque Clemens XI. severo edicto vetuit (bullar. eius P. II. p. 338) ne quid priscarum inscriptionum laederetur; id quod multo ante ab Eugenio IV. et Callixto III. gravibus poenis cautum fuisse scimus.

Aliae cogitatae collectiones inscriptionum christ.

VIII. Nunc ut aliorum hominum molimina persequar, qui coacervandarum conservandarumque saltem in libris inscriptionum christ. curam gesserunt; Gregorius Terribilinius, romanus sacerdos, opus prelo paraverat cum hoc titulo: "Collectio veterum inscriptio„ num ad illustrandam romanorum Pontificum historiam adornata.„ Idque opus se adgressum fatebatur, adhortante Iosepho Blanchinio, a quo mediocrem inscriptionum acceperat numerum ex basilica ostiensi et ex Etruria comparatarum. Reliquas ipse Terribilinius descripserat ex lapidibus, aedium sacrarum musivis, codicibus denique librisque impressis. Sane opus Terribilinii lucem aspexisse non videtur; schedis tamen eius se fuisse usum Marinius in suis scholiis saepe demonstrat: quin ego Terribilinii quoque brevem operis prologum inter Marinii chartas videre me memini. Iosephus quoque canonicus Scalabrinius inscriptiones multas christ. in ferrariensi agro conquisiverat, lignoque excudendas curaverat, quas ego schedas in marinianis adversariis multas vidi. Alexius Pelliccia, qui in opere de ecclesiae politia T. III. rem lapidariam Christianorum diligenter tractavit, syllogen lapidum christ. in neapolitano regno superstitum vulgaturum se aliquando spondebat. A Benedicto quoque Bacchinio, clari nominis viro, inscriptionum christianarum thesaurum coeptum fuisse coacervari, testis est in litteris, quas ego legi, ad Marinium datis Angelus Mazza V.C. parmensis, qui hanc notitiam e scriptis Bacchinii iam demortui nactus erat. Neapoli iterum de vulganda

christianarum inscriptionum sylloge cogitatum ante hos annos scio. Certe et ego nuper in publico regiae Parthenopes museo christianos lapides prostantes, sed oppido paucos, vidi; quare alios alibi extare necesse est. Ecce enim illos, qui erant Neapoli in secretario aedis S. Martini, diligentissima manu descripsit, et cum rubrica ornatibus suisque formis ad Marinium transmisit V. C. Fr. Xaverius Gualtherius casertanus episcopus, vir omni laude maior, et in devexa aetate vividum adhuc splendidumque ingenium retinens.

P. Zachariae cogitationes de inscr. coll.

IX. Sed enim inscriptionum christianarum, quam a se curatum iri sperabat, collectionem nemo disertius delineavit, quam celeberrimus P. Fr. Zacharias (qui et earum magnum numerum in variis operibus protulit) cuius nuncium prodromum, seu suscepti operis descriptionem, heic ponere operae pretium est. Sic ergo ille in historia sua litteraria T. IX. p. 306. " Da questo libro (dal terzo tomo della Ro-
„ ma sotterranea) vogliamo prendere occasione di annunziare al pu-
„ blico una opera, che da molto tempo prepara chi fa questo estrat-
„ to (il P. Zaccharia). Il nostro autore (monsig. Bottari) accenna di
„ voler dare una raccolta di molte cristiane iscrizioni più importan-
„ ti. Bellissima idea è questa; ma io (il P. Zaccaria) una più ampia
„ collezione di tutte le antiche cristiane iscrizioni sino all' ottavo o
„ nono secolo dell' era nostra vo da alcuni anni allestendo, e piac-
„ cia a Dio che a fine possa condurla. Non sarà intanto inutile cosa,
„ che io tutto ne proponga a parte a parte il sistema, affinchè ed
„ aiuti e lumi mi si somministrino da coloro, i quali di sì preziose
„ memorie si trovano forniti, e desiderio si accenda ne' nostri stam-
„ patori di darla a luce. Dee dunque a questa raccolta dare co-
„ minciamento il bel libro di Onofrio Panvinio *de ritu sepeliendi*
„ *mortuos apud veteres Christianos*, *et de eorumdem coemeteriis*,
„ che mi trovo avere della edizione di Colonia A. 1568, con ampie
„ annotazioni. A questo libro seguiranno due dissertazioni: nella
„ prima si tratterà della lingua, in cui scritti sono gli epitaffi cri-
„ stiani, de' caratteri che vi si veggono, della ortografia, della in-
„ terpunzione, delle note croniche in essi usate, di alcune formo-
„ le più comuni nelle cristiane iscrizioni, e finalmente degli orna-
„ menti, tra' quali il primo luogo certamente aver debbono i va-
„ rii simboli, con che a' misteri della religione si alludeva da' pri-

„ mi fedeli. Nell' altra dissertazione metterannosi in veduta i dom-
„ mi della fede ed i riti santi, de' quali nelle lapide si trova men-
„ zione, aprendosi così a' teologi un nuovo fonte da difendere con-
„ tro gli eretici la dottrina cattolica. Quindi verranno le iscrizioni
„ in varie classi distribuite. Eccone l' ordine. CLASSE I. *Religio*
„ *in Deum*. CLASSE II. *Religio in sanctos.* CLASSE III. *Templa.*
„ CLASSE IV. *Templorum ornamenta, vasa sacra, idque genus*
„ *cetera.* CLASSE V. *Dies festi.* CLASSE VI. *Sacramenta.* CLAS-
„ SE VII. *Hierarchia ecclesiastica, ac primo romani Pontifices.*
„ CLASSE VIII. *Episcopi.* CLASSE IX. *Presbyteri.* CLASSE X.
„ *Ordines maiores.* CLASSE XI. *Ordines minores.* CLASSE XII.
„ *Monachi.* CLASSE XIII. *Laici.* CLASSE XIV. *Laici dignitate*
„ *praestantes*. CLASSE XV. *Artes atque officia minora*. CLASSE
„ XVI. *Leges ecclesiasticae.* Oltre gl' indici necessarii sul metodo
„ de' gruteriani, penso di aggiugnere 1. Un martirologio lapidario,
„ nel quale per ordine de' mesi distribuiransi i santi martiri nelle
„ lapide rammemorati. 2. Un lessico lapidario, nel quale si spie-
„ gheranno le parole e le formole che trovansi nelle lapide (per-
„ ciocchè solo brevi annotazioni porremo a luogo a luogo, quante
„ bastar possano a rischiarare il senso delle iscrizioni.) 3. Una rac-
„ colta delle dissertazioni, con le quali sono state particolari la-
„ pide cristiane dichiarate; come la dissertazione del Cotta sopra
„ l' iscrizione di Filacrio vescovo di Novara; la dissertazione del
„ P. Lupi sopra l' epitaffio di S. Severa; le dissertazioni fatte so-
„ pra la lapida d' Ilaro, alcune del P. Corsini ecc. „ (1)

X. Hi atque alii sine dubio plurimi facem praetulere Marinio in incipienda moliendave christianarum epigrapharum collectione: quod egregium opus omnibus denique numeris, si fieri poterat, absolvendum cumulandumque Marinius in se recepit; neque tamen vel publici iuris morte interceptus fecit; neque reapse, ut postea dicam, perfectum illustratum limatumque, quantum gravitas prolixitasque rei postulabat, reliquit. Est igitur marinianum inscriptionum christianarum ms. exemplar in quatuor ut dixi volumina distributum, quorum singulis Collectio Marinii.

(1) Idem Zacharias tres suas promiserat editurum dissertationes 1. *de dogmatibus christianis*, 2. *de sacramentis*, 3. *de hierarchia*; atque has doctrinas perpetua inscriptionum auctoritate confirmaturum. (Cancellar. de SS. MM. Simplicia et Ursa p. 100.)

paginis glutine adnexae sunt inscriptionum schedae, a primis ecclesiae saeculis usque ad decimum : quo in consilio et instituto praeivit Marinio Donius, qui reapse usque ad hunc terminum inscriptiones christianas a se collectum iri dixit in epistula encyclica, quam ad episcopos praecipue misit suppetiarum gratia impetrandarum (1). In his marinianis schedis inscriptiones maioribus litteris sunt exaratae (exceptis carminibus) atque interdum ad imitationem archetyporum efformatae : immo hae schedae quandoque typis sunt excusae, quippe quas Marinius e libris dissertationibusque impressis haud raro abscisas sibi vindicavit. Insunt etiam christiana symbola seu hieroglyphica, columba videlicet, agnus, pastor cum ovicula, Christi monogramma, palma, corona, vasa diversa, cruces, piscis, navicula, Daniel cum tribus pueris, atque Ionas. Insunt praeterea instrumenta artium varia vel martyriorum, ornatus vel aedificia, picturae multae, musiva, anaglypha, sigilla, diptycha eburnea, plumbei orbiculi, vitra picta, anuli, arae etc. Haec inquam figurata opificia in primo pleraque sunt volumine ; namque in sequentibus perraro apparent. Sane Marinius laudabiliter haec artium christianarum monumenta collegit, sed idem sibi atque aliis gravissimum obicem vel certe moram diuturnam ac prope perpetuam iniecit edendi operis inscriptionum : quum enim non sine his figuris curandum opus inspicienti cuique videretur, magnitudo impensae, et difficultas varii laboris cunctos deterruit, qui aliquando animum ad editionem forte converterant. Ego vero ipse his considerationibus valde permotus, edendi officium detrectassem, si certe aliquis opulentioribus adiumentis instructus in se provinciam recepisset; quod quum secus esset, planiorem denique viam ingredi statui, qua propositum attingere finem utcumque liceret. Itaque in primis quum litterarum formae maioris, quarum in edendis epigraphis sollemnior est usus, idonea copia carerem, decrevi exemplum sequi Fleetwoodi angli, qui suam antiquarum inscriptionum syllogen satis commodam atque probatam, et ab ipso Marinio omni fere in pagina commemoratam, communibus id est minoribus formis edidit tum latinis tum etiam graecis: quod typographicum tamen institutum nihil eius libro obfuit, quem manibus studiosi homines libentissime versant. Ceteroquin utrum id

(1) Apud Bandin. vit. et epist. Donii ep. XLV.

meum consilium reliquamque editionis rationem eruditis quibusdam vel Timonibus sim probaturus, qui nihil praeter sua vel familiarium suorum amant, valde dubito: neque tamen alienis iudiciis magnopere moveor, tum quia haud ignarus sum, facinora viventium gravatius, mortuorum gratius accipi, faveri praeteritis, invideri praesentibus, ut ait Fronto; tum quia nihil imperiosius necessitate est: cuius ego nutum secutus, monumenta quoque ficta vel picta praetermisi, exceptis aliquot christianis symbolis, cruce scilicet, ove, pisce etc. quorum formas metallo mihi effingendas curavi.

Artium monumenta omittuntur.

XI. Quamquam vero quam dixi necessitas hac in re satis me excusat, nihilominus ea sunt edendorum tot monumentorum incommoda, et quandoque etiam absurditates, ut omnino tali consilio temperandum mihi iudicaverim. Cur enim paucorum verborum causa, quae his monumentis impressa sunt, obiiciemus lectoribus quamlibet molem? Reapse Marinius in suam collectionem invexit cruces varias et magnas, quas Borgia aliique ediderunt; tabulam amplam foroliviensem, quam Cancianus; kalendarium marmoreum neapolitanum, quod Mazochius; picturas multas et amplas ac musiva urbanarum ecclesiarum quae Ciampinius, Alemannus, aliique; ambones, quos Rubeus atque Spretus; calices, coronas, clypeos votivos, alia donaria plurima, quae in tabulis aeneis cusa multi publicaverunt. Titulorum vero minorum capitula mariniana pictis, fictis, scalptis, plasticisque opificiis omnia constant. Ibi enim sunt monogrammata vel monocondyla innumera, gemmae, et plumbea sigilla, puta Ficoronii; vitra inaurata Bonarotii, maiores gemmae Victorii, eburnea diptycha Donati, lucernae et figlina Aringii atque Boldetti, muliebris mundus argenteus a Quirino iam Vicecomite illustratus, historiae Christi martyrumque eius late depictae. Quid ni vero basilianum quoque martyrologium cum litteratis innumeris picturis suis, cuius aetas ab aevo milliario vix abest, in censum veniat? Si ergo artium christianarum monumenta omnia, dummodo aliquam litteram inscriptam habeant, in nostram inscriptionum collectionem transferenda sunt, res meo iudicio operosa nimis geritur et prope exitus desperati. Illud denique ab hac sententia vel maxime dehortatur, quod ipsa monumenta veram formam in marinianis schedis non retinent. Nam sive ea scriptorio calamo

deformata sunt, rudes hae atque arbitrariae sunt lineae quas nemo artifex imitari velit; sive etiam in aere cusa atque a diversis libris detracta, ne sic quidem veritati monumentorum satis consultum video: liberius enim haec quondam ab artificibus nostris exprimebantur et perfunctorie, quae nunc accurate et severe repraesentari solent. Quis autem cuncta haec monumenta late dispersa et inventu perdifficilia aut pessum data conquirere possit, et sub artis ac veritatis examen revocare? Mihi igitur epigraphas, detracto omni opificiorum ornatu, satius edere visum est.

Operis titulus et partitio.

XII. Sed enim mariniani exemplaris diligentiorem adhuc imaginem exhiberi lectoribus aequum est. Eius quidem titulus est huiusmodi. *Inscriptiones christianae latinae et graecae aevi milliarii. Conlegit, digessit, adnotationibus auxit, Caietanus Marinus a bibliotheca vaticana, item a scriniis Sedis apostolicae.* Sequitur deinde *partitio operis.*

PARS I.

CAPUT I. Vota, precationes, divorum elogia, item nomina in lipsanothecis, fastus, cycli.

CAP. II. Arae, templa, aedes, fontes, donaria, cetera monumenta sacra facta data dicata restituta consummata.

CAP. III. Bona in commoda ecclesiarum donata legata.

CAP. IIII. Inscriptiones honori augustorum, regum, dynastarum.

CAP. V. Virorum et feminarum clarissimarum.

CAP. VI. Leges, aedificia, loca publica, privata.

CAP. VII. Tituli minores in ligno et in gemmis.

CAP. VIII. In auro et argento.

CAP. VIIII. In aere.

CAP. X. In plumbo.

CAP. XI. In ebore.

CAP. XII. In vitro.

CAP. XIII. In musivo et pictura.

CAP. XIIII. In opere doliari.

CAP. XV. Miscellanea inscriptionum incertarum sedium.

PARS II. (*)

CAP. XVI. Epitaphia martyrum.

(*) Partes operis a me paulo aliter in editione distribuuntur.

 Denique in quarti voluminis calce sunt *indices totius operis.* CAP. I. *Nomina divorum divarumque.* CAP. II. *Nomina pontificum maximorum.* CAP. III. *Nomina pontificum minorum.* CAP. IV. *Nomina augustorum, regum, item augustarum, reginarum.* CAP. V. *Nomina consulum.* CAP. VI. *Dignitates, honores, officia, artes, professiones, negotiationes.* CAP. VII. *Regiones, populi, urbes, loca publica, privata.* CAP. VIII. *Nomina propria virorum.* CAP. IX. *Nomina propria mulierum.* CAP. X. *Nomina virorum et mulierum in inscriptionibus calaritanis.* CAP. XI. *Index carminum latinorum graecorumque.* Iamvero ad hoc mariniani operis fidele speculum nonnulla adnotanda sunt. 1. Adnotationes Marinius non nisi inchoatas aut rudes, ut mox dicam, reliquit. 2. In operis partitione nihil

molestius editur quam capita illa titulorum minorum: nuda enim saepe verba, sine idonea sententia, leguntur: ego igitur partem hanc titulorum minorum universam interim praetermisi. Ad indices quod adtinet, ii sane perutiles sunt; sed tamen postremum carminum indicem Marinius sine effectu promisit; ceteri quia sunt accommodati ad manuscripti exemplaris paginas, quarum ratio et ordo in editione servari non potuit, reformandi scilicet erunt, statim ac universi operis profligata editio fuerit.

Adnotationes Marinii. XIII. Adnotationes, quas in operis titulo promisit Marinius, si certe tam ponderosas et doctas facere suscepisset, quam ad papyros, ad acta Arvalium, vel etiam ad Albaniorum epigraphas concinnavit, nullum ut arbitror scribendi finem fecisset. Ergo contrario instituto, nihil aliud saepe in scholiis posuit quam fontium, unde singulae inscriptiones dimanant, demonstrationes. Neque vero haec scholia inscriptionibus ipsis adtexta sunt, sed ea Marinius separatis in foliis et quidem imperfecta et rudi ratione scripsit: modo enim latine loquitur, modo lingua Italorum vulgari, modo utramque dialectum in eadem adnotatione permiscet: quae evidens demonstratio est, nondum his scholiis manum auctoris ultimam accessisse: quae quidem ego scholia paene fortuito inter eius chartas offendi. Saepe vero adnotationis loco nihil aliud dicit Marinius, quam *vedi la scheda*: sive quia illa inscriptio paulo prolixius eruditiusque illustranda erat, sive quia ipsam illustrationem in aliud tempus opportunitatemque differebat. Hae schedae mihi diu nusquam apparuerunt; itaque in meis animadversionibus saepe harum desiderium testatus sum. Postremo, absoluto propemodum hoc volumine, nactus sum schedarum latitantium indicium, cuius ductu eas demum reperi impolito opere ut cetera scholia scriptas, modo nempe vulgari lingua modo latina, et sine nexu orationis ut in lucubrationibus inchoatis fit. Itaque quod unum supererat, schedarum harum summas res aut praecipuas in voluminis calce scripsi, ne vel lumen epigraphis vel Marinio laboris sui gloria periret. Iam quum mariniana collectio paginas impleat 1025, scholiorum tamen descriptio nonnisi usque ad p. 375. pertingit: neque ulterius Marinium fuisse progressum, vacuae postremorum foliorum paginae satis testantur. Reliqua vero scholia in confusis imperfectisque tam vasti operis sche-

dis acu quodammodo conquirenda erunt. Porro haec scholia, in quibus plurimi appellantur auctores, a me ad fontes unumquodque suos conferri atque exigi aequum erat; id quod sane impigre in parte operis feci: cuius sedulitatis fructum tuli multorum sive in ipsis epigraphis sive in aliis errorum emendationes: verum postea partim libris Marinio familiaribus destitutus, partim meis occupationibus vehementius abreptus, in alienis adfirmationibus conquiescere coepi: quamquam signa certe arithmetica paginarum ex tot libris adnotatarum nutantia interdum ac mendosa subdubitabam vel potius deprehendebam. Sed enim hosce humanae conditionis infirmitatisque defectus, siqui sunt, bonitas aequitasque legentium non inhumaniter ut spero feret. Sane in multis editionis huius quaternionibus adnotationes quoque meas cum Marinii scholiis contexui; ita tamen ut litteris *Mr.* Marinium, litteris vero *A.M.* memet ipsum significaverim. Mox progrediente opere, Marinii ferme scholiis contentus fui, tum ob viri reverentiam, tum etiam ut tempus meum susceptis aliis impenderem lucubrationibus. Atque haec de ratione scholiorum dicta sufficiant.

XIV. Praefationem Marinius voluminibus a se in vaticana bibliotheca depositis nullam prorsus adiecit (1): de qua quum quaererem, nihil aliud reperi quam minutarum schedarum vernaculo sermone scriptarum quendam numerum nullo ordine, nullo nexu, nullumque corporis simulacrum adumbrantium. In his pertenuis speciei chartulis frustulisve (quae saepe sunt ex alienis epistulis vel scripturis quibuslibet detracta opisthographa) adnotabat per otium proque re nata

Praefatio Marinii nulla.

(1) Ne quis suspicetur me hac in re quicquam dissimulare, en testimonium ex libello de vita et scriptis Caietani Marinii anno 1815. Romae apud Aiauum impresso p. 114. *Non havvi in questa opera (delle iscrizioni cristiane del Marini) prefazione alcuna, e le iscrizioni sono riferite colla semplice indicazione del luogo, da cui sono desunte, senza che annotazione alcuna siavi aggiunta. Era bensì intenzione dell' Autore di farvi illustrazioni copiosissime, ma avvenne a lui, come a tanti altri uomini dotti, che molto scrivono, più disegnano di scrivere; frattanto sopragiunge la morte, e vani restano i loro ottimi disegni, o imperfette le opere loro. E Marini aveva realmente incominciato a fare alle sue predilette iscrizioni cristiane delle illustrazioni diffuse, ed io ne viddi presso il di lui Nipote molti frammenti; ma la brevità della vita non gli permise di condurre a fine una opera sì grande.* Profecto ad praefationem quod adtinet, ego in schedis Marinii paulo amplius, quam auctor testimonii, reperi; neque tamen prorsus materiam tantam, quantam alii fortasse narraverunt, quorum adfirmationi haud equidem contradico, si de oculorum suorum indicio loquuntur; meos tamen certe oculos multo hercle minus, idest nihil praeter vagas ac breves foliisque Sibyllae perturbatiores schedulas, vidisse scio.

vir doctissimus si quid ad praefationem instruendam videbatur aliquando profuturum: miscella sane ac prope nullius usus congeries, nisi certe ab eodem informaretur qui orditus fuerat: ipse enim pro suarum cogitationum norma ac ductu, ei demum rudi exiguaeque materiae, tamquam Deus in chao, spiritum sucum nervos ordinemque indidisset. Ceteroquin mihi has obiter chartulas lectitanti visus est Marinius in praefatione acturus de inscriptionum collectionibus variis et editoribus tum ethnicarum tum christianarum, deque harum fatis et vicissitudinibus ab heroicis ferme temporibus usque ad nos: quae tractatio quum duas partes complexura videretur, ego priorem omittendam iudicabam de ethnicarum vel miscellarum collectionibus, tum quia ab aliis, veluti Reinesio, Burmanno, Gudio, Muratorio, Saxio, Gorio, adornata satis videtur, tum quia a nostro argumento distantior est. Itaque christianae tantummodo classis collectionum qualemcumque notitiam e marinianis schedis aegre hausi, eamque intermixtis curis meis passim auxi, meisque verbis digestam sub huius prohoemii initio lectoribus obtuli, marinianis inquam saepe coloribus, penicillo meo. Praeterea de falsis suspectisve inscriptionibus dicturus erat Marinius, cuius rei plurima exempla apud celeberrimae famae libros sibi adnotavisse videtur; et de inscriptionibus certe calaritanis, deque Vitalis, Esquirri, atque Bonfantii circa has historica levitate locuturus, ut puto, erat: verumtamen de hac quoque labe docti alii verba fecerunt; immo et falsarum syllogen ob legentium cautelam admonitionemque, veluti Gruterus, Gudius, Finestresiusque, dederunt. Ego a Marinio disquisitionem potissime optassem de inscriptionibus, quae utrum ethnicae an christianae sint, dubitatur: quod sane incommodum neque a vaticana lapidum collectione, neque ab ipso Marinii opere, semper abest: quamquam in eius chartis mediocrem numerum inscriptionum reperi ab eo reiectarum quia christianae non videbantur. Fateor id quidem magni ac subacti esse iudicii, diuturnaeque peritiae atque laboris, nec sine multarum rerum cognitione (quae in Marinio abundabat) veluti formularum, et signorum quae saepe eadem in utriusque religionis castris militant, dictionum etiam, emblematum, atque siglorum, in dubiis huiusmodi certum denique aliquid posse constitui. Nam quis non rideat boni illius credulitatem viri, qui litteras *I·O·M.* lapi-

di inscriptas, prae foribus monasterii cui praeerat, interpretabatur *introitus omnium monachorum*, et non potius *Iovi optimo maximo*, ut in classe inscriptionum de diis ethnicorum passim legimus?

Coniectura de praefatione Marinii.

XIII. Quod si Marinius praefationem, vita comite, instruere potuisset, de peculiari quoque inscriptionum lingua dicturus erat, de idiotismis, de compendiis, de acrostichis, praecipueque de formulis plerumque christianis quidem, sed quae tamen in ethnicis quoque monumentis interdum occurrunt. Chartam, exempli causa, Marinii paulo longiorem reperi, in quam de Christi monogrammate meditationes aliquot coniecerat, quibus certe carere facilius poterimus, si tot illas de hoc argumento legerimus plurimorum eruditorum, qui in additamentis indicum Gudii p. 7. et 8. appellantur: tum aliam aeque fere prolixam schedam vidi in qua de sanguineo martyrum vase et de catacumbis muginabatur: verum neutra scheda ordinatum aliquid nedum perfectum continet: cumque antiquitatum christianarum scriptores nostri, veluti Aringius, Scacchius, Boldettus, Muratorius, Victorius, Gorius, Rosweidus, Blanchinius, Lupius, Mazochius, Bonarotius, Pelliccia, Trombellius, Lazarus, Georgius, aliique multi, et ipse pontifex maximus Benedictus XIV. in epistula ad canonicos bononienses (1) de his similibusque rebus abunde disseruerint, abstinendum mihi a marinianis his rudimentis putavi; quae ipse utique pro sua multiplici eruditione, proque inchoatis iampridem mentis propriae commentationibus egregie absolvisset, mihi vero perdifficile perque molestum ac taediosum erat alienas cogitationes serviliter persequi atque connectere. Atque eadem dicta sunto de variis etiam christianis symbolis in epigraphico regno obviis, de quibus ne veteres quidem siluerunt, veluti Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, Prosper, qui de cruce, calice, et pisce, Clemens alex. qui de columba, lyra, navi, anchora, Eusebius et Paulinus qui de Christi monogrammate, aliquid dixerunt: verumtamen hanc materiam plenissime evolverunt Aringius R. S. lib. VI., Mamachius AA. lib. III: et ne alios auctores plurimos quasi ad pompam enumerem, symbola selecta quatuor

(1) Bullar. eius T. IV. app. p. III.

supra viginti nuper recensuit et elegante dissertatione enarravit vir illustris atque doctissimus Fridericus Munterus danus (1). Sed certe in primo praefationis suae ingressu commendaturum late fuisse Marinium rem epigraphicam eiusque laudes sapienter praedicaturum, satis nisi fallor docent schedae; ego vero hanc praecipue partem libentius omisi, quia et res luculenter per se patet, et laudantium multitudine minime caret.

Natura operis mariniani.

XVI. Sed enim ante quam praefatione defungar, defendendus mihi quodammodo Marinius est adversus eos, qui quum falso praeiudicio ineditas christianorum temporum inscriptiones ab illo forte expectarent, nunc novas prae cognitis perpaucas vident: namque omnia fere Marinii scholia in hoc versantur, ut libros, unde singulae epigraphae ab eo desumuntur, nominent. Quid vero dicam? nisi quod ipse titulus operi a Marinio praepositus, pure demonstrat non esse hanc inscriptionum chr. publicationem sed collectionem. Marinius videlicet hoc soritico studii genere delectatus, iamdiu eiusdem dederat specimen volumine edito papyrorum diplomaticarum, quae item pleraeque omnes a maioribus nostris editae fuerant. Et tamen nemo cordatus est, qui magnam gratiam Marinio non habeat, propterea quod diplomata late dispersa, et saepe perperam edita, coniuncte demum atque emendatissime, non sine copioso commentario recudit. Quid? Arvalium acta et archiatrorum pontificiorum catalogum nonne alii eruditi anteà vulgaverant? Quis tamen tali tantoque monumentorum horum illustratori Marinio maiorem laudem non tribuat, quam si primus ipse edidisset? Cumque Morcellius inscriptiones albaniae villae nudas omni ornatu in publicum emisisset, nonne Marinius, rogante ipso Morcellio, egregia sua supellectile eas postea convestivit, comites alias adiunxit plurimas, librumque gratissimum eruditorum manibus tradidit? Quamquam reapse labor colligendi inscriptiones christianas prope innumeras, in classes dispertiendi atque indicibus instruendi, longe gravior quam edendi reliqua monumenta, credendus est. Summa vero studiosis hoc mariniano labore suppeditatur commoditas, quia iam licet, tot libris iisque interdum valde raris omissis, in uno Marinii

(1) Symbola veteris ecclesiae artis operibus expressa. Hafniae MDCCCXIX.

thesauro universam simul christianam rem epigraphicam contueri. Quam ego utinam editionem cito absolvere possim! Certe inceptum laborem pro animi viribus proque opibus perurgebo. Nunc tamen ex triginta duobus quibus opus constat capitibus, octo dedi, id est quartam mariniani exemplaris partem; unde licet lectoribus de reliqua adhuc edenda planissime iudicare.

De classe inscript. martyrum.

XVII. Etsi autem de singulis huius operis partibus disputare non vacat, unam tamen praeterire indictam vix licet. Ex omnibus christianarum inscriptionum classibus, illa martyrum et praestantior fere ceteris est, et criticorum sacrorum lumen artemque desiderat: quam nunc ego disquisitionem pro tantae rei dignitate commovere vix queo, nedum apte contexere et consummare: alioquin haec praefatio, quae iam diu protrahitur, in immodicam molem excresceret. Satis igitur in praesenti fecero, si modo digitum ad indagandos cognoscendosque veritatis fontes intendero. 1. In primis quod adtinet ad ingentem martyrum multitudinem, sententia ecclesiae catholicae tam valide contra Dodwellum a doctoribus nostris propugnata fuit, veluti a Ruinartio in praefatione ad martyrum acta, et a Mamachio, qui ceterorum scriptis sollerter uti solet, in AA. christianis lib. II. 8, ut siquis praeterea hac super re digladiari velit, actum agere visurus sit. 2. Romam praecipue cruore martyrum christianorum redundasse et demonstravit late Boldettus in opere de coemeteriis, et inventa innumera cum indubiis passionis indiciis corpora adserunt. 3. In romanis catacumbis, quae sunt praecipuae lipsanorum horum fodinae, numquam ethnicos, sed christianos tantummodo homines fuisse sepultos, evidenter aeque comprobavit Boldettus, ita ut omnis errorum sit sublata suspicio, et iam Basnagii, Gronovii, Burnetii, ac Missonii et similium dubitationes vel calumnias contemnere liceat. Nihilominus, nisi inscriptiones vel congrua signa adsint, commoveri a nobis Christianorum veterum corpora de suis locis non solent. Sane quod Christiani contaminari coemeteria sua profanorum corporibus non sint passi (quod hodie quoque catholica ecclesia summe aversatur) locus classicus S. Cypriani demonstrat in ep. 68, ubi lapso Martiali episcopo asturicensi inter cetera crimina obiicit, *quod filios apud profana sepulchra deposuisset, et alieni-*

genis consepelivisset. Ad quae verba Baronius ad an. 258. n. 4. ait: " illud est observandum (quod ad pristinos ecclesiae mores per„ tinet) his verbis plane significari, Christianos a gentilibus sepul„ chra discreta habere solitos, nefasque fuisse se illis post obitum „ commiscere, a quibus viventes abhorruissent: quae obsignasse „ voluimus ob aliquos leviter nimis dicentes, in Urbis coemete„ riis una cum Christianis gentiles quoque sepeliri consuevisse; „ nam immane scelus id, ut vidimus, esse censebatur. „ Is autem mos, cum alias causas tum illam non ultimam habuit, quod Christiani haud se in sepulchris, ut ethnici, sed in coemeteriis, id est *dormitoriis* iacere dicebant, propter spem resurrectionis certissimam, quae profanis ad beatam vitam futura non erat. Hinc S. Hieronymus in funebri Lucinii laudatione (ep. 75) *neque enim mors*, inquit, *sed dormitio et somnus appellatur. Unde et beatus apostolus vetat de dormientibus contristari: ut quos dormire novimus, suscitari posse credamus, et post digestum soporem, vigilare cum sanctis.* Quod separationis studium eo demum processit, ut Christiani aliqui nonnisi in monosomo condi se voluerint, interpositisque diris, ut in lapide bibl. vat. Bonosa quaedam, vetuerint nequis alterum hominem super se poneret: unde et illud sive serium sive iocosum epitaphium Feliciani veronensis apud Grut. p. 1052. 8. qui se solitarium libenter iacere ait, ut in die censorio sine impedimento facilius resurgat.

Signa martyrii. XVIII. Iam de signis, quibus martyrum corpora discerni a ceteris Christianorum in antiquis coemeteriis possunt, varie a catholicis criticis disputatum fuit. Ut omnium severissimos nominem, Fortunatus Scacchius pontificii sacrarii olim praefectus et reliquiarum custos, opus nobile Urbano VIII. P. M. inscripsit cui titulus de notis ac signis sanctitatis beatificandorum et canonizandorum: in eo autem peramplo libro sect. IX. cap. 2. disquirit quodnam argumentum sanctitatis sumatur a coemeteriis et cryptis arenariis antiquis, aitque palmam, cruces, monogramma ☧, columbam, anchoram, haud certa esse martyrii signa, nisi alia conspirent adminicula, veluti instrumenta consepulta passionis, sanguinis vascula, aut cruenti panniculi. Passionis instrumenta intelligo gladios, lora plumbata, ungulas ferreas, fodiculas: nam fodiculas, non fidiculas, recte lectum est in vetere Isidori glossario; quam lectionem tue-

tur fodicularum forma, instrumentum scilicet ferreum (non funiculus) variis armatum aculeis ob suffodienda tum reorum tum martyrum viva corpora; cuiusmodi instrumentum in museo sacro vat. visitur, et in vulciensibus etiam Etruscorum sepulchris nuper repertum fuit; nisi id potius bustuarium est, fodicandis videlicet rogi ignibus adhiberi solitum. Sed enim Tillemontius H. E. T. V. p. 536, et Mabillonius it. italic. p. 141. certissimum martyrii signum illud esse pronunciant, si vetus inscriptio adsit, quae rem apertis verbis adfirmet. Verum enim vero id demum testimonium est, non indicium. Et paucas sane inscriptiones diserte martyrii vocabulum prae se ferre Mabillonius in epistula mox citanda dixerat, et Boldettus etiam confessus fuerat; nunc vero qui collectionem nostram (neque martyrum tantummodo classem, sed alias quoque tum editas tum edendas) attente legerit, ingentem lapidum numerum martyria nominatim testantium inveniet. Idem autem Mabillonius in prolixa celebri epistula de SS. ignotorum cultu, quam sub Eusebii romani larvato nomine edidit, tum secundis curis castigatiorem effecit, post multa severe dicta, sanguinea tamen vascula pro certis martyrii argumentis habet. Neque est cur Tillemontio loc. cit. scrupulus oboriatur, propterea quod sanguinea vascula in sepulchris etiam parvulorum deprehendantur, quorum innocens aetas a persecutione tyrannorum plerumque tuta videtur. Etenim plurimos pueros martyrium fecisse, prolatis in medium omnigenis antiquorum temporum monumentis demonstravit pontifex maximus Benedictus XIV. in luculenta ad Ben. Veteranum fidei promotorem epistula, Romae anno 1755. impressa, quam harum rerum studiosos legere necesse est, nec non in opere de C. SS. lib. I. cap. 14: idemque argumentum docte Balutius attigit in suis ad Cypriani epistulam 77. animadversionibus. Nuperius autem nonne in Iaponia multos pueros, perseverante erga ecclesiam Dei gratia, martyrii palmam adeptos scimus? Postremo inter severos criticos appellandus est Muratorius, qui in antiquitatibus italicis medii aevi T. V. dissert. 58. quae est de Christianorum erga sanctos post declin. imp. rom. veneratione, coemeteriorum christianorum symbola et reliquam huiusce generis materiam latissime pertractavit; eoque demum recidit, a Boldetto patrono palmae recedens, ut sanguinea tantum-

modo vascula veluti indubia martyriorum testimonia agnoscat : quod sane sanguinis testimonium concordes admittunt sacri antiquarii, veluti Aringius R. S. lib. III. 22, Lupius epitaph. S. Sev. p. 31. sqq., Blanchinius H. Q. T. I. part. 2. p. 199. et 200, Trombellius de cultu SS. ed. Bonon. an. 1741. T. II. part. I. p. 4. sqq. et p. 168, Bonarotius in praef. ad vitr. p. XI., in primis vero Boldettus qui in praedicto opere de coemeteriis nullum rei confirmandae argumentum praetermisit ; et nequis haec cruenta vasa miretur, dubitationem sustulit demonstrato veterum Christianorum studio colligendi conservandique martyrum sanguinis. Fabrettus vero inscr. p. 556. chemicum etiam Leibnitii experimentum narrat, quo sanguinis veritas adserta est. Atque his coronidem quodammodo imponit Benedictus pontifex, qui lib. IV. cap. 27. fin. disputationem ita concludit : " His consonat praxis eorum, qui modo praesunt eruendis „ corporibus e catacumbis ; a Nobis enim interrogati dixerunt, se „ solam palmam non habere pro sufficienti signo martyrii, sed to„ tum fundamentum a se constitui in vase sanguine tincto. „

Regulae critic.

XIX. Hactenus de martyrii signis. Quid autem de cautela, quam extrahendis romana humo sacris ossibus, fideliter custodiendis, prudenterque distribuendis, adhiberi scimus? Eius rei complures regulas Benedictus pontifex lib. cit. cap. 28. recitat, easque decreto praecessoris sui Clementis X. firmat. Ego insuper exterorum hominum atque ignarorum in gratiam aio, effodiendis martyrum coemeteriis, iudicandisque divorum lipsanis, praeesse Romae purpuratorum patrum speciale concilium, itemque Pontificis maximi card. Vicarium, et apostolici sacrarii praefectum, nec non sacrarum reliquiarum custodem (quod munus aeternae famae viri gesserunt Scacchius, Boldettus, Marangonius, atque Fabrettus) cum idoneorum administrorum cohorte ; quorum religiosam severitatem, doctrinam, prudentiam, veritatisque amorem, neminem non suspicere aequum est. Sunt item apud nos conscripti tractatus, leges, ac methodi, puta Scacchii, Bruni, Laderchii, quominus a recto tramite quispiam discedat : quae si leges omni tempore et ubique gentium servatae fuissent, disquisitio Ferrandi reliquiaria nata non esset. In his igitur rebus si romanos homines, pios dico atque prudentes, extraneis quibusvis, nedum heterodoxis, antetulero, eorumque iudi-

cia in primis secutus fuero, id aequo me iure facere semper putabo. Itaque et Marinius recte prudenterque fecisse mihi videtur, cum in classe martyrum illos quoque omnes conclusit, qui ob calicem sanguinolentum sepulchris adpositum martyrum in numero habiti sunt.

XX. Liceat mihi in extrema praefatione meum quoque laborem commemorare, qui hanc hercle editionem ante complures annos adgressus sum, mox quadriennio fere intermisi, alienato propter taedium et difficultates varias animo adversus eam fui, iterum in manus sumpsi, et abiectis prioribus editionis meae quaternionibus, qui ferme scholiis carebant, ratione nova et eruditiore librum adornavi: neque vero inscriptiones tantum edidi, sed saepe cum archetypis contuli, multas perdifficiles lectu quas Marinius vetustis formis expresserat explicavi, distinctionem et interpunctionem cunctis appinxi, romanam urbem eiusque templa, id est sedes inscriptionum, ἀκριβείας causa non semel concursavi, (de qua re p. 40. locutus sum) librorum struem pervolutavi, menda plurima sustuli, Marinii scholia recensui nec raro latina feci sententiisque interpositis conglutinavi, typothetarum molestissimae operae praefui, impensas denique omnes toleravi. Quin adeo epigraphas quoque aliquot Marinio incognitas addidi; kalendarii gothici fragmentum, a me Mediolani editum, quod liberiano et chartaginiensi kalendariis suppar aetate est, quae duo antiquissima hactenus habita sunt, et quaedam alia monumenta ex codicibus protuli; kalendarium lat. neapolitanum cl. Mazochii multis in locis reformavi; codicem palatinum perpetuo contuli, eiusque paginas, quod Marinius non fecerat, adnotavi; scholia denique multa de penu meo subtexui. Sed peculiarem, ut reor, mentionem postulat insignis et maximus lapis annonarius stratonicensis, qui diu post obitum Marinii romanae urbi innotuit, atque a me post aliorum eruditorum primas curas neque segniter neque impatienter declaratus est, totusque textus ad veriorem archetypi lectionem revocatus: quod sane monumentum a pag. 296. usque ad p. 315. spatiositate sua pertingens, in hac magna inscriptionum silva tantum fere eminet, quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Curae editoris.

DE SECUNDA VOLUMINIS PARTE.

Codicum manu scriptorum, qui in Europae bibliothecis custodiuntur, impressi iamdiu catalogi in eruditorum usu versantur. Quis anglicanarum bibliothecarum coniunctum syllabum, quis parisiacos catalogos, lugdunenses, matritenses, batavicos, vindobonenses, mosquenses, bavaricos aliosque germanicos multos ignorat? Atque hi quidem trans Alpes praecipui; quorum honori Italia non cedit: etenim taurinenses, venetos, patavinos, veronenses, et florentinos numerosissimos codices, praeter alios aliarum urbium familiarumve plurimos, in impressis catalogis novimus: et nunc Neapoli etiam tum latini tam graeci codices ad communem notitiam beneficio typorum delati sunt. Atque horum catalogorum in publicam lucem deductorum quanta et quam patens utilitas sit, dum clausae bibliothecarum opes, quasi fruges ex horreo, ad alimoniam studiorum protrahuntur, praedicare nil interest. Mihi igitur, ut inceptam a praecessoribus meis orientalium codicum, qui in vaticano palatio sunt, notitiam absolvam, post descriptos in superiore volumine arabicos, nunc aliarum orientis linguarum codices, supplementi veluti loco, persequi libet. Nam vaticanos syriacae linguae codices quinquaginta septem supra ducentos clarissimi viri Iosephus et Stephanus Assemani, duobus grandibus voluminibus anno MDCCLVIII. et IX. Romae impressis, descripserunt. Sed ecce ducenti alii syriaci codices, ex hereditate ac bibliotheca praedictorum duumvirorum coëmpti, in bibliotheca vaticana servantur; quorum catalogum, brevem sane et latinis tantummodo litteris exaratum, praedicti Assemani manu sua scriptum reliquerunt: vix enim ego dubito quin ab ipsis reapse codicum dominis haec descriptio, quamquam duplici manu confecta, processerit. Ergo hanc reliquam syriacorum codicum partem haud diutius impressi catalogi honore carere patior: immo et indicem quem Assemani non confecerant, attexendum curo. Iam et hebraicos codices CCCCLIII. praedicti Assemani duo, primo in tomo catalogi sui Romae item anno MDCCLVIII. et IX. divulgato, cum erudito orbe communicarunt. Sed enim post illud tempus, octoginta circiter alii in vaticanos plu-

teos delati sunt codices Hebraeorum lingua conscripti, quorum brevissimam saltem notitiam evulgare nunc placet. Aethiopicorum bibliothecae vaticanae manuscriptorum syllabum plane ieiunum et vix luce dignum Vanslebius olim apud nos confecit, ut certe existimant Assemani. Hunc ego typis sic committo, ut multo accuratiorem aethiopicorum codicum notitiam me aliquando traditurum non desperem. His subtexui slavicorum, indicorum, sinensiumque, qui penes nos sunt, mss. codicum recensionem. Deinde copticae linguae manuscriptorum catalogum ab alterutro vel utroque simul Assemano diligenti studio elaboratum (priscus enim kirkerianus apud nos neglectus iacet) prelo subieci, eiusdemque indicem concinnavi. Et danus quidem Zoëga in suo perdocto catalogo cum borgianis copticis vaticanos etiam plerosque immiscuit; nihilo tamen minus vaticana series peculiarem distinctamque notitiam postulabat. Post codices copticos commode collocavi Iosephi Assemani luculentam disputationem italico sermone scriptam, in qua de Coptorum gente, et de recta apud illos sacerdotalis ordinis collatione, pro sua eximia ac prope incomparabili sapientia disserit: quae sane lucubratio quaestionibus theologorum gravissimis de re sacramentaria, et ecclesiae graecae orientalisque ritibus atque historiae lucem plurimam impertitur. Ibi etiam pontificalis libri Coptorum, quem Kirkerius mendose admodum latinum fecerat, partes haud modicas Assemanus peritius interpretatur. Postremo codicum armeniacae linguae vaticanorum notitiam posui, quam perdocti armenii monachi Congregationis venetae a reverendo Mechitario institutae roganti mihi elaborarunt; ego vero latinam feci: nam noster antiquus armeniacorum codicum syllabus parum oppido bonae frugis habebat.

TABULAE EXCUSAE EXPLICATIO.

Ad specimen lapidum christianorum delegi sex, qui bibliothecae vaticanae parietibus inter alios adfixi sunt et imaginibus aliquot rudi arte exornati.

I. Habet imagines Adami et Evae, Pastoris boni cum ovibus, et Danielis nudi orantisque inter duos leones; quas ipsas imagines cernere licet etiam in prima vitrorum sacrorum tabula a Bonarotio editorum, cuius commentarium legere pretium operae erit. (Mirum quippe, quomodo res adeo tenuis atque in speciem vilis, cuiusmodi ea vitrorum fragmenta sunt, summo viro explicandae eruditionis innumerae et optimae occasionem praebuerit.) Adest etiam delineatio villae. Ante aedes paulo nobiliores dominus sedet stolatus; deinde tugurium rusticum; bubulcus flagello boves territans; servus rusticus eos caula veluti concludens; alius iunctis tauris, *nudus* ut ait poëta *arat*. Denique catelli atque gallinae. Pro villae domino cogitaveram primo de Orpheo plectrum tenente qui beluas sono mulceret. Et sane Orpheum inter symbola christianorum monumentorum numeratum scio, deque eo docte Aringius loquitur R. S. lib. VI. 21; verumtamen in hoc lapide ornatus eius ab illo nimis differt, quem in vaticano Virgilio vat., et apud Bottarium R. S. T. II. tab. 63. et 71. spectamus. Epigraphe *vibas* (*vivas*) *Pontia in aeterno*. Littera *I.* voc. *Pontia* latet in *A.* oblonga.

II. Petrus et Paulus apostoli, quos inter Christi monogramma. Lapis inventus in coemeterio S. Hippolyti, quem rudi ultra rei veritatem opere exhibet Boldettus p. 193, cum alia quoque epigraphe, quae apud eum legitur, et in lapide adhuc superest.

III. Deipara sedens cum puero Iesu in gremio. Retro Iosephus coniux. Stella imminet. Coram Magi tres cultu barbarico, cum pileis phrygiis et palliis, qualis est oratorum troianorum ad Latinum regem habitus in Virgilio vat., qui pariter eodem corporum gestu munera offerunt, ut heic Magi: quorum obsequium in christianis monumentis exprimi solitum occurrit etiam apud Spretum inscr. Ravenn. T. I. tab. VIII, et apud Aringium in sarcophago R. S. lib. III. 22. T. I. p. 617; et saepe alibi; deque ea re late disserit idem Aringius op. cit. lib. VI. 2. Legendus insuper elegantissimus Bonarotius vitr. tab. IX. fig. 3. p. 68 — 71.

IV. Titus Eupor (seu Euporistus) puer decennis manibus elatis, qui est orantium in christianis lapidibus habitus. Columbae seu pulli cum ramis.

V. In hac inscriptione tertius apparet Merobaudis consulatus cum magno Theodosio iterum consule, id est anno 388. Erat autem incognitus hactenus hic tertius Merobaudis consulatus: namque et Muratorius in annalibus Italiae ad hunc annum adnotat cum Idatio, Cynegium Theodosii collegam mortuum esse in consulatu mense tertio; sed quisnam ei suffectus fuerit, non dicit: nunc vero cognoscimus suffectum Cynegio fuisse Merobaudem. Item in inscriptione occurrit vocabulum *innoca* lexicographis fortasse adnotandum, nisi forte maleat iudicare mendum fabrile pro *innocua*.

VI. Puer Axungius sexennis orans manibus passis, et tamquam ad Dei conspectum admissus admirans. Superne Christi monogramma, inferne columba cum ramusculo, quae avis innocentiae aeternaeque pacis index videtur.

INSCRIPTIONUM CHRISTIANARUM

P A R S I.

C A P U T I.

VOTA, PRECATIONES, DIVORUM ELOGIA, NOMINA IN LIPSANOTHECIS, FASTUS, CYCLI.

1

Romae in basi statuae Constantini magni, quam ipse longam hastam in modum crucis manu dextra sustinentem, in celeberrimo urbis loco collocari iussit. Euseb. vit. Const. I. 40.

[Imp. Caes. FL. Constantinus maximus
triumphator P. F. aug.]
hoc salutari signo
quod verum fortitudinis argumentum est
urbem vestram tyrannico iugo
liberatam servavi
S. P. Q. R. in libertatem asserto
pristinum decus nobilitatis splendoremque restitui (1).

(1) Hanc inscriptionem posuerat quintam in collectione sua ms. Marinius; ego vero feci primam; tum quia quae Marinio prima est (nunc p.3.1.) ne christiana quidem fortasse est, ut postea dicetur; tum quia romanae urbi magis honorificum et gratum fore mihi videbatur si hac insigni Constantini magni epigraphe volumen exordirer. Ceteroquin in lapidibus haud extat nunc haec inscriptio; verumtamen Eusebius vit. Const. l. 40. ex eoque chronicon alex. olymp. 273. testantur latina lingua iussu Constantini positam fuisse; ipse vero Eusebius graece recitat sic: *τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ, τῷ ἀληθεῖ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρείας, τὴν πόλιν ὑμῶν ζυγοῦ τυραννικοῦ διασωθεῖσαν ἠλευθέρωσα· ἔτι μὲν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον ῥωμαίων τῇ ἀρχαίᾳ ἐπιφανείᾳ καὶ λαμπρότητι ἐλευθερώσας ἀποκατέστησα.* Variat chronicon alex. *ἀπὸ ζυγοῦ δουλείας τοῦ τυράννου Μαξεντίου.* Ergo latina verba huius inscriptionis recentiorum hominum sunt, eaque sane variant v. gr. apud Baronium ad an. CCCXII, et apud Eusebii chronicique alex. interpretes. Marinius sequutus erat valesianam Eusebii interpretationem, ita tamen ut titulum *imp. caes.* etc., qui deest in graeco textu, suppleverit ex Panvinio de VII. urbis eccl. p.203, recteque transtulerit ad initium inscriptionis verba quae Panvinius in calce collocaverat. Ego titulo addidi *triumphator*, admonente chronico alex., in quo legitur *νικητής*. Verba etiam aliquot in aliorum latina interpretatione immutavi, ut graeco exemplari pressius insisterem. Porro Nazarius in paneg. cap. XXXI. de Constantini adversus Maxentium triumpho loquens, videtur prae oculis habu-

1

Romae olim in basilica vaticana in cruce aurea, quam magnus Constantinus imposuit tumulo s. Petri, litteris nigellis. Anastas. cap. XXXIV.

Constantinus· aug· et Helena· aug·
Hanc· domum· regalem·
simili· fulgore· coruscans·
aula· circumdat (1).

2

Schema crucis argenteae inauratae et gemmis distinctae, cum insigni particula crucis ipsius dominicae, ex Iustini iunioris imp. et Sophiae coniugis dono Romam missae. Extat adhuc in basilica vaticana.

Ligno quo Christus humanum subdidit hostem
dat Romae Iustinus opem et Socia decorem (2).

3

Ravennae in tecto veteris baptisterii crux marmorea.

✝ De donis Dei et sce Marie
Felex et Stefanus optulerunt
temporibus DN Theodoro
apostolicum (3).

isse nostram inscriptionem. Sic enim loquitur: *non agebantur quidem ante currum vincti duces, sed incedebat tandem soluta nobilitas: non coniecti in carcerem barbari, sed educti e carcere consulares: non captivi alienigenae* etc. *sed Roma iam libera* etc. Item auctor anonymus panegyrici in eundem Constantinum cap. XX. de Constantino post victoriam ingresso urbem ait: *quid ego de tuis in curia sententiis atque actis loquar, quibus senatui auctoritatem pristinam reddidisti?* Sic loquitur etiam Eusebius lib. cit. cap. XLI. — A. Maius.

(1) Anastas. in vit. s. Silvestri tom. I. p. 92. ed. Vign. — In aliis codd. est *cum Helena et regali fulgore coruscantem*; item *regali aulae simili fulgore coruscantem circumdat*; item *regali simili fulgore*. Panvinius de VII. urb. eccl. p. 40. habet *regali conruscantem auro circumdant*. Vegius de reb. antiq. basil. vat. lib. II. 3. in cruce tantummodo scriptum ait: *Constantinus aug. et Helena aug.* (et sic Manlius apud Bolland. iun. tom. VII. p. 38. Vide etiam Torrig. p. 49; Blanchin. Anastas. tom. I. p. 42. Ciampin. de sacr. aedif. p. 42.) ita ut alia verba in alia fortasse (immo credibiliter M.) basilicae parte scripta fuisse videantur. Ceteroquin inscriptio sic integra legitur etiam apud auctorem vitarum pontiff. editarum a Blanchinio in prol. ad Anast. tom. IV. p. V. Videsis demum quae aiunt Blanchinius aliique in adn. ad vit. s. Silvestri. — Caietanus Marinius.

(2) De hac cruce atque inscriptione, quoniam extat copiosus Stephani Borgiae commentarius, satis consultum studiosis videtur. Versus autem secundus felici sane coniectura corrigitur scribendo *sociatque*; sed quis erratum fabrile credat *et socia* pro *sociatque*, vivente tum, immo et donum coniunctim mittente, regina Iustini coniuge? — A. Maius.

(3) Beltramus *forastiere in Ravenna* p. 32. Iam Theodorus archiepiscopus obiit anno Christi DCLXXXIX. Spret. hist. Raven. T. II. part. I. p. 369. Mr.

1

Veronae in museo publico, olim prope S. Euphemiam in cippo.

Deo mag-
no aeterno
L. Statius Di-
sic
odorus quot
se precibus
compotem
fecisset
V. S. L. M. (1)

2

Aquileiae repertus lapis anno 1731. in viridario sanctimonialium.

Deo
aeterno
pro salute
L. Comat.
Dionysi
Clodia
Chrisa
V. S. L. M. (2)

3

In templo grumentino provinciae Lucaniae.

D. O. M. imp. M. Flavio Valer. Consant. (4)

4

In cruce aenea, quae fuit olim in basilica Ostiensi, in ara principe.

CRUX (4) Romanorum victoria.
Romanorum arma.
Romanorum salus.
Romanorum fortitudo.

CHRISTUS Imperat in saecula.
Regnat in aeternum.
Dei filius vincit.
Iubar regni Romanorum.

Stephanus iunior papa fecit (5).

(1) Christianam esse hanc inscriptionem atque omnium christianarum antiquissimam contendit Maffaeius M. V. p. 178. 1. et Ver. ill. p. 163. Vide et Blanchiuium hist. eccl. demonstr. tom. II. p. 197; Bertolinm AA. Aquil. p. 329; Mamachium orig. tom. III. p. 17. aliosqne. Muratorius AA. med. aev. T. V. p. 43. praedictis subscribit; sed idem contra num potius ethnica sit, subdubitat inscr. p. CVI. 6. Res sane videtur incerta; nam palma quidem cum corona in ethnicis inscriptionibus interdum occurrit v. gr. apud Boldettum coem. p. 218. et p. 444, et Murator. inscr. p. 1424. 1., item in vaticanis atrii iuliani, ubi semel etiam anchora est. Idem Boldettus p. 459. hanc ipsam inscriptionem inter ethnicas habet. Tum ipse Marinius in suis schedis duas profert a se exscriptas ethnicas inscriptiones cum corona palmaque; unam quidem in suburbano Capizuchiorum, alteram in cavaedio monast. S. Pauli. De palma diu Muratorius AA. med. aev. T. V. p. 33. sqq. multo plura rei exempla congerens; cuius sententiam non improbat Ben. XIV. de can. SS. lib. IV. cap. 27. fin. Formula *Deo aeterno* extat apud Gruterum p. IV. 5. in inscriptione sine dubio ethnica, quia sequitur *deabusque*. Tum et epitheton *magnus* datur diis gentilium v. gr. act. ap. *magna dea Diana*, et in lapidibus *magnus deus Iupiter*. Vide Brissonium form. p. 72. Haec partim e scholiis Marinii. — A. M.

(2) Bertolius AA. Aquil. 329. qui et christianam existimat. Muratorius p. CVI. 7. scribit *Comati* et *Chrysa*. Mr.

(3) Apud Ughellium ital. sacr. tom. VII. p. 493. Mr.

(4) Perperam deest vocab. *crux* in ms. Marinii.

(5) Margarinius n. 487. ex Panvinio lib. cit. p. 77. qui refert ad Stephanum II; Murator. p. 1944. 5, cui missa fuit a Blanchinio. Severanus autem p. 391. ait adhuc extare, spectareque ad Stephanum III. In nummis antiquis regum Galliae legitur *XPC vincit. XPC regnat. XPC imperat.* V. Cangium voc. *moneta*. Stephanus II, qui et III, sedit ab an. 752. ad 757. Confer etiam Gretserum T. I. oper. p. 222. Mr. — Ego observo persimilem crucis laudem apud Eusebium vit. Const. I. 40. — A. M.

1

In cruce marmorea quae est in aede s. Iulianae castri Butrii in agro bononiensi.

In· n̄· dni· nri· IHV· XPI· tempore· dn̄n̄· Hludovvicus· et Hlotarius. eius· filio· an· imperii· eorum· XPO· iuvante· quarto· decimo et sexto. die octavo· mē· novemb· per· ind· sexta· (1) Petrus· presbiter· fieri· rogā·

2

Oveti in cruce aurea, quam rex Adefonsus dono dedit templo s. Iacobi.

Hoc signo vincitur inimicus; hoc signo tuetur
pius. Ob honorem sancti Iacobi apostoli
offerunt famuli Dei Adefonsus princeps
cum coniuge Scemena regina. Hoc opus
perfectum est in era DCCCC. (2) duodecima. (3)

3

Ibidem in cubiculo, quod sanctum dicitur, extat crux aurea ingentis magnitudinis, operis pulcherrimi, et pretii ex gemmarum multitudine immensi, cum hac a tergo litteris aureis prominentibus epigraphe.

Susceptum placide maneat hoc
in honore Dei quod offerunt
famulus Christi Adefonsus prin-
ceps et Scemena regina.
Quisquis auferre haec donaria
nostra praesumpserit, fulmine
divino intereat ipse.
Hoc signo tuetur pius. Hoc sig-
no vincitur inimicus. Hoc opus
perfectum est, concessum est
sancto Salvatori Ovetensis se-
dis; et operatum est in castel-
lo Gauzon anno regni nostri
XVII. discurrente era DCCCCXVI. (4)

(1) Id est an. DCCCLXXXVII, uti adnotat Muratorius inscr. p. 1924. 7. Vide eundem AA. m. aev. T. V. p. 554. — Mr.

(2) Perperam in ms. Marinii *DCCC*. — A. M.

(3) Morales chron. lib. XV. 5. — Mr.

(4) Morales in fine operum s. Eulogii cordub. p. 131. et chron. XIII. 38. XV. 9. Item Mariana hist. Hisp. VII. 16; denique Baronius T. XV. p. 335. Videsis etiam historiam Lucae Tudentiae, et Bosium cruc. triumph. p. 614. Mr. — Perperam ergo apud Marinium *DCCCXVI*. — A. M.

1

Ibidem in simili cruce angelorum nuncupata.

Susceptum placide maneat hoc in honore Dei;
Offert Adefonsus humilis servus Christi.
Quisquis anferre presumpserit michi,
Fulmine divino intereat ipse.
Hoc signo tuetur pius.
Hoc signo vincitur inimicus.
Nisi libens ubi voluntas dederit mea.
Hoc opus perfectum est in era DCCCCXVI (1).

2

Venetiis in s. Iacobi de Rialto in pariete exteriore maioris sacelli.

Sit crux vera salus
huic tua, Christe, loco (2).

3

In tabella ex ebore, in lipsanotheca canonicorum civitatis Foriiulii (pacem vocant.) Supra crucis latus transversum orbes duo visuntur: in utroque figura hominis cum face, solis nempe et lunae symbolo, uti adiecta ibi verba ostendunt.

IHS· Naza· rex Iude
Ursus dux fecit.

Heic Crucifixi imago.

M̄· en fil̄· tuus — Ap̄· ecce M̄· tua

heic virgo Maria. — *heic s. Ioh. ev.*

Ursus dux (3) fieri pc̄ep.

(1) Ms. perperam Marinii *DCCCXXVI.* — A. M.

(2) Extat in tom. VII. p. 40. memor. Valvasensis. Legere item licet: *sit crux Christe loco huic tua vera salus.* Item: *vera salus sit crux huic tua Christe loco.* (Sub cruce legitur: *Hoc circa templum sit ius mercantibus aequum: Pondera nec vergant nec sit conventio prava.*) Huiusmodi lectiones multiplices in variis medii aevi monumentis fieri posse exploratum est. V. gr. apud Blancolinum eccl. Veron. T. III. p. 72. extat inscriptio quae quaquaversus lecta idem valet.

SATOR
AREPO
TENET
OPERA
ROTAS — Mr.

(3) De Rubeis monum. Aqu.l. p. 326. Muratorius p. 1961. 10. Bonarot. vitr. p. 267. — Mr.

1

Romae in s. Mariae in porticu, in lamina argentea sculpta est crux. In superiore perpendicularis hastae parte legitur.

De ligno
crucis
Dni. de
veste
sca Ma-
ria. (1)

2

In hasta recta est protome Virginis et nomen MATER; *in sinistro latere protome s. Iohannis et litterae* S. IOHS; *inferne* RELIQUIAE.

S. Petru (sic)
et s. Pau-
lus· sca Barba-
ra GG (2)
aurifes
serbus
De· ser-
bus Dei.

Pone supradictam laminam (inscr. 2.) crux alia insculpta visitur. Superne et inferne haec epigraphe.

GG· AVR· cu. Benedicta coniuge mea.

3

In s. Mariae ad Pulianum *dictae, intra aediculam s. Nicolai prope rudera herculanensia, in umbilico veteris sarcophagi, sequiore aevo usui sacro addicti, sustinendae scilicet anticae altaris parti.*

Crux adoranda per quem (sic) inluminatus
est totus mundus.
Ἐγὸ (sic) Ἰοάνης καὶ Μάρου ἐδηφικάβημους (3).

4

Bononiae in aedibus academicis parva tabella, bonis litteris.

+ Christus + rex
+ venit + in + pace
+ et + Deus + homo
+ fatus (sic) + est + (4)

5

Nubilariae dioeces. pisaurensis in domo quondam Urbinatium ducis.

Christus rex gloriae
venit in pace; Deus
homo factus est; verbum
caro factum est·

6

Romae in museo collegii romani ex aere.

IHS XPS salbator mundi
primus et nobissimus
agnus Di qui tullit
peccata mundi
miserere nubis amen. (5)

(1) Vide Borgiam de cruc. velit. p. 204. Mr.

(2) Nempe *Gregorius*. De hac quoque inscriptione videsis Borgiam de cruce velit. p. 204. Mr.

(3) Rosin. dissert. isagog. I. tab. 1. Mr.

(4) Harduin. oper. select. p. 648; Blancolin. eccl. Ver. T. III. p. 199. Mr.

(5) Exscripsit Agincurtius. Mr.

1

Romae in museo vaticano.

✝ XPS· rex ✝
✝ venit· in· pace· ✝
✝ et· ✝ Deus homo· ✝
✝ factus· est ✝

2

In aede s. Georgii in Velabro muro affixa, intrantibus parte laeva.

✝ ·XHS· rex· ✝
✝ venit· in· pace· ✝
✝ et· Deus· homo· ✝
✝ factus· est· ✝

3

Urbini in palatio ducali in pariete post theatrum.

✝ Iesus ✝
XPS rex glorie venit in pace
et Deus homo factus est
et verbum caro factum est.

4

Polae in monasterio s. Theodori.

Dictione· g- (sic)
nitoris mei
Iohannis ego
Sergius cu
coniuge me-
a Antonina
vel Passi-
vo filio ha-
nc crucem
optulimus
beate Ma-
rie semp· (1)
. . . . . .

5

Constantinopoli in columna historicis caelaturis ornata.

IC ✝ XC
NI ✝ KA (2)

6

Treviris in cruce marmorea.

Ob (3) memoriam signorum crucis quae celitus super homines venerant anno dominicae incarnationis DCCCCLVIII· A· vero episcopatus sui secundo Henricus archiepiscopus trevirensis me erexit. (4) .

(1) Carlius AA. Ital. T. III. p. LVIII. LXII.

(2) Cangius Cpol. chr. p. 79. Bandur. AA. Cpol. p. 381. ed. Ven. Vide Pocock. inscr. p. 66. n. 1. Mr.

(3) Bollandiani infra citandi habent *in pro ob*. — A. M.

(4) Brower. annal. Trevir. T. I. p. 462. ad an. CMLVIII. Bolland. sept. T. III. p. 145. Mr. — Crucis prodigium caelitus apparentis renovatum nuper novimus apud Gallos in pictaviensi dioecesi die XVII. decembris an. MDCCCXXVI. Res est celeberrima, eiusque narratio typis non semel commissa fuit. Romae etiam apud Poggiolium an. MDCCCXXVII. Iam ut de trevirensi prodigio docte pieque Stiltingus disseruit, sic nostri homines de pictaviensi; ne physicis nimirum causis res, quae praeter naturam visa est, imputetur. — A. Maius.

1

Sine loci nomine.

Filius ecce Dei conculcat colla leonis,
Quem metuunt regulus aspis et ipse draco.
Huic famuletur homo; famuletur et angelus omnis;
Hic Deus est verus; huic famuletur homo.
Omnia quique regit solus, qui cuncta gubernat;
Nostra salus hic est, omnia quique regit. (1)

2

Constantinopoli in basi columnae, quae visitur in horto domus privatae.

IC XC NI KA

In alio basis eiusdem latere.

Fortunae reduci
ob devictos Gothos. (2)

3

Ravennae in s. Mariae maioris.

Salvo DN· Papa N· Petro
Laurentius· V· R· (3) subdiac·
S· R· E· praepositus
fabricae huius votum solvit. (4)

4

Modoëtiae in cruce aurea, in qua Christus tunicatus. In titulo hinc inde Virgo mater et s. Iohannes, cum epigraphe.

ICX

IΔΕΟΥCCOΥ   IΔΟΥΗΜPCOΥ (5)

5

Simile prorsus encolpium ex aere servatur Romae in coenobio alexiano in Aventino.

ΦC

IΔΕΟΥC   IΔΟΥΗΜ
COΥ   ΗΡ COΥ (6)

6

Mediolani in cruce aenea reperta cum corpore s. Celsi.

ΦC

IΔΕΟΥC   *Christus cruci suffixus*   IΔΟΥΜΙ
COΥ   ΤΙΡCOΥ (7)

7

In brevi cruce aenea reperta Cremae.

IC XC   Η ΠΑΝΑ-
NI KA   ΓΙΑ ΘΕ-
    ΤΟΚC (8)

Imago I. Ch. tunicata   *Imago B. Virginis*

(1) Gruterus 1168. 7. ex codice palatino. Item Fleetwood p. 526. 3. Mr.—Contuli ego codicem ipsum palatinum p. 48, ubi est *metuum* pro *metuunt*. — A. M.

(2) In append. ad Gudii praefat. n. 10; e schedis Vander Hostii qui mercaturam Smyrnae faciebat, quasque ad Hesselium misit Bucherius. Mr.

(3) Nempe *vir religiosus*. Et infra *sanctae ravennatensis ecclesiae*. — Mr.

(4) Muratorius 1924. 1. ex Hier. Rubeo p. 177. Spectat autem ad Petrum seniorem, qui ordinatus fuit episcopus an. DLXVIII. — Mr.

(5) Frisius dissert. II. memor. eccl. Modoët. p. 52. — Mr.

(6) Apud Borgiam de cruc. Velit. p. 152. Mr.

(7) Bugatus memor. S. Celsi p. 174. tab. II; Borgia de cruc. vat. p. 45. — Mr.

(8) Fea miscell. p. 282, cum Allatii epistula rem declarante. — Mr.

1

In templo s. Iuliani monasterii brivatensis in cruce laminis aureis gemmisque ornata · priscis litteris.

In Christi nomine et in honore sancti Iuliani martyris hanc crucem Bernardus comes et Liutgardis coniux fieri iusserunt (1).

2

In s. Michaëlis de Muriano hierothecium ex argento inaurato.

Ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος
Ἡ ἁγία Ἑλένη· (2)

3

Ianuae in cathedrali templo crux argentea.

Τοῦτο τὸ θεῖον ὅπλον Βάρδας μὲν ἐτεκτήνατο,
Ἐφέσου δὲ ἀρχιθύτης Ἰσαὰκ παλαιωθεῖσαν ἀνεκαίνισεν.
Ὁ ἅγιος Ἰω. ὁ θεολόγος.
Ὁ ἅγιος Μιχαήλ.
Ὁ ἅγιος Γαβριήλ.
Μήτηρ θεοῦ. (3)

4

In coenobio s. Vincentii ad nemus dioeces. carnotensis extat crux, quam sustinent bini angeli ex argento, in quorum alis expressae visuntur icones Constantini magni eiusque matris Helenae cum lemmatibus.

O KOCTANTHNOC (sic) H AΓIA EΛENH

Item haec verba

IΔOTOCOT IΔOT HMPCOT (4)

5

Crux verulana pectoralis.

In titulo.

ICIXC (NIKA)

Infra

MP ΘT HOANA

In partis aversae brachiis.

LEO PORPHYRIUS

Reliqua scriptura constat siglis incertioribus (5).

(1) Mabillonius annal. T. III. p. 264; Sammartan. G. ch. T. II. p. 471; et Balutius hist. dom. Alvern. T. I. p. 5, quam legesis. — Mr. Est saeculi IX. — A. M.

(2) Apud Calogera T. XXXIX. p. 109.

(3) Ita lego schema quod ab Oderico genuensi se accepisse ait Marinius; qui etiam cogitat de Barda caesare Nicephori Phocae parente, quem hanc dignitatem obtinuisse dicit circa an. CMLXVI. Sed enim haud video quin pari iure cogitare possimus de Barda caesare aetate Photii; immo vero de Barda quovis non caesare sed privato incertae aetatis homine et artifice. — A. M.

(4) Cangius Cpol. ch. lib. IV. p. 112. — Mr.

(5) Borgia de cruc. vat. p. 45. — Mr.

1

Panormi in museo monasterii s. Martini crux argentea Syracusis reperta.

Christus cruci affixus. Infra brachia

IC XC

In parte aversa stat mulier stolata capite velato et expansis manibus cum epigraphe.

ΘΚ
Ε
ΒΟ
ΑΝ ΝΑC. (1)

2

In coenobio monachorum Fontis Avellanae in eugubina dioecesi servatur capsula argentea inaurata, in cuius operculo opere anaglypho visitur Iesus Christus cruci suffixus cum duobus angelis, Deipara, et Praecursore; tum epigraphe Η СΤΑΥΡΩCIC, *et in titulo crucis* IC XC. *In aversa parte crux gemmata, supra quam maioribus litteris* IC XC. *Intus autem tabella pariter ex argento inaurato in sex loculamenta dispertita cum suis ostiolis, in quibus eodem opere sancti viri eorumque nomina hoc ordine conspiciuntur.*

Ὁ ἅγιος Θεόδορος (sic) ὁ στρατηλάτης.
Ὁ ἅγιος Κοσμᾶς.
Ὁ ἅγιος Γεόργιος.
Ὁ ἅγιος Βάϐηλας.
Ὁ ἅγιος Μηνᾶς.
Ὁ ἅγιος Γρηγόριος τῆς μηγάλυς (sic) Ἀρμενήας (sic). (2)

3

Crux aenea in templo monasterii rosarnensis ord. s. Basilii in Calabria.

Σοὶ τῇ πανάγνῳ μητρὶ τοῦ Θεοῦ λόγου
προσῆξε Κωνσταντῖνος εἰς παθῶν λύσιν. (3)

4

Mediolani in museo trivultio in cruce aenea.

Εἰς τοὺς ἑῶνας (sic) νικᾷ.
Κύριε βοήθει εὐγαμίαν.

(1) Videlicet Θεοτόκε βοήθει Ἀναστασίῳ. Borgia de cruc. velit. p. 155. — Mr.

(2) Crux similis apud Venutum dissert. de cruce cortonensi. — Mr. Ceteroquin qua notitia fretus Marinius hasce omnes cruces intra aevum miliarium concludat, non satis video. — A. M.

(3) Placentinius de palaeogr. gr. p. 30. — Mr.

1

Traiecti ad Mosam in templo virginis Mariae, in cruce ex auro gemmisque eleganter artificioseque confecta.

Pars antica crucis.

Margo aureus variis floribus constratus.

	A	
IC XC *Imago* *B. I.* B *S. Ch.*	Ὡραῖον εἰς ὅρασιν ὀφθὲν τὸ ξύλον γεύσει με νεκροῖ τὸν θεοῦ κατ᾽ εἰκόνα. ὡραῖος ὢν κάλλει δὲ θείας οὐσίας ζωοῖ με Χριστὸς σαρκικὸς θανὼν ξύλῳ· οὗ τήνδε θήκην Ῥωμανὸς γῆς δεσπότης	MP OT *Imago* *B.* C *V.*
M X *Imago* *s. Mich.* D *arch.*	ὡραίοτησιν ἀρετῶν ἐστεμμένος χάρισιν ὡραίωσε τιμίων λίθων ἡττῶν δι᾽ αὐτὸν δαίμονας καὶ βαρβάρους.	Γ B *Imago* *arch.* E *Gabric-lis.*
	Ὁ ἅγιος *Imago s.* F *De-metrii.* Δημήτριος. (1)	

Pars postica crucis habet in margine litteras I. L.
In corpore N. B. A. C. O. D. M. F. H. T. P. Q. E. G. R. S.

2

In cruce aurea, quam rex Persarum Chosroës misit ad Gregorium episcopum antiochenum dicandam honori s. martyris Georgii. Evagr. hist. eccl. VI. 21. (2)

Τοῦτον τὸν σταυρὸν ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων υἱὸς Ὁρμίσδου, ὅτε ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ κακουργίας τοῦ δυστυχεστάτου Βαράμου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καβαλλαρίων, εἰς Ῥωμανίαν ἀπήλθομεν, ϗ διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν δυστυχῆ Ζαδεσπρὰμ μετὰ στρατοῦ εἰς τὴν Νίσιβιν ἐπὶ τὸ ὑποσύραι τοὺς καβαλλαρίους τοῦ μέρους τοῦ Νισίβι εἰς τὸ ἀντάρα καὶ καταῤῥάξαι, ἐπέμψαμεν καὶ ἡμεῖς καβαλλαρίους μετὰ ἄρχοντος εἰ τὸ Χαρχὰς, καὶ διὰ τῆς τύχης τοῦ ἁγίου Σεργίου τοῦ πανσέπτου καὶ ὀνομαστοῦ, ἐπειδὴ ἠκούσαμεν δοτῆρα εἶναι αὐτὸν τῶν αἰτήσεων, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἡμῶν, μηνὶ ἰανουαρίῳ ἑβδόμῃ ᾐτησάμεθα ὡς ἐὰν οἱ καβαλλάριοι σφάξωσι τὸν Ζαδεσπρὰμ ἢ χειρώσωνται, σταυρὸν χρυσοῦν διάλιθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ πέμπομεν διὰ τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα· ϗ τῇ ἐννάτῃ τοῦ φευρουαρίου μηνὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ Ζαδεσπρὰμ ἤνεγκαν ἐπὶ ἡμῶν· ἐπιτυχόντες οὖν τῆς δεήσεως ἡμῶν, διὰ

(1) Gruterus p. 1048. 2. ex Apiano p. 509, qui ait: *hanc picturam cum hac inscriptione Wilibaldus secum Venetiis attulit.* Apud Gruterum legitur etiam interpretatio latina. Extat eadem ligno cusa notisque declarata apud Gretserum de cruc. T. III. p. 350. Est saeculi X. sub Romano imp. — Mr.

(2) Lege etiam Baronium T. X. p. 559.

τὸ ἕκαστον ἀναμφίβολον εἶναι, εἰς τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα τοῦτον τὸν σταυρὸν τὸν παρ' ἡμῶν γενόμενον μετὰ τοῦ πεμφθέντος σταυροῦ παρὰ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τῷ καιρῷ τῆς ἀμιξίας τῶν δύο πολιτειῶν ἐνεχθέντος ἐνταῦθα παρὰ Χοσρόου βασιλέως βασιλέων υἱοῦ Καβάδου τοῦ ἡμετέρου πατρὸς, καὶ εὑρεθέντος ἐν τοῖς ἡμετέροις θυσαυροῖς ἐπέμψαμεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἁγίου πανσέπτου Σεργίου.

I

Item in disco ex auro, quem idem rex Chosroës paulo post dono misit eidem martyri, haec inscripsit. Evagr. ibid.

Ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων υἱὸς Ὁρμίσδου τὰ ἐν τῷδε τῷ δισκῳ γεγραμμένα οὐκ εἰς θέαν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἵνα ἐκ τῶν λόγων μου τὸ μέγεθος τοῦ πανσέπτου ὀνόματος γνωσθῇ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγραμμένων ἢ διὰ τὰς πολλὰς χάριτας καὶ εὐεργεσίας ἃς ἔσχον παρά σου· εὐτυχία γάρ μοι ἐστὶν ἵνα τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐμφέρηται τοῖς ἱεροῖς σου σκεύεσιν· ἐν τῷ εἶναι με ἐν τῷ Βεραμαῖς ἠτησάμην παρά σου ἅγιε ἐλθεῖν εἰς τὴν βοήθειάν μου, καὶ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν Σιρην· καὶ ἐπειδὴ ἡ Σιρὴ χριστιανή ἐστιν, κἀγὼ ἕλλην, ὁ ἡμέτερος νόμος ἄδειαν ἡμῖν οὐ παρέχει χριστιανὴν ἔχειν γαμετήν· διὰ οὖν τὴν ἐμὴν πρός σε εὐγνωμοσύνην εἰς ταύτην τὸν νόμον παρεῖδον, καὶ ταύτην ἐν γυναιξὶν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐν γνησιότητι ἔσχον καὶ ἔχω· καὶ οὕτως συνεῖδον νῦν δεηθῆναι τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἅγιε, ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν αὐτήν· καὶ ἠτησάμην καὶ συνεταξάμην ἵνα ἐὰν ἐν γαστρὶ συλλαβῇ Σιρὴ, τὸν σταυρὸν τὸν φορούμενον παρ' αὐτῆς πέμψω τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ· καὶ τούτου ἕνεκα κἀγὼ καὶ Σιρὴ τὸν σκοπὸν τοῦτον ἔχομεν ἵνα εἰς μνημόσυνον τοῦ ὀνόματός σου, ἅγιε, τοῦτον τὸν σταυρὸν κρατῶμεν· καὶ συνείδωμεν ἀντ' αὐτοῦ τὴν τιμὴν αὐτοῦ μὴ συντείνουσαν περαιτέρω τῶν τετρακισχιλίων τετρακοσίων στατήρων μιλιαρησίων. πεντακισχιλίους στατῆρας ἐκπέμψαι· καὶ ἐξ οὗ τὴν τοιαύτην ἑαυτῷ ἔσχον αἴτησιν, καὶ ταῦτα διελογισάμην ἕως οὗ ἐφθάσαμεν τὸ Ῥοσονχόσρον, δέκα ἡμέραι πλέον οὐ διῆλθον· καὶ σὺ, ἅγιε, οὐ διὰ τὸ εἶναι με ἄξιον, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα ἐφάνης μοι ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ τρίτον εἶπας μοι ὅτι Σιρὴ ἐν γαστρὶ ἔχει· κἀγὼ ἐν αὐτῷ τῷ ὁράματι τρίτον ἀναπεκρίθην σοι λέγων, καλῶς· καὶ διὰ τὸ εἶναι σε δοτῆρα τῶν αἰτήσεων, ἐκ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἡ Σιρὴ τὸ εἰθισμένον ταῖς γυναιξὶν οὐκ εἶδεν· ἐγὼ δὲ διστάσας εἰς τοῦτο, εἰ μὴ τοῖς λόγοις σου ἀπίστευσα, καὶ ὅτι ἅγιος εἶ καὶ δοτὴρ τῶν αἰτήσεων, μετὰ ταῦτα τὰ γυναικεῖα μὴ ὑπομεῖναι· ἐκ τούτου ἔγνων τὴν δύναμιν τοῦ ὁράματος, καὶ τὴν τῶν παρά σου ῥηθέντων ἀλήθειαν· παρ' αὐτὰ οὖν ἔπεμψα τὸν αὐτὸν σταυρὸν, καὶ τὴν τούτου τιμὴν ἐν τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ, κελεύσας ἐκ τῆς τούτου τιμῆς

δίσκον ἕνα καὶ ποτήριον ἓν γενέσθαι, εἰς λόγον τῶν θείων μυστηρίων· ἀλλὰ μὴν καὶ σταυρὸν γενέσθαι· καὶ πηχθῆναι ὀφείλοντα ἐπὶ τῆς τιμίας τραπέζης, καὶ θυμιατήριον, τὰ πάντα χρυσά· καὶ ἀμφίθυρον οὔννικον κεκοσμημένον χρυσίῳ· καὶ τὰ ἀπομένοντα τῆς τιμῆς μιλιαρήσια εἶναι τοῦ ἁγίου σου οἴκου, ἵνα διὰ τῆς τύχης σου, ἅγιε, εἰς πάντα, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὴν αἴτησιν ταύτην, ἔλθῃς εἰς τὴν βοήθειάν μου καὶ Σιρῆς· καὶ ὃ διὰ τῆς σῆς πρεσβείας γέγονεν ἡμῖν, τῷ ἐλέει τῆς σῆς ἀγαθότητος καὶ τῷ θελήματί μου καὶ Σιρῆς εἰς τέλειον προέλθῃ· ἵνα κἀγὼ καὶ Σιρὴ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ κόσμῳ εἰς τὴν σὴν δύναμιν ἐλπίζωμεν καὶ εἰς σε ἔτι πιστεύωμεν.

1

Nicaeae ad moenia urbis occidentem versus.

Ἔνθα θεεικῇ βοηθείᾳ τὸ τῶν ἐχθρῶν καταισχύνθη θράσος, ἐκεῖ οἱ φιλόχριστοι ἡμῶν βασιλεῖς Λέων καὶ Κωνσταντῖνος ἀνεκαίνησαν πόθῳ τὴν πόλιν Νηκαίαν ἀνεπράνταις διὰ τῆς τοῦ ἔργου ἐπιλείζεως (sic) νηκητικὸν ἀναστήσανταις ιμριον κεντιναρχοων (1) καὶ μόχθῳ ἐγνηρο . . . . σεναρταυασλοσπανιυφαιαρκακ ορυπαλα . . .

2

In ecclesia Cryptae ferratae tusculanae dioeceseos.

Salbo· Lotunato· epis· semper. cresc·
aut a divina + ipsius· temporib·
adhuc maiora videvis.

A ☧ Ω

Hic· pro· voto· Sarabo· presb. fecit. (2)

3

*

Theodosius pater, Eudocia cum coniuge, votum
cumque suo supplex Eudoxia nomine solvit. (3)

(1) E busbequianis corruptissimis Gruterus p. 1160. 17. Corsinius not. gr. ed. Flor. p. 73. ait: *Scaliger corrigendum observavit νικητικὸν ἀναστήσαντες σημεῖον κεντεναρίων χιλίων, quemadmodum, Casaubonus centenariorum nomen ac valorem ex monumentis aliis compertum esse animadvertit.* — Mr.

(2) Donius XX. 69. e schedis Nic. Alemanni. Item Muratorius 1904. 5. ex Donio. Et sic ego vidi in schedis Bart. — Mr.

(3) Gruterus 1174. 6. ex codice palatino; — Mr. In cod. pal. p. 71. reapse primo loco est *Eudocia*, secundo *Eudoxia*. — Flectw. p. 496. adnotat: *Theodosius iun. cum Eudocia Leontii phil. filia coniuge votum solvit. Ille obiit an. 450, haec an. 458. Eudoxia Arcadii aug. uxor obiit an. 404. Nescio quaenam haec sit.* — A. M.

1

A Spoletio prope diversorium le Vene, *extat vetustissimnm Christianorum sacellum, quod immerito Clitumni olim fanum fuisse creditur, cuius in fronte satis bonis et magnis litteris inscriptum est.*

Heic crux cum racemis.

✝ Scs Deus· angelorum· qui· fecit· resurectionem. (sic) ✝

In dextero latere.

✝ Scs Deus· apostolorum· qui· fecit· remissionem.

In sinistro latere.

✝ Scs Deus· prophetarum· qui· fecit· redemptionem. (1)

2

Romae in bibliotheca vaticana lapis utrimque litteratus, effossus anno MDCCXLIX. in area prope thermas Diocletiani.

In parte antica.

Sanctis· marturibus
Papro· et· Mauroleoni·
domnis· votum· redd· ☧
Camasius qui· et Asclepius· et Victorin.
nat· H· IIIX· kal· octob·
pueri· qui vot. H· Vitalis· Maranus·
Abundantius· Telesfor···

In parte postica.

Domnis· sanctis
Papro· et· Mauroleoni
☧ marturibus ☧
Camasius qui et Asclepius et Victorina vot· redd.
natal· hab· D· xIII· kal· octob·
···rane· Vitalis
···ti· Teles [pos·] (2)·

(1) Fabrettus p. 738. n. 490. Item Venutus de templo Clitumni p. 60. Marinius innuit se legisse unicam *r* in voc. *resurectionem*. Atqui Venutus a me inspectus variat, *profetarum* pro *ph*; *salvationem* pro *redemptionem*; vicissimque *redemptionem* pro *remissionem*. Cui credas? — A. M.

(2) Legesis Garampium de B. Clara p. 74; Mamachium AA. ch. II. p. T. 466. 467; ne alios nominem. Zacharias hist. lit. T. II. p. 533. lactandum ait, quod tam vetere aetate iam *domini* vocentur martyres, iisque vota reddantur. Mendosa vero exhibetur inscriptio a P. Merenda, Romae licet degente, oper. s. Damas. p. 231. — Mr. Extat adhuc lapis in bibliotheca vat. — A. M.

1

*

Balbilla votum debitum reddo tibi. (1)

2

*

Asterius comis pictorum et Syra cum suis votum solvere. (2)

3

Romae in sancti Michaëlis regionis leoninae.

D
D S
I B
C O
H E
V E
M E
D R
E O
O D
B N
A V
S M
I
L
I
V
S (3)

4

In sancti Laurentii prope Chesium, agri brixiani.

Thomas tribunus
pro voto dedit. (4)

5

E coemeterio Cyriacae cum vase sanguineo.

Petrus et Pancara [sic] botū po–
[sic] suent marture Felicitati. (5)

6

In urna reperta sub ara maxima basilicae Liberianae referta frustulis tophaceis, gypseis, marmoreisque ex bethlemetico specu adlatis.

✝ Suscipe, intemerata Virgo, preces famuli tui Pascalis papae.
✝ Tuere Christe famulum tuum Pascalem papam.
✝ Intende voci orationis meae rex meus et Deus meus Pascalis papae.
✝ Exaudi Domine vocem servi tui Pascalis papae. (6)

(1) Gruter. 1171. 11. ex cod. palat. (p. 60.) Fleetwood p. 367. — Mr.

(2) Grut. p. 1171. 13. ex cod. (pal. p. 60) et Fleetw. p. 363. — Mr. — Fleetwoodus legendum monet *comes*, et fortasse etiam *pistorum*; quod postremum vix probo. — A. M.

(3) Explicandum videtur: *dedicavit hoc donum Deo Basilius.* — Mr.

(4) Muratorius p. 1949. 4. ex Vinaccesio.

(5) Boldettus p. 431; Muratorius 1925. 2; Blanchin. hist. eccl. T. I. saec. II. n. 54. part. III. p. 489. Victorius dissert. philol. p. 74.

(6) Zacharias hist. litt. T. II. p. 534. Confer Anastas. in Paschal. n. 30.

1

Romae in ss. Cosmae et Damiani ingens tabula parieti adfixa.

✝ Constat nimirum dil[sic]etissimi frs de promissio[sic] que ex cor-
de fecimus coram Do et scis eius ut unusqsq. nostrorum frs sacerdotes et
epos et posteris nris sacerdotes im[sic] perpetuu qualiscumq· ex· hac luce
migraverit· XL. missas pro eius anima per unumquemq· sacerdotum
qui superstites st canere promittimus. Si tam infirmitas fuerit occupatus,
non reputet ei in peccatu·Et si receptus fuerit pristin. sanitate, haec omnia
quod supradictum est adimpleat· Qui vero custus[sic] et observator fuerit,
habeat benedictionem Dei patris omnipotentis et fili et sps sci· et ce-
lestem[sic] regnum possideat cum omibus scis· Et qui hoc non ob-
servaverit, sit anathematis vinculo innodatus et a regno Dei
separatus. Ista vero promissio facta fuit ante sacru scm
dominicum altare huius aulae· temp· dom· Iohi· XIIII· PP.
mense feb· die· XXII· indic· XII· anno domc· incarnati-
onis. DCCCCLXXXIIII·
Bened. sacr· exarav· ort· pro· me· peccat· (1)

(1) Baronius T. XVI. p. 272; Turrigius p. 457, apud quem legitur postremus quoque versus qui nunc in lapide desideratur, quia pars illa, ut reor, saxi praecisa fuit. Vide etiam B. Thomasium T. VII. p. 29. Iam in historia ecclesiae ss. Cosm. et Dam. p. 57. dicitur Iohannes XIV. creatus papa die XVI. iulii an. CMLXXXIV, ita ut sit mendum in lapide mensis februarius. (Hinc Baronius legendum existimat 985 pro 984. — A. M.) Plurimi facit hanc inscriptionem Mabillonius in annal. benedict. Supra lapidem veterem posita fuit novella inscriptio haec. *Urbanus VIII. P. M. monumentum hoc, quo priscorum patrum erga fidelium defunctorum animas pietas declaratur, ad retinendam rei memoriam hic voluit collocari A. sal. MDCXXXII. pontif. X.* — Mr.

Legi ipse hanc inscriptionem die XXVIII. maii an. MDCCCXXVII, quae perbonis litteris est exarata. Porro quod attinet ad incruenta sacrificia pro defunctorum animabus celebranda, aliud insigne monumentum nuper ego protuli (ss. Nicetae et Paulini opuscul. ined. p. 57) ex chronico quodam aquileiensi, in quo Severus patriarcha saec. VI. testamento mandat, ut pro se missae singulis sabbatis celebrentur. Item in pervetere ms. necrologio fuldensi pactum quoddam extat saeculo IX. initum de expiandis incruento sacrificio tum sollemni tum etiam privato defunctorum animabus. Fuldense monumentum romanae inscriptioni apprime consonum heic collocare placet. *Anno dominicae incarnationis DCCCLXIII, mense martio, XXXI die eiusdem mensis, convenit atque complacuit inter illos quorum nomina inferius scripta sunt, ut unusquisque illorum singulis annis generaliter pro omnibus vivis X. psalteria vel X. missas cantet vel perficiat. Si aliquis eorum languore correptus infirmetur, ceteri qui potentes sunt viribus, si in vicinitate positi, visitent eum et solacia praebeant. Atque si in tanta infirmitate teneatur, ut horas canonicas non possit persolvere, unusquisque valentium, ex quo hoc audierit, cotidie quamdiu in infirmitate teneatur, V. psalmos pro eo Domino reddere curet. Siquis*

1

In ss. Iohannis et Pauli bono litterarum genere, ferme ut in lapidibus apud ss. Cosmam et Dam. et s. Mariam in Cosmedin.

✝ Constat nimirum dilectissimi frs· de promissione quam ex corde
fecimus coram Deo et SS· eius ut unusqsq· nrum frs sacerdotes
et posteri nostri sacerdotes in perpetuum qualiscumq·
ex hac luce migraverit XL· missas pro ei· anima per unumquemq·
sacerdotum qui superstites st· canere promisimus. Si tn·
infirmitate fuerit occupatus, non reputetur ei in pctm·
et si receptus fuerit in pristinam sanitatem, omne quod
supradictum est adimpleat. Qui vero custos et observator fuerit,
habeat benedictionem Dei pris omnipotentis et filii et sps sti
et caeleste regnum possideat cum omnibus SS· Qui et hoc non observaverit,
sit anathematis vinculo innodatus et a regno Dei separatus. (1)

2

Romae in vestibulo aedis s. Hadriani in foro, tabulae lapideae fragmenta duo posita olim in pavimento templi ante quam exaggeraretur.

✝ Constat nimirum dilectissi fres de promissio, que
ex corde fecimus coram Deo et scis eius unusquis-
que nostrorum frts sacerdotes nostris et posteris
sacerdotes in perpetuum qualiscumque ex hac luce mi-
graverit XL· missa pro eius animam per unumquemque
sacerdotes qui supersunt canere promittimus. Si tamen in-
firmitate fuerit occupatus, non reputetur in peccatum.
Et si receptus fuerit in pristinam sanitatem, omnia quod supra
dictum est adimpleat· Qui vero custus et observator fu-

eorum metam huius vitae reliquerit, unusquisque superstitum pro anima defuncti infra triginta diebus (sic) *postquam audierit, tria psalteria et tres missas, vigilias quaque XII. tatidemque vesperas cantet vel cantari faciat. Pro patre quidem et matre fratribus sororibusque psalmos L., vigiliam quoque vesperamque impendat. Pro ceteris vero defunctis eadem affinitate coniunctis, ordinem XXX. psalmorum persolvat. In circula vero anni pro animabus defunctorum unusquisque XII. missas aut XII. psalteria cantet vel perficiat. Si dua continuatim, idest si unus in alterius XXX. diebus moriatur, decantetur eis simul quod supra constitutum est. Singulisque annis generaliter omnium defunctorum in IIII. feria quae constat ante palmas, habeant memoriam et celebrent ieiuniis, psalmodiis, missis, atque eleemosynis.* Fuldense hoc fragmentum ego fidelissime ex authentico monasterii codice antiquissimo exscripsi. At Leibnitius script. Brunsw. T. III. p. 759, valde infideliter mendoseque, nescio cuius socordià, edidit; nec nisi unum errorem in calce praefationis emendavit. — A. M.

(1) Rondininus de basilica urb. ss. Ioh. et Paul. p. 141, qui legit perperam *permissione*· (et alia plura arbitratu suo pervertit. — A. M.) Confer etiam Turrigium p 456. Mr. — Legi egomet eodem tempore quo praecedentem inscr. Notanda vero est in hoc lapide orthographia melior, quamquam litterae speciosiores in praecedente videntur. Apparet igitur hanc e superiore fuisse sumptam, emendatis barbarismis — A. M.

erit, habeat benedictionem Di patris omnipotentis et fili et spu
sci, et celeste regnu possideat cum omnibus sanctis. Et qui hoc
non observaverit, sit anathematizatus vinculo innodatus
et a regno Dei separatus. Ista vero repromissio facta fuit ant-
e sacru scm dominicu altare Baptiste Iois tepre B· Iohis vx· PP· M·
in die xxvii· ind· vii teporib· dom Leoni archipresbyteri· Benedictus·
Iohs· Benedictus· Sergius· Stefanus· Benedictus Petrus· Iohs·
Ego Bene· cu frb meis plum (1) et absol.

+

ROMAE. (2)

1

Romae in pavimento templi s. Mariae in Cosmedin intrantibus parte laeva.

Constat nimir· dicl· fr···
missi·· ex corde fecimus c···
scis eius ut unquisq· nostr···
sacerdotes et posteris nr···
cerdotes in perpetuu qualis··· (3)

2

Crux in cavaedio palatii Capponiorum.

Τῆς εὐσεβείας ὁ προεκλάμπων τύπος
καὶ πίστεως τῆς ἐνθέου.

3

Romae apud card. de Zelada inscriptum columellae vitineae.

Α ☧ Ω Εὐχὴ Ἀλαφινοῦ καὶ Σευήρας.
Μάκαρις υἱὸς αὐτῶν ἐπλήρωσεν.

(1) Turrigius explicat *completum*. Sed melius Marinius *complevi et absolvi*.—A. M.

(2) Marinius in sua coll. ms. imperfectissimam lacunisque deformem exhibet hanc inscriptionem, uti etiam Donius XX. 78. Id cur ab eo fiat, non video; quoniam extat, Marinio non inscio, integra apud Turrigium p. 455. unde ego sumpsi. Ceteroquin ipsum lapidem, post instauratam nuper s. Hadriani ecclesiam, non inveni. Porro Turrigius qui integrum legebat lapidem s. Hadriani, nonnisi tenue fragmentum vidit alterius lapidis in ss. Ioh. et Paul.; quem egomet lapidem nunc apprime integrum legi. — A. M.

(3) Legi egomet lapidem die XI. iunii MDCCCXXVII. Apparet autem complures ecclesias urbanas, dum invicem imitantur, eiusdem voti exemplaria multiplicasse. — A. M.

1

In insula prope Basi in saxo excavato, in quo sacra effigies picta.

Ὑπὲρ εὐχῖς (sic) καὶ σοτερίας (sic) Γεοργίου ὑποδιακ. καὶ τῶν γονέων αὐτοῦ
πο . . λιας εκαπιέργισεν τὸν γιον δ . . τι κ . . κοπι. (1)

2

Emeritae in columna reperta anno MDCCLII.

Ὑπὲρ εὐχῆς καὶ σωσίατος
κυγκυβερνήσεως καὶ
πάντων τῶν συμπολιτῶν. (2)

3

Romae in museo vaticano cum rotunda ara.

Θεῷ ὑψίστῳ εὐχὴν ἀνέθηκεν
Κλαυδία πιστή. (3)

4

Neapoli ex coemeterio s. Ianuarii.

Ἐγὸ Ιοάνης καὶ Μάρου ἐδηφηκάβημους
ρ[α]ισον…φκ. Σέργη φάβη.
Δὲ δένης Δέη ἐθ σάνκτη Γεόργη
Βότουμ ὀπτούλλη κούη νόμεν Δέους σκίθ. (4)

5

Cremonae.

Ἀπαρχάς. μου. θηλικὰς. ἀρσενικάς. τε. δύο. τόκων.
ζεῦγος. περιστερον (sic). ἡγίασα. τῷ. θεῷ δεσπότῃ.
ἵνα. ἐμὲ. ἔτι. ἐπιβλέπῃ. εὔχομαι. (5)

6

Ciprani in templo s. Mariae maioris.

Ic celum terris iunguntur et ima supernis·
Nexa relaxantur; ic et non nexa ligantur· (6)

(1) Chandlerus p.18. n.15. quem videsis. — Mr.

(2) Florez Hisp. sacr. T. XIII. p. 228. Explicandum autem videtur ὑπὲρ τύχης καὶ σωτηρίας συγκυβερνήσεως etc. — A. M.

(3) Extat in atrio iuliano inter graecas inscriptiones. Notemus autem epitheton πιστή ob indicandam christianam professionem. — A. M.

(4) E schedis Suaresii, qui anno MDCLIII. missam dicit Romam hanc iscriptionem a quodam carmelita religioso. — Mr.

(5) Blancus marm. cremon. p. 279. — Mr.

(6) Exscripsit Iuvenatius. — Mr.

1

Romae subiecti versus imagini s. Gregorii magni, quam ipse pingendam curavit.

Christe potens domine nostri largitur honoris
Indultum officium solita pietate guberna. (1)

Eius porro imago fuit cum nimbo quadrato pone caput in sacello s. Andreae ad clivum Scauri; item illa Gordiani et Silviae parentum cum epigraphe.

Gregorius Silviae matri fecit.

In codice aperto, quem sanctus vir habet prae manibus, legitur.

Vivit anima mea et laudabit te
et iudicia tua adiuvabunt me.

2

Prope Berytum.

Τῷ κυρίῳ ἁγίῳ GVANOIC
εὐχαριστῶν ἀνέθηκεν. (2)

3

Shai-hee in Africa, non longe ab Cirta.

+ Domine protege nomen +
gloriosum. (3)

4

Neapoli in s. Iohannis maioris.

Omnigenum rex aitor (4)
scs + Ian·
Parthenopem tege fauste (5)

5

Romae in epistylio veteris ianuae in porticu ecclesiae s. Apollinaris prope circum agonalem.

Circa imaginem Salvatoris.

Ad me ponderibus pressi, recreabo, venite.
Sum requies tranquilla Deus, sum vita, salusq·

(1) Ioh. diac. vit. s. Gregor. lib. IV. 84.; Aleman. pariet. lateran. p. 40; A. Rocca schol. in D. Gregorium M. Romae MDXCVII. p. 1. et 2; Baron. T. XI. p. 56.; Mabillon. ss. Bened. T. I. p. 476 et 477; Bolland. propyl. p. 177. S. Damasus in carmine II. scribit *Christe potens rerum.* — Mr.

(2) Lamius notit. an. MDCCLXVIII. p. 608. — Mr.

(3) Shawius iter per provincias libycas et orientales p. 155. — Mr. Fides heic et in nonnullis aliis sit apud Marinium. Neque enim omnes ab eo citati libri mihi ad manus sunt. — A. M.

(4) Lege *autor.* — A. M.

(5) Vide Neap. sacr. p. 54. — Mr.

Circa imaginem s. Petri apostoli.

Christi iam fidei docto satis Apollinari
Sume Ravennatum, Petrus inquit, pontificatum.

Circa imaginem s. Apollinaris.

Tu qui cum Petro Deus omnipotens operaris
Praeceptore meo, mecum nec non operare.

Sub ipso epistylio.

Currite christicolae, templum ingredite cuncti;
Sit pax intranti, redeunti gratia Sancti. (1)

1

Romae in basilica s. Mariae trans Tiberim.

· · · ncere (2) supplicib· properas qui sidera verbis
Infusasq· · · · · · on tendis in astra praeces (sic) ∅
Hic pete quo Dominus praesentem commodat aurem ∅
Hac nullus hominum tristis ab arce redit ∅
Nullus (3) hoc fructus pereunt sub culmine voti
Iulius (sic) hic Christum q· cupis ille vocat (4) ∅
Hic duo pro populis dominum suffragia flectunt:
Cum pariter templum sancta Maria tenet ∅
Omnibus in templis quod iussit (5) gratia praestat·
Hic et peccantis inpetrat alma fides ∅
Hinc exauditus Crescentio (6) reddit honorem,
Qua instructis aditis vota secunda tulit. (7)

2

✝

Virgo parens hac luce Deumque virumque creavit,
Gnara puerperii, nescia coniugii.
Obtulit haec iussis uterum, docuitque futuros
Sola capax XPI quod queat esse fides.

(1) Hugonius station. p. 285. Confer etiam Allegrantiam expl. monum. p. 31. Mr. — Equidem incassum quaesivi post renovatam s. Apollinaris ecclesiam has inscriptiones. — A. M.

(2) Corr. *tangere*. — A. M.

(3) Corr. *nullius*. — A. M.

(4) Schedae Celsi Cittadinii *quae cupis interrogat*. — Mr.

(5) Schedae Cittad. *iustis*. — Mr.

(6) Sch. Cittad. *Crescenti*. — Mr.

(7) Extat inscriptio in codice Donii p. 586, ad quem pervenit e schedis vaticanis. Mr. — Equidem hanc epigraphem nequiequam in praedicta basilica vestigavi — A. M.

Credidit et tumuit, verbum pro semine sumpsit;
Saepserunt magnum parvula membra Deum.
Fit fabricator opus; servi rex induit artus;
Mortalemque domum vivificator habet.
Ipse sator semenque sui matrisque creator;
Filius ipse hominis qui pater est hominum.
Affulsit partus, lucem lux nostra petivit,
Hospitii linquens hostia clausa sui.
Virginis et matris servatur gloria consors:
Mater dans hominem noscere, virgo Deum.
Unius colitur duplex substantia nati;
Vir Deus; haec duo sunt; unus utrumque tamen.
Sp̄s huic genitorque suus sine fine coherent:
Triplicitas simplex, simplicitasque triplex.
Bis genitus sine matre opifex, sine patre redemptor;
Amplus utrisq· modis, amplior unde minor.
Sic voluit nasci domuit qui crimina mundi;
Et mortem iussit mortuus ipse mori.
Nostras ille suo tueatur nomine vitas:
Protegat ille tuum Gregori praesulem genus. (1)

1

Romae in icone s. Petri.

Solve iuvante Deo terrarum Petre catenas,
Qui facis ut pateant caelestia regna beatis.
Ipse tua, Petre, disrumpi vincula iussit,
Qui te constituit mundanos solvere nexos. (2)

2

★

His solidata fides, his est tibi, Roma, catenis
Perpetuata salus: harum circumdata nexu
Libera semper eris. Quid enim non vincula praestent,
Quae tetigit qui cuncta potest absolvere vincta?

(1) Gruterus p. 1174. 3. e codice palatino; Fleetwood p. 534. Mr.—Contuli egomet codicem p. 70; sicque revera se habere ultimum quoque versum deprehendi. — A. M.

(2) Grut. p. 1175. 10. e cod. pal. (p. 76, qui habet *nexos*, non *nexus* ut alii); Fleetw. p. 464; Baron. T. VII. p. 514; Borgia confess. vat. p. 185; Rocca de campanis p. 90. In alio codice item antiquo primi duo versus ponuntur *in iconia s. Petri*. Item pro *iuvante* legit Rocca *iubente*, ut est in graduali missae s. Petri — Mr.

Haec invicta manu vel relegiosa triumpho
Moenia non ullo penitus quatientur ab hoste.
Claudit iter bellis qui portam pandit in astris. (1)

1

Romae in s. Sebastiani extra muros lapis affixus parieti prope aram in qua iacet corpus s. martyris, litteris antiquis.

✝ In isto loco promissio vera est
et peccatorum remissio: splen-
dor et lux perpetua, et sine fine
letitia, quā meruit xpi mar-
tir Sebastianus. (2)

2

Prope Fesulas in fronte vetustissimae ecclesiae monasterii ss. Bartholomaei et Romuli visitur ingens tabula, in qua insculptae magno artificio rosae, aviculae, quarum una piscem carpit, et sequens inscriptio uncialibus litteris.

Omnia que-
cumq· orantes
petitis, credi-
te quia acci-
pietis et eveni-
ent vobis.

Cum stabitis
ad orandum,
remittite si-
quid habe-
tis adversus
aliquem. (3)

3

Placentiae in ecclesia beati Antonini.

Non sim pro meritis sanctorum coetibus exsul,
Qui regnas dominans sursum in astra Deus.
Elue probra pater, delicti crimina (4) tolle,
Qui bonitate cluis et deitate viges.
Urentes picei flammas restingue barathri (5)
Gurgite quo sordes purificare vales.
Et pietatis opem defuncto inde redones (6),
Unde dare vivo munera sacra soles (7).

(1) Grut. p. 1174. 4. e cod. pal. (p. 71); Fleetw. p. 507; Baron. T. VII. p. 513. V. Monsacratum de caten. p. 8. Mr. — Item Cancellarium de eodem argumento cap. XIV. Sunt autem subdiaconi Aratoris versus — A. M.

(2) Verba sunt angeli ad s. Gregorium M. sacris operantem ad dictam aram, ut ibidem adfixa tabula docet. Mr. — Legi egomet exemplar ipsum litteris pulchris magnisque exaratum.—A. M.

(3) Vide Bandinium epist. fesul. p. 48. Item notit. flor. an. MDCCXXXI. p. 43, ubi et *veniet* pro *evenient*. — Mr.

(4) Cod. *crimine*. — A. M.

(5) Cod. *baratri*. — A. M.

(6) Cod. *indere donis*. — A. M.

(7) Grut. p. 1169. 2. ex cod. pal. (p. 49.) Fleetw. p. 527. — Mr.

1

Velitris in museo borgiano tabella plumbea.

Scti Genesii templum·
Quicumq· venitis
fundite corde preces
nri sacer o miserere.
Omne malum vestrum precib· solvet Ds eius.
Nam corpus totum iacet eius
hic tumulatum.

In aversa facie.

In hoc venerabili loco condita sunt
gloriosa ossa beati Genesii hu-
ius quondam urbis episcopi, cu-
ius festivitas celebratur
octavo kalendas septembrium. (1)

2

Post baptisterium lateranense occidentem versus in zophoro peristylii portae oratorii s. crucis ab Hilaro PP. constructi.

Introibo· in· domum· tuam· et· adorabo· ad· templum· sanctum·
tuum· in· timore· tuo· (2)

3

Versus domini Petri referendarii in basilica palatii s. Mariae.

Qualiter intacta processit virgine partus,
Utque pati voluit natus, perquirere noli.
Haec nulli tractare licet, sed credere tantum. (3)

4

Nunc quoque (4) tristes veniunt et laeti recedunt.
Nec miror pulchrum fieri quod XPS adornat. (5)

(1) Marinius provocat ad schedas Constantini Rugerii, inter quas hanc inscriptionem ego non reperi. propter vel earum perturbatissimum ordinem vel aliam causam. Inscriptioni veteri subtexitur alia recentior, barbarioribus exarata litteris: *MCCCLXV. die XXVIII. aprilis ego Ambrosius de Velate abas monesterii sancti Genexii de Besillo (reperi) corpus.* — Item alia: *MCCCCII. die XXIII. augusti dominus Cardinalis Bon. fecit aperiri arcam; s. Genexii ossa sunt reperta.* — A. M.

(2) Panvinius de VII. urb. eccl. p. 164; Rasponus de basil. later. p. 232. — Mr.

(3) Burmannus anthol. T. II. p. 637. — Mr.

(4) Corrige *huc quique* — A. M.

(5) Grut. p. 1171. 12. ex cod. pal.; Fleetw. p. 532. — Mr. — Mendose autem in Marinii schedis et apud praedictos editores *adorat.* Habet enim *adornat* codex pal. p. 60. — A. M.

1

Toleti in portarum aditu.

Erexit factore Deo rex inclytus urbem
Wamba suae celebrem protendens (1) gentis honorem.

In memoriis quoque martyrum, quas super portarum turriculas idem rex statuit.

Vos sancti Domini, quorum hic praesentia fulget,
Hanc urbem et plebem solito servate favore. (2)

2

Romae in zophoro maioris absidis tricliniaris aulae in lateranensi palatio ab s. Leone III. constructae.

Deus cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit, et coapostolum eius Paulum ter naufragantem de profundo pelagi liberavit; tua sancta dextera protegat domum istam, et omnes fideles convivantes qui de donis apostoli tui hic laetantur; qui vivis et regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus etc. (3)

3

In ecclesia beati Anastasii quam construxit Leutbrandus rex in Italia.

Continet ista manus mundum, prosteruit elatos,
Et humiles erigit, iuste miserata roganti. (4)

4

In epistylio portae maioris in ecclesia s. Pudentianae.

Ad requiem vite (sic) cupis o tu quicumque venire,
En patet ingressus fueris si rite reversus.
Advocat ipse quidem via dux et ianitor idem,
Gaudia promittens et crimina quaeque remittens.

(1) Schedae Marinii perperam *protendes*; Namque in editis vidi *protendens* et apud Burm. *pretendens*.

(2) Morales lib. XII. 48; Mariana hist. VI. 14.; Baron. T. XI. p. 595; Burman. anthol. T. II. p. XXXVII. Mariana et Burmannus habent in 1. versu *fautore* pro *factore*, et infra Mariana cum Baronio *domini sancti* pro *sancti domini*. — Mr.

(3) Panvinius de VII. urb. eccl. p. 184, quem vide; Raspon. p. 326.

(4) Grut. p. 1168. 9. ex cod. pal. (p. 48.); Fleetw. p. 526.

Vir dextra librum tenens.

Hic cunctis vite (sic) pastor dat dogmata sancte.

Sancte precor pastor pro nobis esto rogator.

Virga cum lucerna.

Virgo Pudentiana coram stat lampade plena.

Protege praeclara nos virgo Pudenq·tiana (sic).

Agnus.

Hic agnus mundum restaurat sanguine laps*sum*

Mortuus et vivus ; idem sum pastor et agnus.

Virgo cum lucerna.

Occurrit sponso Praxedis lumine claro.

Nos, pia Praxedis, prece sanctas confer ad edis.

Vir dextra volumen tenens.

Almus et iste docet Pudens ad sidera cales. (1)

Te rogo sancte Pudens, nos purga, crimina trudens. (2)

I

Lesinae in zophoro absidis veteris templi.

Quos· sotiat· fidei· meritum· quos· gloria· caeli·
Corporib· pausant· sacro· sub· tegmine· templi·
Primianus· item· Firmianusq· verendus·
Fortis· Alexander· simul· et· Tellurius· almus·
Martyrio· clari· Lesinae· tutamina· gentis·
Orent· pro· populo· Dominum· et· mala· cunta (sic)· repellant· (3)

(1) Sic Marinii scheda; sed apud alios vidi *calles.*

(2) Ciampin. vet. monum. T. I. p. 26. Blanchin. hist. eccl. part. III. p. 480, Panvin. de VII. urb. eccl. p. 267. cum varietate. (*Requiem vitae accipere* dicitur apud Lactantium de mort. pers. p. XXIV.) Martinellus in primo crucis tropaeo p. 53. edit hos versus, existimatque anni DCCCLXX, sub Hadriano I. — Mr. — Equidem volui hos versus ad s. Pudentianam legere ; sed partim sublimitate scripturae impeditus sum, partim etiam nonnullis stemmatibus incommode ibi collocatis.

(3) Ex opusculo ms. Ioh. Bapt. Polydori, quod est apud me inter schedas Rugerii, de vita s. Pardi episcopi Larinatium. Mr. — Contuli inscriptionem cum schedis praedictis. — A. M.

1

Romae in cryptis basilicae vaticanae.

Exaudi· nos· omnp· et· misericors· Ds *et famulum tuum*
Gregorium· tertium· quem· tua· gratia· iussit *esse pastorem, per haec quae*
agimus· aeternae· beatitudini· et· consortio· tuo *aggreges eique pro cat-*
holica· fide· religionis· XPianae· praemia· vitae aeter*nae et refri-*
gerii· cum· fidelibus· tuis· praepares· mansionem· Per *D. N. I. Ch.* ☧
Haec Dne· oblata· sanctifica· et· animam· famuli· tui· Gregor*ii*
*maculis emu*nda· et perpetuae· vitae· facias· esse· par*ticipem*
Domine· indulgentia· tua· animam· famuli· tui· *Gregorii*
*cor*poris· et· sanguinis· participatio· sacr*a*
*s*aginet· et· sempiterna· redemptione· mun*iat*· (1)

2

Prope mansionem dictam le case bruciate *inter Anconam, Aesium, et Senogalliam, inscriptio detecta inter rudera in praedio gentis Marcoliniae anno MDCCLXVIII.*

T. N. L. Tu nos salva Domine. (2)

3

Constantinopoli in porta Chalces.

Ἄφωνον εἶδος καὶ πνοῆς ἐξηρημένον
Χριστὸν γράφεσθαι μὴ φέρων ὁ δεσπότης
ὕλῃ γεηρᾷ ταῖς γραφαῖς πατουμένῃ
Λέων σὺν νἱῷ τῷ Κωνσταντίνῳ
σταυροῦ χαράττει τὸν τρισόλβιον τύπον,
καύχημα πιστῶν ἐν πύλαις ἀνακτόρων. (3)

4

Silimbriae in moeniis.

✝ Κε βοίθη τὸ σῷ δούλῳ
Σεργίῳ βασιλῖ σπαθαιω... (4)

(1) Dionysius crypt. vat. tab. VIII; Turrig. p. 86; Blanch. ad. Anast. T. I. praef. n. 48; Ciampin. aedif. sacr. p. 104. Mr. — Inscriptionem in cryptis vaticanis ipsemet legi, deprehendique tinctorem litterarum fecisse *Gaudino* pro *exaudi nos*; item in tertio versu verb. 4. *pe* pro *et*. In extremo autem versu perperam schedae marinianae habent *Deo emptione* pro *redemptione*. Supplementa denique imperfectae inscriptionis a Dionysio sumpsi. — A. M.

(2) Pars haec inscriptionis et reliqua ibidem compendia vel litterae merito videbantur Marinio legenda: *tu nos libera, tu nos salva Domine, agios, fortis, et immortalis.* — A. M.

(3) Bandurius numm. T. II. p. 702. et AA. Cpol. T. I. lib. VII. p. 155. ed. Ven. — Mr.

(4) Spon. miscell. p. 332; Borgia de cruc. velit. p. 156; Fleetw. p. 482; Cang. gloss. gr. app. T. II. p. 173. — Mr.

1

Hadrianopoli.

Κε βοήθει τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ
φιλοχρίστῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰωάννι. (1)

2

Mileti in muro theatri.

ΙΕΙΟΥΑΗΩΙΑΩΑΙΘΟΥΑΗΩΙΩΑ ΕΗΟΥΙΑΩΙΗΕΟΥΕΝΟΝ.

ΑΕΟ	ΕΗΙΟ	ΗΙΟΥ	ΙΟΥΩ	ΟΥΩ	Λ.
ΟΥΩ	ΥΩΑ	ΩΑΣΑΓΙΕ	ΑΕΗΑΓΙΕ	ΑΕΗΙΑΓΙΕ	Λ.
	ΑΓΙΕ				

φύλαξον	φύλαξ[ον]
τὴν πόλιν	τὴν πόλιν
Μιλησίων	Μιλησίων
καὶ πάντας	καὶ πάντας
τοὺς κατοι—	τοὺς κατοι—
κοῦντας.	κοῦντας.

Ἀρχάγγελοι φυλάσσεται ἡ πόλις Μιλησίων καὶ πάντες οἱ κατ. (2)

3

In Bonaura *prope Smyrnam.*

Ὑμνῶ Θεὸν Μέλεσσα Ποταμὸν τὸν
σωτῆρα μου ἀπὸ παντὸς κακοῦ
καὶ λιμοῦ παυουμένου. (3) *sic*

4

Prope Smyrnam in parietinis dirutae ecclesiae in vico deserto.

Κε μνήσθητει τοῦ δού— *sic*
λου σου Αἰθερίχου τοῦ
ἀρχιεπισκόπου ἡμῶ ὁ (4)

5

Versus columnae inscripti in foro constantinopolitano.

Σὺ Χριστὲ κόσμου κοίρανος καὶ δεσπότης,
Σοὶ νῦν προσῆξα τήνδε σὴν δούλην πόλιν,
Καὶ σκῆπτρα τάδε καὶ τὸ τῆς Ῥωμης κράτος.
Φύλαττε ταύτην, σώζε τ' ἐκ πάσης βλάβης. (5)

(1) Spon. miscell. p. 332; Fleetw. p. 482.
(2) Chaudler. p. 16. n. 42.
(3) Pocok. inscr. p. 39. n. 1.
(4) Chandler. p. 6. n. 15.
(5) Bandur. AA. Cpol. lib. VII. p. 156. 310.

1

Tarvisii apud Paulum Grespanium.

IC + XC

Crux duobus hominis brachiis retenta.

Κύριε ϐοήθει α . . κω . . Ιω. (1)

2

Spoletii in Cathedrali in sacello Deiparae extat huius imago a graeco artifice picta, tegumento inaurato obtecta, in quo sequens inscriptio.

sic sic
Τί μῆτερ αἰτῆς τὴν βροτῶν σο-
τηρίαν; παρόργισάν με. συμπάθη-
σον ὗέ μου. διὰ τί οὐχ ἐπηστρέφη; σὴν Κε
sic sic
σῶσον χάρην πρὶν ἱ πέτρα πίφηνας. (2)

3

Veronae in museo publico. Ex Peloponneso Venetias transtulit Sigismundus Alborgettus V. C.

+ Ἁγία Μαρία Θεοτόκε φύλαξον
τὴν βασιλείαν τοῦ
φιλοχρίστου Ἰουστινιανοῦ·
καὶ τὸν γνησίως
δουλεύοντα αὐτῷ
Βικτωρῖνον + σὺν τοῖς
οἰκοῦσιν ἐν Κορίνθῳ κ. Θεῶν
ζῶντας + (3)

(1) Missam sibi dicit Marinius a comite Tomitano an. MDCCLXXXIV. Sed cuiusnam saeculi ipsa est? — A. M.

(2) Equidem laudo Marinium qui tam sedulo monumenta christiana, quibus litterae inscriptae sunt, conquisivit; ceterum, quod iam alibi dixi, quam tute ante annum Christi millesimum hanc et alias nonnullas collocet epigraphas, haud satis scio.

(3) Corsin. not. gr. p. 25; Blanchin. hist. eccl. part. II. p. 333, ex Maffacio mus. lapid. p. 66. 2. Hanc inscriptionem ai dixerim ephesinae synodi de profligato Nestorio insigne tropaeum, non mentiar. — Mr.

1

Santini apud Virgines clarissas, tabella argentea auro iuncta.

IC
NI



XC
KA

Heic in octogono sunt litterae argenteae tessellatae sic:

Heic amethystus insculpta, more carneolae, facie imberbi.

Item heic simili modo hae litterae apparent:

Ω μεγαλομάρ-
τυς Δημήτριε
μεσίτευσον πρὸς
Θεὸν ἵνα τῷ
πιστῷ σου δού-
λῳ τῷ ἐπιγείῳ
βασιλεῖ ῥω-
μαίων Ἰουστι-
νιανῷ δοίη μοι
νικῆσαι τοὺς
ἐχθροὺς ἐμοῦ
καὶ τούτους ὑ-
ποτάξαι ὑπὸ
τοὺς πόδας
μου.

O
Θ *a* C
Π

a
O...HY
P I

Heic effigies sancti Demetrii opere tessellato, extantioribus corporis partibus pictura expressis. Dextera gerit hastam; sinistra scutum habet oblongum, in qua cernitur leo, floribus interpositis. Amicitur veste militari, et crura tibialibus instructa sunt:

Αὕτη ἡ στάμ-
νος φέρει μύ-
ρον ἅγιον ἐκ
τοῦ φρέατος
ἀντλήσασα ἐν
ᾧ τὸ σῶμα
τοῦ μυροβλύτου
θείου Δημη-
τρίου τοῦτο
ἀναβλύζον κεῖ-
ται, ἐκτελῶν
sic
ταυμάσια πά-
σῃ τῇ οἰκου-
μένῃ καὶ τοῖς
πιστοῖς.

Heic duae aquilae consociatae. A ΓΙΟ C

Heic gemma anaglyptica exprimens imaginem cum cruce.

A ΓΙΟ C *Heic item duae aquilae consociatae.*

(1) Nempe τὸ ἅγιον μύρον. — A. M.

1

Romae in fronte ecclesiae s. Petri.

Credite victuras anima remeante favillas
  Rursus ad amissum posse redire diem.
Nam vaga bis quinos iam luna resumpserat orbes,
  Nutabat dubia cum mihi morte salus.
Inrita letiferos auxit medicina dolores;
  Crevit et humana morbus ab arte meus.
Pro quantum Petro largitur Christus honorem!
  Ille dedit vitam, reddidit iste mihi. (1)

2

*

Ianitor ante fores fixit sacraria Petrus;
  Quis neget has arces instar et esse poli?
Parte alia Pauli circumdant atria muros.
  Hos inter Roma est: hic sedet ergo Deus. (2)

3

Romae in arcu, de imagine Petri.

Ianitor hic caeli est, fidei petra, culmen honoris,
  Sedis apostolicae rector et omne decus. (3)

4

*

Iam dudum quod fama refert te Graecia misit;
Sanguine mutasti patriam, civemque fratremque
Fecit amor legis. Sancto pro nomine passus
Incola nunc Dni servas qui altaria XPI,
Ut Damasi precibus faveas precor inclyte martyr. (4)

5

Vercellis.

Quisquis post mundum aetherias conscendere plagas
Posse putat iustos, Marcellinum quoque credat
Presbiterum caeli sedes habitare quietas.
Nam rectis castum gessit sub moribus aevum

(1) Grut. p. 1163. 2. ex cod. pal. (p. 27) Saveranus p. 65; Fleetw. p. 523. In codice v. 5. est *laetiferos*; v. 6. *credite* pro *crevit et*. — Mr.

(2) Grut. p. 1170. 8. ex cod. pal. (p. 57); Fleetw. p. 463; Baron. T. IV. p. 53. Codex in secundo versu habet *instar esse* omiss. *et*.

(3) Ex codice clostuneburgensi saec. XV. Post hosce duos versus sequitur ibi de imagine Pauli *presbiter hic positus* etc.

(4) Grut. p. 1173. 10. ex cod. pal. (p. 68); Fleetw. p. 533. Merend. ad Damas. in addend. p. 8, et s. Dam. op. p. 234. Sarazanus in secundo versu recte posuit *fratremque*, pro *fratrem* quod est in cod. pal. Ex vocabulo *iamdudum* incipit carmen Damasi de s. Paulo; et ex *fama refert* aliud eiusdem de s. Agnete. (In cod. pal. *Grecia* sine diph.) — Mr.

Religione pius Bessorum in partibus ortus,
Et gemina vitam felix aetate peregit. (1)

1

Romae in basilica s. Sebastiani. (2)

Hic habitare (3) prius sanctos cognoscere debes,
Nomina quisque Petri Pauli pariterque (4) requiris;
Discipulos oriens misit quod sponte fatemur.
Sanguinis ob meritum Christum per astra secuti
Aetherios petiere sinus regnaque (5) piorum.
Roma suos potius meruit defendere cives.
Haec Damasus vestras referat, nova sidera, laudes.

2
*

Heraclius (6) vetuit lapsos peccata dolere,
Eusebius miseros docuit sua crimine flere.
Scinditur in partes populus gliscente furore,
Seditio caedes (7) bellum discordia lites.
Extemplo (8) pariter pulsi feritate tyranni
Integra cum rector servaret foedera pacis
Pertulit exilium omnino sub iudice laetus
Litore trinacrio mundum vitamque reliquit.
Damasus. (9)

3

Romae in ecclesia s. Laurentii extra muros.

Haec est aeterno florens et grata inventus,
Sanguine quae fuso pulchra trophaea tulit.
Ibant ut sererent quae semina pulchra ferebant,
Et lacrymis flentes immaduere genae.

(1) Gruterus p. 1169. 11; Fleetw. p. 448. — Mr.

(2) Marinius in scholiis nihil aliud dicit, nisi *vide schedam insertam.* Ego vero hanc schedam frustra quaesivi; excidit enim e Marinii adversariis. Itaque quum ad s. Sebastiani me contulissem, lapidem quidem reperi in hypogeo, ubi s. Silvestrum papam sacras ordinationes fecisse traditum est. Sed tamen in dicto lapide, formis litterarum rudioribus exarato, nonnisi tres priores versus extant; reliqui numquam ibi fuerunt. Ergo exemplar marinianum aliunde derivatum est, praesertim quia aliquoties in tribus quoque discrepat prioribus versibus. — A. M.

(3) Ita lapis a me lectus; at Marinius scribit *habitasse.* — A. M.

(4) Marinius *pariter Paulique.* — A. M.

(5) Corrige *regnumque.* — A. M.

(6) Recitat hoc carmen Gruterus p. 1171. 17. ex cod. pal. p. 61; Fleetw. p. 415; Bolland. sept. T. VII. p. 268; Merenda s. Dam. p. 228, qui etiam censet sermonem esse de Eusebio papa.-Mr.

* (7) Marinius in suo ms. habet *sedet loca ede*, quae corruptissima lectio est amanuensis palatini p. 61; sed ea facile emendatur si pro *e* ponas *i*, et pro *l* legas *i*, aliterque verba dividas, id est *seditio*; deinde *caede* pro *caedes*. Sane ita emendatum a Baronio observat Fleetwoodus, et sic dedit Merend. — A. M.

(8) Cod. pal. *exemplo*; et sic Merend. — A. M.

(9) *Damasus* deest in cod. pal. — A. M.

Nunc de messe suis portantes farra maniplis
  Laetitia redeunt se comitante nova. (1)

1
*

Hic positus (2) caeli transcendit culmina Pauli
Cui debet totus quod XPO credidit orbis. (3)

2

Romae in ecclesia s. Agnetis via nomentana ingens tabula.

*Fam*a refert sanctos dudum retulisse parentes,
*A*gnen cum lugubres cantus tuba concrepuisset,
*N*utricis gremium subito liquisse puellam;
Sponte trucis calcasse minas rabiemque tyranni;
Urere cum flammis voluisset nobile corpus,
Viribus immensum parvis superasse timorem,
Nudaque profusum crinem per membra dedisse,
Ne domini templum facies peritura videret.
O veneranda mihi sanctum decus alma pudoris,
Ut Damasi precibus faveas precor inclyta martyr. (4)

3

In ecclesia s. Laurentii in Damaso.

Non mirum est fallax nimium quod flamma minatur
  Martyris, et corpus nil nocitura cremat.
Namque docet fidei magnam sine vindice poena
  Ad caelum mediis ignibus esse viam.
Hunc etenim fruitur martyr Laurentius ignem,
  Et meritis summis ne moriatur agit. (5)

(1) Marinius testes huius epigrammatis citat schedas presbyteri Terribilini; quae rursus citabant ms. Capocium. Ego perlustrans s. Laurentii ecclesiam, non inveni hoc epigramma. — A. M.

(2) In codice quodam videtur fuisse scriptum *presbyter hic positus.* Recole p. 31. n. 3. — A. M.

(3) Gruterus p. 1172. 8. ex cod. pal. (p. 64); Fleetw. p. 532. — Mr.

(4) Marinius prolixo in schedio scribit heic auctores multos, qui modo recte modo secus hoc Damasi carmen ediderunt. Veruntamen ne ipse quidem Marinius legisse videtur insignem hunc lapidem, qui adhuc prostat conspicuus in s. Agnetis ecclesia, pulcherrimis maximisque litteris scriptus. Etenim Marinius in septimo versu scribit mendose *diffusum*, pro *profusum* ut verius a me in lapide lectum est; Merenda autem op. s. Dam. p. 237. errores auget scribens *perfusos crines et membra*; et in fine *virgo* pro *martyr*. Quare ne Merenda quidem, Romae licet praesens, lapidem legisse credendus est. Scriptus fuit lapis aetate ipsa s. Damasi, litteris maximis speciosis et ornatulis, prorsus ut alii duo ingentes aeque lapides, cum eiusdem Damasi carminibus; quorum lapidum unus in cryptis vaticanis incipit *cingebant latices montem*; alter in s. Sebastiani, cuius initium est *Eutychius martyr.* — A. M.

(5) Gruterus p. 1164. 12. e cod. pal. (p. 32.)

1
*

Verbera carnifices flammas tormenta catenas
Vincere Laurenti sola fides potuit.
Haec Damasus cumulat supplex altaria donis,
Martyris egregii suspiciens meritum. (1)

2
*

Cultores domini Felix pariterque Philippus
Hic virtute pares contempto principe mundi,
Eternamque (2) petiere domum regnaque (3) piorum,
Sanguine quod proprio XPI meruere coronas.
His Damasus supplex voluit sua reddere vota. (4)

3
Romae.

Par meritum quicumque legis cognosce duorum,
Quis Damasus rector titulos post praemia reddit.
Iudaicus populus Stephanum meliora monentem
Perculerat saxis, tulerat qui ex hoste tropaeum:
Martyrium primus rapuit levita fidelis.
Tarsicium sanctum Christi sacramenta gerentem
Cum male sana manus prerieret pulgare (5) profanis,
Ipse animam potius voluit dimittere caesus,
Prodere quam canibus rabidis caelestia membra. (6)

4
Nolae olim in ecclesia s. Felicis.

Corpore· mente· animo· pariter· re· et· nomine· Felix·

Sed male Gruterus *ac corpus* pro *et corpus*, *paena* pro *poena* (contra codicis fidem. Gruterum autem exscribit Fleetw. p. 441. — A. M.) Habet hoc inter carmina Damasi Sarazanus p. 165; sed Merend. de eo dubitat p. 230. — Mr. Ego in renovata s. Damasi ecclesia nequicquam praedictum carmen quaesivi. — A. M.

(1) Gruterus p. 1177. 1. e cod. pal. (p. 81) et Fleetw. p. 435; Sarazan. p. 186; Merend. p. 230: sed hi omnes *egregium* pro *egregii* — Mr. Scilicet omnes mendum Gruteri exscripserunt, qui codicem palatinum male legerat. — A. M.

(2) Ita scheda Marinii. — A. M.

(3) Corr. *regnumque*. — A. M.

(4) Ex cod. clostuneburgensi saec. XI. p. 265. Post versum *his Damasus* in codice ilico additur *veridicus rector*, qui est certe Damasi versus apud Merend. p. 227. — Mr. Ergo carmen hoc de mm. Fel. et Phil. addendum est Damasi editionibus. — A. M.

(5) Baronius haec informia duo verba emendat *peteret vulgare*. Mr. — Cod. pal. *prerieret* et *cesus*; at scheda Marinii mendosius *prericeret*. — A. M.

(6) Gruterus p. 1174. 2. ex cod. pal. (p. 70) qui habet *premia*, *perieret*, *cesus*. Fleetw. p. 496. *perie-*

Sanctorum· in· numero· Christi. sacrate· triumphis·
Qui· ad· te· sollicite· venientibus· omnia· praestas·
Nec· quemquam· pateris. tristem· repedare· viantem·
Te· duce· servatus· mortis· quod· vincula· rupi.
Hostibus· extinctis· fuerant· qui· falsa· loquti·
Versibus· his· Damasus· supplex· tibi· vota· rependo· (1)

1
*

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris,
Hic positus rector caelestia iussa docebam.
Adveniunt subito rapiunt qui forte sedentem,
Militibus missis populi tunc colla dedere.
Mox sibi cognovit senior quis tollere vellet
Palmam, seque suumque kaput prior obtulit ipse,
Inpatiens feritas posset ne laedere quemquam.
Ostendit XPS, reddit qui praemia vitae,
Pastoris meritum; numerum gregis ipse tuetur. (2)

2
*

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris,
Egregius martyr contenpto principe mundi
Etheris alta petit Christo comitante beatus.
Hic tibi sanctus honor semper laudesque manebunt.
Care Deo, ut foveas Damasum, precor alme Tiburti. (3)

3

Tempore quo gladius secuit pia viscera matris,
Sexaginta duo capti feritate tyranni,
Extemplo ducibus missis tunc colla dedere (4)
Confessi XPM, superato principe mundi,
Aetheriam petiere domum regnaque (5) piorum. (6)

ret. Lege Sarazan. p. 183; Merend. p. 232. Severanus autem p. 436. ait extitisse hos versus in s. Sebastiani coemeterio ad sepulchrum s. Tarsicii. Confer Bolland. aug. T. III. p. 201; Bosium Rom. subt. p. 176. — Mr. Adnotemus in postremo versu testimonium Damasi de Christi in eucharistia corpore praesente. — A. M.

(1) Remondinus T. I. hist. Nol. p. 575 ex lectionibus s. Maximi in breviario vetustissimo negat votum hoc redditum esse a Damaso s. Felici, peramque in editis esse ait *Felix* pro *Magne*. Edidit Sarazanus p. 145, et Merend. p. 230, cum varietatibus, quas in notis videsis. Habet etiam Ant. Caracciolus cap. 2. ant. monum. eccl. Neap. p. 35. ex breviario salernitano Romualdi episcopi, in quo item est *pariter re et nomine Felix*; in versu 6. *locuti*. Confer Bolland. febr. T. II. p. 22. — Mr.

(2) Gruterus p. 1173. 13. ex cod. pal. (p. 69.) Confer eundem Grut. p. 1171. 7. et 1172. 2. Fleetw. p. 533. Lege s. Dam. Merend. p. 137. 227. et in add. p. 7. apud quem editorem est lemma *de s. Stephano P. et M.* — Mr.

(3) Ex codice clostuneburgensi saec. XI. — Mr.

(4) Cod. *dederi*. — A. M.

(5) Corr. *regnumque*, cum Grutero — A. M.

(6) Gruterus p. 1171. 7. ex cod. pal. (p. 60);

1

*

Olim sacrilegam quam misit Graecia turbam
Martyrii meritis nunc decorata nitet.
Q. medio pelagi votum miserabile fec.
Reddere funerea dona nefanda Iovi.
Ypoliti sed prima fides celestibus (1) armis
Respuit insanam pestifera lucem. (2)
Quem monachi ritu tenuit spetunca (3) latentem
Christicolis gregibus dulce cubile parans.
Post hunc Adrias sacro mundatus in amne,
Et Paulina sua consociata viro.
XIII. k. iun. (4)

2

*

Conspectis properanter aquis ardescere coepit
Eunuchi fecunda fides; quiescit emersus. (5)

3

Arelate in pallio statuae marmoreae s. Trophimi episcopi ante annos mille positae.

Cernitur eximius vir Christi discipulorum
De numero Trophimus hic septuaginta duorum. (6)

4

Romae in icone s. Petri.

ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΛΟΛΟΝΘΕΝCΕΡΥΣΩ
ΤΗΝ ΘΕΟΤΑΥΠΤΟΝ ΠΕΡΑΝΕΝΗ
ΒΕΒΗΚΩΣ ΟΥ ΚΛΟΝΥΜ. (7)

Fleetw. p. 531. Primus versus est ex Damasi carm. X. et XX. Merend. Quartus et quintus conferendi sunt cum carm. XXIV. Extat apud Merend. in append. cum variet. — Mr.

(1) Ita sched. sine diph. — A. M.

(2) Ita sched. — A. M.

(3) Ita sched. — A. M.

(4) Ex cod. clostuneburgensi. An. s. Damasi? — Mr.

(5) Grut. p. 1174. 3 ex cod. pal. (p. 70). — Mr.

(6) Petrus Sanicus hist. pont. arelat. p. 1. — Mr.

(7) Mabillonius analect. ed. vet. T. IV. p. 505. n. 80. ex cod. einsildensi saec. IX. Tum in notis p. 518. ait idem Mabillonius: *graecae huius inscriptionis sensum plane difficilem reddunt mendosi characteres. Consultis amicis, haec tandem restitutio probabilior et genuina visa est:* τὸν θεὸν λόγον θιᾶσθε χρυσῷ· τὴν θεόγλυπτον πέτραν, ἐν ῃ

1

Romae in s. Stephani.

Pulchra patris splendet Baptistae mensa (1) Iohannis
Martyris in Stephani venerabilis aede sacrata:
In qua sancta simul conduntur pignora summi
Egregiique Sabastiani multisque aliorum
Tempnentum mundi mortalem principe vitam,
Cum XPO caelis meliorem vivere semper
Optantes potius, pastor quam struxit honestus,
Aeternam ut requiem mereatur habere Palumbus
Quorum gessit amor repentibus ista tonante. (2)

2

Romae in ipso aditu coemeterii ss. Sixti et Praetextati.

Hic congesta iacet, quaeris si, turba piorum.
Corpora sanctorum retinent veneranda sepulchra;
Sublimes animas rapuit sibi regia caeli.
Hic comites Xysti portant qui ex hoste tropaea;
Hic numerus procerum servat qui altaria XPI;
Hic positus longa vixit qui in pace sacerdos;
Hic confessores sancti quos Graecia misit;
Hic iuvenes puerique senes castique nepotes,
Quis mage virgineum placuit retinere pudorem.
Hic, fateor, Damasus volui mea condere membra,
Sed cineres timui sanctos vexare priorum (3)
Systi Dionisii Cornelii Felicis Pontiani Fabiani Gai
Eusebii Melciadis Stefani Urbani Luci Mannus Anteros
Numidiani Ladicei Iuliani Policarpi Optati. (4)

βεβηκὼς οὐ κλονοῦμαι. Vide etiam de-Magistris act. MM. ost. p. 351. — Mr.

Duae sunt in vaticano templo sedentes Petri apostoli statuae; altera aenea quae ad venerationem omnium mortalium haud procul ara maxima posita est; altera vetustior marmorea in templi cryptis. Iam graeca haec inscriptio, sub neutra ex his statuis nunc conspicitur, neque iam fere extat nisi, ut arbitror, in Mabillonii libro; quare et eius restitutio difficilior incertiorque est, quia coniecturis tantum fit, amisso archetypo. De statua aenea, quae in orbis christiani meridiana luce versatur, nihil dicam; sed marmoreae secretioris, quae item sedet, ut dixi, dextrâ tenens claves, sinistrâ deiectâ, inscriptionem recitabo, quam ipsemet legi, superimpositam. *S. Petri apostolorum principis statua mamorea antiquissima, quae erat inter columnas porticus veteris basilicae supra valvas aeneas, huc translata. Paulo V. P. M.* — A. M.

(1) Id est *altare.* — A. M.

(2) Gruterus p. 1165. 1. ex cod. pal. (p. 34) in quo est *pulchra Sabastiani multisque*, non ut edidit Gruterus *pulcra Sebastiani multique*; item Fleetw. p. 462. De catalogis reliquiarum ss. qui in marmoribus occurrunt videsis Paulium in oper. de s. Felice p. 114. — Mr.

(3) Corr. *piorum* cum Grutero — A. M.

(4) Gruterus p. 1172. 11. ex cod. pal. (p. 64. qui desinit in vocabulo *piorum.* — A. M.)

1

In s. Sabinae tabula eximiae magnitudinis muro adfixa intrantibus parte dextera.

Summa papatus Eugenius arce locatus
Corpus Alexandri presulis egregii ;
Nec non Theodoli; simul et te martir Eventi,
Iuxta Savinam Seraphiamque piam ;
Ede sub hac posuit, quam Petrus presbiter edit
Sub Caelestino praesule Roma tuo.
Illis et cunctis sacro baptismate lotis
Vos sancti Dominum esse rogate pium. (1)

2

Tuscanellae in lamella plumbea.

Anno Domini CCCCCCXLVIII· ind· VI·
corpora sanctorum martyrum Secundiani
Marcelliani Viriani et Deodati a domo
sanctorum translata sunt in civitatem
Tuscanam. (2)

3

Romae in s. Praxedis, haud procul ara maxima, optimis litteris (3).

✝ In n̄ Dn̄i D̄i Sal̄v· n̄ri Ih̄u xp̄i temporibus scis-
simi ac ter beatissimi et apostolici d̄n Paschalis

Est etiam in cod. clostuneburgensi, quem consuluit Garampius. in quo post *piorum* leguntur nomina illa sanctorum. At in 4. vers. pro *Xysti* est *et isti*; pro *numerus* in quinto est *nostris*; in 9. pro *quis* est *queis*. Extat etiam apud Fleetw. p. 507. (Profecto videtur mihi plerumque inutiliter Marinius post Gruterum citare Fleetwoodum, qui nonnisi Gruteri impressum librum exscribit; nihilominus Marinii scholia hac in parte non imminuo — A. M.) Carmen hoc occurrit inter opera s. Damasi n. 29. Sarazan. et n. 33. Merend. quem postremum vide in add. p. 9. Item vide Bos. p. 190; Arringh. T. I. p. 478; Severan. p. 437; Baron. T. V. p. 579. Quartum versum habes fere totum inter carmina Damasi ed. Merend. p. 223, et apud Kollar. analect. vindob. T. I. p. 398. — Mr.

Ego lapidem in s. Sebastiani non reperi; sedem tamen eius certam ablatique prope nupera indicia, id est in pariete effossionem, mihi deprehendere visus sum — A. M.

(1) Bolland. aug. T. VI. p. 497; Gallet. inscr. rom. T. III. p. 455. Vide in arch. vat. secr. Brutium T. XVII. p. 92. *Summa Petri sedes* legebatur in musivo basilicae vaticanae. Ciampin. de aedif. Const. p. 42; Blanchin. hist. eccl. part. II. p. 224, qui hoc monumento utitur pro Papae primatu; Martinell. Roma ex ethn. sacr. p. 297. In hoc lapide haec incisa leguntur: *supra hunc sepulchralem lapidem, quo olim ss. martyrum Alexandri, Eventii, Theoduli, Sabinae, et Seraphiae, corpora claudebantur, S. P. Dominicus toto corpore prostratus orare consuevit.* — Mr.

Ego hunc lapidem invisens, male tinctam videbam primam tertii versus litteram. Item de inconstantia *pre* et *prae* in 1. et 6. versu subdubitabam. — A. M.

(2) Turriotius memor. hist. urbis Tuscaniae p. 5. — Mr.

(3) Edidit hanc inscriptionem Davanzatus hist.

papae infraducta sunt veneranda scorum cor-
pora in hanc scam et venerabilem basilicam
beatae XPI virginis Praxedis; quae praedictus
pontifex diruta ex cymiteriis seu cryptis iacen-
tia auferens et sub hoc sacro sco altare summa
cum diligentia propriis manibus condidit in men-
se iulio die· XX· indictione decima ❧
Nomina vero pontificum haec sunt· Urba-
ni, Stephani, Antheri, Meltiadis, Faviani, Iulii, Pon-
tiani, Siricii, Lucii, Xysti, Felicis, Anastasii, et Caelestini ❧
Item nomina episcoporum· Stratonici, Leucii, et
Optati ❧ Quamquam presbiterorum et levitaru
Nicomedis archipbri, Iustini, et Cyrini, Cyriaci dia-
coni, Nemesii, atque Iachei ❧ Etiam et marty-
rum nomina ista sunt· Zotici, Herenei, Iachin-
thi, Amantii, Mari, Audifax, Abbacu, ac (1) scorum
octingentorum quorum nomina scit omps·
Castuli, Felicis militis, Gordiani, Epimachi, Servi-
liani, Sulpicii, Diogenis, Basti (2), et alii LXII· Marcel-
liani, Marci, Festi, et alii duo· Tertullini, Fausti, Bo-
nosi, Mauri, Calumniosi, Iohannis, Exsuperantii,
Casti, Cyrilli, et septem germanos, Honorati,
Theodosii, Basilii, Crescenti, Largi, Smarag-
di, Crescentionis, Iasonis, Mauri, Yppoliti,
Pontiani, Chrysanti, et alii LXVI. Simul-
que et alii mille centum viginti quattuor
quorum nomina sunt in libro vitae· Mauri,
Arthemii, Polionis, et alii sexaginta duo mar-
tyres ❧ Nomina quoque virginum scilicet
et viduarum, Praxedis, Pudentianae,
Iulianae, Simferosae, Feliculae, Marinae,
Candidae, Paulinae, Dariae, Basillae, Pau-
linae, Memmiae, Marthae, Emerentianae,
Zoe, et Tiburtiadis ❧ Quocirca et in ipso
ingressu basilicae manu dextra, ubi utique
benignissimee suae genitricis scilicet dom-

s. Praxedis p. 293; Martinell. 1. troph. cruc. p. 46; Panvin. VII. urb. p. 259. cum varietatibus (v. gr. v. 6. *dirutis* pro *diruta*, emendans scilicet; et v. 10. post *pontificum*, sponte addit *romanorum*; v. 14. omittit *quamquam*; v. 16. *Zachei* pro *Iachei*, et alia contra lapidis veritatem. — A. M.) Vide lib. pontif. ed. Vignol. T. II. p. 326, et Aleman. de later. par. p. 13. Confer denique Brutium T. XVII. p. 320. — Mr.

(1) Deest *ac* in scheda Marinii; sed extat in lapide. — A. M.

(2) Ita legitur *Basti* in lapide; tum etiam in scheda Marinii 1. manu; at 2. *Blasti*, contra lapidis fidem. Ceteroquin infra in barbara epigraphe occurret nobis *Blastus*. — A. M.

nae Theodorae episcopae (1) corpus quiescit, condidit iam dictus praesul corpora venerabilium haec, Zenonis presbiteri et aliorum (2) duorum· pariterque et in oratorio beati Iohannis Baptistae manu leva praenominatae basilicae, qui [sic] et secretarium esse dinoscitur, condidit corpora scilicet Mauri et aliorum quadraginta martyrum ɕ Simili modo et in oratorio beatae XPI virginis Agnetis, quod sursum in monasterio situm est, ipse pastor eximius posuit corpora piorum martyrum, videlicet Alexandri papae atque Eventii et Theoduli presbiteris [sic] ɕ Hos omnes Dei electos frequentius deprecans, quatenus per eorum valeat preces suae post finem carnis ad caeli conscendere culmen. Amen ɕ

Fiunt etiam insimul omnes sci duo milia CCC.

1

Romae in s. Angeli ad forum piscium, grandis tabula adfixa parieti intrantibus parte dextera (3).

Haec· sunt· nomina· scorum· corum· (4) beneficia· (5) hic· requiescunt· idest·
Dni· et· Salvatori· N· IHC· XPI· scae· quae (6) eius· genetricis· Mariae· dominae· N·

(1) Notandus titulus *episcopa*, qui etiam alibi semel occurrit in his nostris inscriptionibus. Neque tamen heterodoxi hinc forte sibi plaudant, quasi episcopi mariti gesserint ministerium. Sufficit enim s. Paulini nolani episcopi exemplum, apud quem vivebat quidem uxor Therasia, ut ex Paulini Augustinique epistulis constat; sed iam *de coniuge facta soror*, ut ait Idatius in chronico ad Honorii annum XXX. — A. M.

(2) Hactenus legitur in Marinii schedis (collect. ms. T. I. p. 18. n. 5); reliqui XV. versus apud eum desunt; neque defectum sensit ipse Marinius qui notam numeralem in schedae fundo adscripsit. Ego vero mendum non subodoratus, mutilam inscriptionem edideram, scholiis etiam Marinii hoc loco alibique omissis, quia sic brevitati consulendum antea putaveram. Mox ubi typis impressam a me inscriptionem cum lapide contuli, equidem cohorrui tanto defectu agnito; coepique de schedis Marinii, viri licet summi et diligentissimi, subdubitare, nisi proprio monumentorum intuitu certior fierem. Hoc igitur errore edoctus curavi urbana monumenta laboriosius invisere ac lectitare; quaterniones in libro meo complures refeci; menda multa purgavi; editionem accuratiorem instruxi. Ceteroquin ultro fateor tantas esse suscepti operis difficultates, tantum temporis dispendium, tantum laboris discursationisque urbanae taedium, tantam denique librorum inspiciendorum multitudinem, ut absolutam numeris omnibus editionem praestare non possim. — A. M.

(3) Ita reapse ego comperi. At in scheda Marinii *laeva* dicitur. — A. M.

(4) Ita pro *quorum*. Ut *cotidie* pro *quotidie*.—A. M.

(5) S. Gregorius magnus Brunichildae reginae Franc. misit beneficia (id est corpora) ss. hominum. Vide comment. de rosa aurea Pontif. don. — Mr.

(6) Ita est pro *sanctaeque*.

Sci· Michael· et· Gabriel· archangeli·
Sci· Petri· scti· Pauli. sci· Andreae·
Sci· Iaccobi· sci· Iohanni· sci· Thomae·
Sci Iaccobi· sci· Philippi· sci· Bartholomei·
Sci· Matthei· sci· Simonis· sci· Thaddei·
Sci· Iohanni· Baptistae· sci· Selbestri·
Sci· Stephani· sci· Zini· sci· Laurenti· (1)
Sci· Cesarii· sci· Nicandri· sci· Celsi·
Sci· Enpli· sci· Petri. sci· Marcellini·
Sci· Balentini· sci· Donati· sci· Nicolai·
Sci· Pancratii· sci· Anastasii· sci. Iuda.
Sci· Theodori· sci· Georgii· sci· Christophori·
Sci· Alexandri· sci· Erasmi· sci· Thothaclii·
Sci· Abbaquiri· sci· Iohanni· sci· Dometii· (2)
Sci· Procopii· sci· Pantaleoni· sci· Nicasi·
Sci· Cosmae· sci· Damiani· sci· Anthimi·
Sci· Leontii· sci· Enprepii· sci· Antipae·
Sca· Anna· sca· Elisabet· sca· Enphumia·
Sca· Sophia· sca· Thecla· sca· Petronella·
Sca· Theodotae· sca· Theopisti· sca· Aurea·
Sca· Athanasia· sca· Teoctisti· sca· Eudoxia·
✝ Est· enim· dedicatio· ecclesiae· istius·
At· nomen· beati· Pauli· apostoli· calen·
iunias· per· indictione· octaba· anno·
ab· initio· mundi· sex· milia· ducentos·
sexxaginta· (sic) tres· temporibus· domni·
Stephani· iunioris· papae· Theodotus·
holim· dux· nunc· primicerius· scae· sedis·
apostolicae· et· pater· nius (sic)· Ben· diac· a· solo·
edificavit· pro· intercessionem· animae· suae·
et· remedium. omnium· peccatorum· (3)

I

★

In nomine Dni amen· Istae sunt reliquiae eccliae sci
Ioannis de pede mercati. Videlicet in altari maiori
beati Nicolai episcopi sunt reliquiae sequentes·
De ligno crucis dni nri Iesu XPI.

(1) Ita est in lapide, non *Laurentii*, ut in scheda Marinii. — A. M.

(2) Ita rursus est in lapide, non *Domitii* ut in scheda Marinii. — A. M.

(3) Turrigius p. 540; Borgia mem. Benev. T. I. p. 192; Laderchius de inv. corp. s. Getulii p. 31; Gallett. Gabio p. 32; Primicer. p.52; inscr. R. T. I. p. 13. Confer mus. ital. Mabill. T. II. p. XVII. — Mr.

De lapide sepulchri dni nri iesu xpi·
De velo beatae virginis Mariae·
De brachio beati Nicolai confessoris·
De manu sancti Andreae apostoli·
De reliquiis sancti Iacobi apostoli·
De lapide sancti Stephani protomartiris·
De reliquiis trium puerorum·
De reliquiis ss. Prothei et Hiacinthi martiris·
De candela quae fuit accensa de igne qui de celo descendit ad sepulchrum dni nri Iesu xpi·
De humo et oleo beati pontificis et confessoris Nicolai de Baro·
De reliquiis quatuor Coronatorum·
De reliquiis ss· martirum Felicissimi et Agapiti·
De reliquiis ss· martirum Marcellini et Petri·
De reliquiis ss· martirum Nerei et Archilei atque Pancratii·
De reliquiis ss. mart· Mauri et Papiae·
De reliquiis s· Sebastiani martiris·
De reliquiis sancti Exsuperantii martiris·
De reliquiis sancti Dionisii martiris·
De reliquiis Herencii martiris·
De reliquiis sancti Hermetis martiris·
De reliquiis sancti Vitalis martiris·
De reliquiis sancti Heustachii martiris·
De reliquiis sancti Maximi mart.
De reliquiis sancti Restituti mart·
De reliquiis sancti Andreae apostoli·
De reliquiis sancti Sabriciani mart·
De reliquiis sancti Marcelli papae et mart·
De reliquiis sancti Silvestri papae·
De reliquiis sancti Sisti papae et mart·
De reliquiis Bonifatii papae·
De reliquiis sancti Iustini presbyteri·
De reliquiis sanctae Mariae Magdalenae·
De reliquiis sanctae Potentianae virginis·
De reliquiis sanctae Praxedis virginis·
De reliquiis sanctae Susannae virginis·
De reliquiis scae Scolasticae virginis·
De reliquiis sanctae Roffinae virginis et mart·
De reliquiis sanctae Secundae virginis et mart·
De reliquiis sanctae Petronillae virginis·

De reliquiis sanctae Luciae virginis·
De reliquiis sanctae Marthae·
De reliquiis sanctae Prescae virg· et mart·
De reliquiis sanctae Quiriacae viduae·
De reliquiis sancti Valinani mart·

Et reconditae sunt supradictae reliquiae per manus archiepi Leonardi de Sardinea de mense decembris die sexto indictione quarta natis dni nri ab incarnatione Iesu xpi millesimo· (1)

1

Modoctiae·

In hac cruce condite sunt reliquie iste· Lignum Domini·
Reliquie sci Stephani protomart· Reliquie sci Anastasii sacerdotis·
Reliquie sce Verene virg· Reliquie sci· Lucani mart·
De cilicio sci Augendi eximii confessoris xpi·
De vestimento sci Leudegarii mart· et episcopi viennensis· (2)

2

Veronae in confessione s. Proculi.

Hic cito consenui; iam me pre-
cedet longior aetas +
vivamque diu meliori-
bus annis· Proculi epi
corpus, et sanctorum mar-
tyrum Cosme et Damiani,
sed et confessores Martini
reliquiae quiescent in pace· (3)

3

Placentiae in s. Sabini.

Conradus
episcopus
in hoc tumulo corpora
ss· Victoris,
Domnini.Gelasii, et
Peregrini recondidit
anno Domini
DCCCC XXXXIII· (4)

(1) E schedis presbyteri Terribilinii. In Sardinia autem neminem invenio archiepiscopum Leonardum nisi calaritanum unum saeculi XII, et arborensem alium saeculi XIII et XIV. Mr. — Vide Matthaeium Sardin. sacr. — A. M.

(2) Frisius dissert. III. mem. eccl. Modoët. p. 20. exhibet hanc inscriptionem e vetustissimo codice, in quo est sacramentale s. Gregorii M.; qui codex adservatur in thesauro modoëtiensi. Existimat autem Frisius insculptam fuisse epigraphem cruci, quam rex Berengarius eidem ecclesiae donavit saeculo X. ineunte. Ego, inquit Marinius, inscriptionem in praedicti codicis calce observavi, in eaque nonnulla deesse deprehendi, neque ad crucem pertinere iudicavi. — Mr.

(3) Gruterus p. 1058. 3, cui misit Scultetus; Fleetw. p. 460; Ughell. T. V. p. 675. 684; Murat. p. 1929. 6. ex Maffacio Ver. ill. P. I. p. 166. 361. 210; Blancol. eccl. Ver. T. I. p. 7. 327. excus. in ligno; Bolland. mart. T. III. p. 451. 453. et sept. T. VII. p. 444. Mr. — Veram lectionem nos protulimus praesertim ex Blancolino. At illa, quae est apud Gruterum eiusque asseclam Fleetwoodum, a veritate non semel discedit. — A. M.

(4) Ughellus T. II. p. 204. — Mr.

1

Romae in cryptis basilicae vaticanae.

...s· Lucii PP·
s. *Pigm*enii pbi
scr *Chr*ysanthi· et
*Thras*onis· s· Caii pi (1)
*Qu*irini· s· Militi·
scr Trophi et Calocer*i*
scr Zefferini· pap· et
Tarsicii· s· Ippoliti
scr· Quiriaci· Largi
Smaragdi et Archelai
s· Gorgonii et alioru
scr· quor· nom· Ds scit
s· Iannarii· scr· XXV·
scr· Pamphyli et Pauli
scr· Proiecti et Seder...
scr· Optati et Polycham·
Dionysii PP· s· Nemesii· DC·
scar· Dariae et Hilariae
scar· Memmiae· et Iulianae
scar· Arthemiae Concord·
scar· Sofiae· Pistis· Helpis et
Agapae· sce Conchiliae et
Trifoniae· Sev· Cyrilla
scr· Stephani Silvestr· (2)
. . . .

2

In iisdem cryptis basilicae vaticanae inscriptio translata ex veteri savello Iohannis VII. P.M. pessimis litteris.

Temporibus
dn· Hadriani
papae hic recun-
sic
dita sum reliqu*i*-
as sanctor· in
mese· nobebr·
D· XXII· ind·
septima bin
a clusura in
*i*ntegro qpi
Septinia.. (3)

3

Cordubae in paroecia s. Petri ad loculum reliquiarum.

✝ Scorum
martyr·
XPI IHU ꝺ
Fausti Ia-
nuari et
Martia..
...Zoyli ꝺ
...Tacisceli ꝺ
...arita...
...ats...
...n... (4)

(1) Male Turrigius legit *papae*. Idem mendose alibi quoque legit interdum. — A. M.

(2) Dionysius crypt. vat. tab. XXXIX; Turrig. p. 18. et 329; Farlat. Illyr. sacr. T. II. p. 553. Mr. — Ego hanc inscriptionem nuper observans, male tinctas reperi litteras duas, ita ut primo intuitu legatur *Arcielai* et *Pamphyii*. Huiusmodi tinctorum lapidariorum sphalmata vidi innumera in romanis inscriptionibus. Supplementa vero litteris inclinatis scripta ex Turrigio sumpsi. — A. M.

ΠΡΟ ΙΔ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡΟ Γ ΚΑ. ΜΑΡ ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ Α ΝΩ. ΑΠΡ* ΚΥ * *lege* ΜΑΙ.
ΠΡΟ Η ΚΑ. ΑΠΡ· ΚΥ	ΠΡΟ Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΗ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡΟ ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ.
ΠΡΟ Η ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΑ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ ϛ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

Γ

ΠΡΟ Ιϛ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ	ΠΡΟ ΙΒ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ ϛ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΝΩ ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ ϛ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Α ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ Ιϛ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Α ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΓ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ Θ* ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ * *lege* Ε.
ΠΡΟ ϛ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ Α ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ	ΠΡΟ Ε ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

Δ

ΠΡΟ ΙΕ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Ε. ΕΙ ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Θ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΕΙ ΑΠΡ. ΚΥ
ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΒ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ε ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΑ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Η ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ε ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΤΟ ΙΕ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΙ
ΠΡΟ Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΕΙ ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

ϛ

ΠΡΟ ΙΓ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Α ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ζ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Α ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ϛ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ιϛ ΚΑ. ΜΑΡ.* ΚΥ * *lege* ΜΑΙ
ΠΡΟ ϛ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ι ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Α ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Α Νω. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΓ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Α ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

Ε

ΠΡΟ ΙΔ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Η ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΗ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Η ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΑ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΖ ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Ζ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Δ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Γ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Γ ΝΩ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ζ ΚΑ. ΑΠΡ· ΚΥ
ΠΡΟ Ζ ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Γ ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ

Ζ

ΠΡΟ ΙΒ. ΚΑ ΜΑΙ. ΚΥ
ΝΩ ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ϛ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ιϛ. ΚΑ. ΜΑΙ. ΚΥ
ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Θ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Α. ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ε. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΕ. ΚΑ ΜΑΙ. ΚΥ
ΠΡΟ Ε. ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Θ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΕΙ ΑΠΡ. ΚΥ
ΝΩ ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ ΙΒ. ΚΑ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΠΡΟ Ε. ΕΙ. ΑΠΡ. ΚΥ
ΚΑ ΑΠΡ. ΚΥ

CAPUT II.

ARAE, TEMPLA, AEDES, FONTES, DONARIA, CETERA MONUMENTA SACRA, FACTA, DATA, DICATA, RESTITUTA, CONSUMMATA.

1

Romae in altari ecclesiae s. Petri.

Caelorum dominus, qui cum patre condidit orbem,
Disponit terras virgine natus homo.
Utque sacerdotum regumque est stirpe creatus,
Providus huic mundo curat utrumque geri.
Tradit oves fidei Petro pastore regendas,
Quas vice Hadriano crederet ille sua.
Quin et romanum largitur in urbe fideli
Pontificatum famuli, qui placuere sibi.
Quod Carolus mira praecellentissimus rex
Suscipiet dextra glorificante Petri.
Pro cuius vita triumphique haec munera regno
Obtulit antistes congrua rite sibi. (1)

2

Ibidem.

Vox arcana patris caeli quibus aequa potestas
Descendit terras luce replere sua.
Hanc Deus humanam sumens de virgine formam
Discipulos mundo praecipienda docet.

(1) Gruterus 1163. 8. ex cod. pal. (p. 29) quibus in membranis est *utquae* mendose, non *utque* ut emendavit Baronius T. XIII. p. 97. ex eoque Gruterus, itemque Fleetw. p. 317. et Bolland. propyl. p. 222. Sermo autem est de muneribus ad basilicam vaticanam a Carolo magno missis, perque PP. Hadrianum offerendis. Alia multa misit Carolus dona sub Leone III. Mr.—Pro *pontificatum*, uti reapse est in cod. pal., scribit emendandi causa *imperium* in octavo versu Papebrochius apud Bolland. loc. cit. Idem v. 9. scribit *mire* pro *mira*, additque *hic* ante *rex*: nec non v. 11. scribit *triumphisque* pro *triumphique*, et *regia* pro *regno*; quae omnia contra membranarum palatinarum, unde carmen hoc fluxit, (namque ipsum monumentum frustra iam quaeres) fidem audet, atque ita sinceritatem scripturae veteris pessum dat. — A. M.

Quae modo Pelagius praesul cum plebe fidelis
Exercens offert munera sacra Deo.
Ut romana manu caelesti sceptra regantur,
Sit quorum imperio libera vera fides.
Pro quibus antistis reddens haec vota precatur
Saecula principibus pacificata dari.
Hostibus ut domitis Petri virtute per orbem
Gentibus ac populis pax sit et ista fides. (1)

1

Hipponae in mensa hos versus inscripsit s. Augustinus.

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam indignam noverit esse sibi. (2)

2

In ecclesia monasterii Mediani, ad altare.

Hoc altare in honore Dei sanctaeque Mariae
Munere de proprio Reginardus contulit abbas. (3)

3

Mediolani in altari s. Ambrosii carmina inscripta limbis seu fasciis ipsius altaris, quod totum ex auro argentoque est.

Emicat alma foris rutiloque decore venusta
Arca metallorum gemmisque cumpta coruscat.
Thaesauro tamen haec cumpto potiore metallo
Ossibus interius pollet donata sacratis.
Egregius quod praesul opus sub honore beati
Inclitus Ambrosii templi recubantis in isto
Obtulit Angilbertus ovans Dominoque dicavit,

(1) Gruterus 1163. 3. ex eodem cod. pal. (p. 29) in quo legitur *antistis*, non *antistes*, ut apud praed. Grut.; nec non apud Baron. T. X. p. 158; Oldoin. ad Ciaccon. p. 387. in Pelag. I; Fleetw. p. 465. — Mr.

(2) Vide Sirmondi opera T. II. p. 1061. In secundo versu tres mss. codd. habent *hac mensa*. Est etiam qui legit *hanc mensam vetitam*. — Mr.

(3) Mabill. annal. Bened. T. II. p. 317. 387. ex Iohanne de Bayonne hist. Mediani monasterii. Vide Broweri AA. fuldens. p. 119. qui exhibet carmen incipiens *hoc altare quod Rabani est*. Vide Rab. T. VI. p. 214. 215. 219. 220. 221; et Mabillonii analecta in fol. p. 412. — Mr.

Tempore quo nitidae servabar (sic) culmina sedis.
Aspice summe pater, famulo miserere benigne. (1)

DOMNUS

S̄ Am bro si us	*S. Ambrosius coronam imponens, capiti Angilberti a quo ipsi altare offertur.*	An gil ber tu s domnus	Wol vi nus magis. phaber	*S. Ambrosius item capiti Vuolvini coronam imponens.*	SC̄S Am bro si us

1

Ocriculi in maiore ecclesia litteris antiquis.

✝ Iubante Deo Fulgentius episcopus invento corpore beati martyris Victoris in X̄P̄I nomine super altarem (sic) construxit. (2)

2

Polae ad aram maximam.

Aulae tribunalis caelesti sede praeclara
specula altaris ·IIII· in quo sacri-
fici oblatio immaculata offertur.

·(3)

Vota desiderii benigne quesomor (4) anplectere . . .
Nos praecamur humiles ut apte digneris suscipere opus
et maiestati perpetuae facias esse dignum
ad laudem sempiterne cl̄ae eius. (5)

3

Brixiae.

Faustino et Iovitae martyribus
Victor Maurus ex voto
Posuit mensam civibus suis. (6)

(1) Puricellius monum. basil. ambros. T. I. p. 88. 103. 128, item tab. excus. in fine op.; Ughell. T. IV. p. 82 (qui scripturam non semel immutat — A. M.) Puccinell. zodiac. eccl. mediol. p. 373; Iulin. T. I. p. 179. sqq. — Mr.

(2) Vide Ughell. T. X. p. 150. — Mr. Scribit praedictus Ughellius s. Fulgentium gessisse ocriculanum episcopatum aetate Vigilii papae et Totilae Gothorum regis; sed de epigraphe nihil. — A. M.

(3) Heic interponitur monogramma, quod mihi videtur legendum *sanctus Leo episcopus*. Cerno enim litteras SCLOEP. — A. M.

(4) Num pro *quaesumus*? Sic infra *cl̄ae* pro *ḡlae*, *gloriae*. — A. M.

(5) Ex codice inscriptionum Donii. — Mr.

(6) Fleetw. p. 405. Videsis Bollandum april.

1

In Foro Cornelii in s. Mariae della regola. *Prima legitur in columella cui imminet mensa altaris; altera in ipso altari ea parte quae chorum respicit.*

1

+ De donis Dī et scōr.
suor. servus tuus
tibi Sirvīe
Basilius ēps ꝺ.F. C.
P· IND· X·I·

2

+ ServꝺtuꝺtibiꝺSe
B r
a vi
si eꝺ
lꝺ d
sꝺ ꝺ
ci m
sꝺmꝺeꝺfꝺp·ꝺindꝺx·ꝺII·

3

In Foro Iulii in sancti Martini.

. . . . . . xima dona Xpī ad clarit subeimi
. . . . . . concessa pemmoni ubique diruto
. . . . . *for*marentur templa. Nam et inter reliquas
*solar*ium beati Iohannis ornabit pendola
+ ex auro pulchro altare
ditabit marmoris colore Ratechis Hidebohohrit. (1)

4

In cathedrali civit. Ruthenensis, in ambitu arae maximae.

Deusdedit episcopus indignus fecit fieri hanc aram. (2)

C. II. p. XLVIII, et Cangium voc. *mensa*. Mr. — Mensa intelligitur lapis tumulo martyrum impositus, vel potius altare ibi dedicatum. Ad mensas martyrum dictae sunt multae Patrum homiliae, ut libri mss. editique testantur. — A. M.

(1) Marinius in sua collectione posuit tabulam excusam monumenti forocorneliensis, qualis ea extat apud Cancianum leg. barb. T. III. Porro dicta tabula exhibet 1. B. Virginem quae complectitur Elisabetham. 2. Magos puerum Iesum adorantes. 3. ipsum, ut puto, Iesum inter angelos sedentem. Scripturam Marinius non explicuit. Ego vero Muratorii p. 1923, quem citat ipse Marinius, lectionem posui. Addit Marinius narratum sibi a P. Cortenovio, peragi solitum in Forocorneliensi civitate festum s. Maximae, quia sibi videntur ii cives nomen hoc in monumento legere; ceteroquin Maximam celebrem esse divam urbis Fori Iulii in Gallia. Muratorius adnotat, sic lectam inscriptionem a Fontaninio fuisse. Item adnotat, sub Liutprando Langobardorum rege Remmonem Fori Iulii ducem fuisse, cui successit Rachis filius, etiam rex postea renunciatus. — A. M.

(2) Sammartanus G. ch. T. I. p. 200. — Mr.

1

Spoleti in ecclesia cathedrali parieti infixus lapis.

A ☧ Ω

Spes episcopus Dei servus sancto Vitali martyri
*A se primum invento altaris hon*orem fecit. (1)
*Martyris hic locus est Vitalis nomin*e vero,
*Quem servata fides et Christi passi*o votat.
Solus hic e nostris victrici*a don*a reportans
Aeternam caelo meruit per*ferr*e coronam.
Hunc (2) precor ut lucis promissae gaudia carpam.
Et quae virgo precans poscit Calv*enti*a praestet,
Corporis intacto puri decor*ata pudore*,
Plusque datura fide decoris *quam quod pia patri*
Exhibet officia et puro venera*tur a*more.
Utque probante Deo maneat per *sae*cla fidelis,
Praemia laeta (3) sibi concesso mu*nere sumens.*
Sanctis laetus ego Spes haec mu*nuscula* . . . . . .

Sancti Vitali (4) martyris pass*ionis n*atalis die XVI. (5)

2

Extra urbem Volaterranam in divi Marci in mensa altaris.

ore sci Iusti Alchisill Gastaldi
us fieri iusset *tempore*
domn. Cunincper regi ei Gaudei
utiano episcopo a . . .

(6)

(1) Don. class. XX. 1. *honore affecit.*

(2) Don. *nunc.*

(3) Deest *laeta* apud Don.

(4) Don. *Vitalis.*

(5) Quas partes inscriptionis litteris inclinatis scripsi, eae extant nunc in monumento, supplementi loco in parietina calce exaratae litteris bonis, ut ait Marinius. Iam de Spe episcopo spoletino legesis Ughellium qui ait eum vixisse Honorii Arcadiique temporibus; additque in ecclesia ss. apostolorum prope Spoletum superesse eius monumentum marmoreum cum inscriptione. *Depositio sanctae memoriae venerabilis Spei episcopi, qui vixit in sacerdotio annis XXXII.* — A. M.

(6) Notit. florent. an. 1750. p. 676. Item Zaccarias hist. litt. T. III. p. 661; Lamius AA. Tusciae p. 455. — Mr.

1

In basilica Classensi extra Ravennam ad aram Virgini deiparae dicatam.

Ursus· levita· et· abbas· huius· regularis· monasterii
in· nomine· Dei· et· sanctae· Mariae· fieri· praecepit.
Qui· legitis· Dei· misericordiam· pro· eo· exorate. (1)

2

Alicubi in Gallia ad altare s. Aniani.

Hanc tibi celsitonans aram Theodulfus adorno.
At faveas votis rex Deus ipse meis.
Quisquis et hanc cernens, et tu sanctissime praesul
Aniane, exigui sis memor oro mei. (2)

3

Ratisbonae in monasterio s. Hemerammi asservatur parvum altare, quod portatile dicitur, ab Arnulpho imp. in castris circumlatum, aureis laminis coopertum, quadratae figurae, uno pede latum, altum duobus, cum turricula, quae in crucem desinit, quaeque hos versus legentibus offert.

Rex Arnulfus amore Dei perfecerat istud
Ut fiat ornatus se . . . . tibus istis (3)

4

Treviris.

Quam bene concordes divina potentia iungit
Membra sacerdotum quae ornat locus iste duorum!
Eucharium loquitur Valeriumque simul.
Sedem victuris gaudens componere membris
Fratribus hoc sanctis ponens altare Cyrillus
Corporis hospitium sanctus metator adornat. (4)

5

In ecclesia monasterii Mediolacensis dioeceseos Trevirensis.

Claviger alme poli Ruotbertus mente fideli
Hanc tibi praeclaram praesul devoverat aram
Abbas, quam Ruothuic devotus rite peregit,
Praemia communis sibi quo sint aequa laboris. (5)

(1) Annal. camald. T. I. p. 17. — Mr.
(2) Sirmond. opp. T. II. p. 779. Mr.
(3) Mabill. analect. in fol. p. 10. — Mr.
(4) Brower. annal. trev. T. I. p. 297. ann. 455, qui putat verba fieri de Cyrillo trevirensi episcopo. Vide Gall. ch. T. XIII. p. 378. 543, et Bolland. T. III. maii p. 331. — Mr.
(5) Brower. op. cit. p. 455. — Mr.

1

Remis in ecclesia beatae Virginis ad aram.

Hanc aram Domini genitricis honore dicatam
Cultor ubique suus decoravit episcopus Hincmar
Muneribus sacris functus hac sede sacerdos.
Iam bene completis centenis octies annis,
Quadraginta simul quinto volvente sub ipsis,
Quum iuvenis Karolus regeret diademata regni,
Hunc sibi pastorem ponentibus urbis alumnis.

Ibidem ad imaginem in ipsa ara locatam.

Virgo Maria tenet hominem, regemque, Deumque,
Visceribus propriis natum de flamine sancto. (1)

2

Constantinopoli in mensa auro argento et gemmis insigni.

Ταῦτα· ἐκ· τῶν· σῶν· σοι προσφέρο-
μεν· οἱ· δοῦλοι· σου· Χριστὲ
Ἰουστινιανὸς· καὶ· Θεόδωρα
ἃ· εὐμενῶς· προσδέξαι· υἱὲ
καὶ· λόγε· τοῦ· θεοῦ· ὁ· σαρ-
κωθεὶς· καὶ· σταυρωθεὶς
ὑπὲρ· ἡμῶν· καὶ· ἡμᾶς· ἐν
τῇ ὀρθοδόξῳ· πίστει
σου· διατήρησον· καὶ· τὴν
πολιτείαν· ἣν· ἡμῖν· ἐπίστε-
υσας· εἰς· τὴν· ἰδίαν· σου
δόξαν· αὔξησον· καὶ· φύλα-
ξον· πρεσβείαις· τῆς· ἁγίας
θεοτόκου· καὶ· ἀεὶ· παρθένου Μαρίας· (2)

3

*

Aula trinitatis haec est mater innocens,
Valida qui sacris pectora mundat aquis

(1) Sirmond. T. IV. p. 113; Sammart. G. ch. T. IX. p. 40. — Mr.

(2) Murator. 1895. 1. e schedis farnes.; Baron. T. X. p. 177; Bandur. AA. Cpol. T. I. lib. VII. p. 155. ed. ven.; Caug. Cpol. ch. p. 48; Fontanin. de disco p. 20. refert ex Cedreno; Borg. de cruce velit. p. 25. — Mr.

Vivit in aeternum de nomine fama vetusto.
Qui nec culminibus fulgent laquearia tectis. (1)

1

Romae in abside s. Iohannis in Laterano musivo opere.

Augustus Caesar totum quum duceret orbem
Condidit hanc aulam Silvestri chrismate sacram.
Iamque salutifera lepra mundatus ab unda
Ecclesiae hic sedem construxit primus in orbe
Salvatori Deo qui cuncta salubriter egit.
Custodemque loci pandit te sancte Ioannes.
Inclinata ruit senio volventibus annis.
Spes dum nulla foret vestigia prisca recondi,
Sergius ad culmen produxit tertius ima,
Cespiteque ornavit fingens haec moenia Papa. (2)

2

Ibidem supra fores eodem opere.

Sergius ipse pius Papa (3) hanc qui coepit ab imis
Tertius explevit istam quam conspicis aulam.

3

Ibidem.

Cum subitis peragi fallax clementia veris
  Et sacer addendo festa vetaret aquis,
Simplicius praesul sacraria celsa petentem
  Porticibus iunctis texit ab imbre diem. (4)

(1) Grut. p. 1174. ex codice pal. (p. 72). Gruterus tamen emendat *squalida* pro *valida*. Sic etiam Fleetw. qui nullum epigrammati sensum inesse queritur. — Mr. et A. M.

(2) Panvinius de septem ecclesiis p. 110. ait: *Sergius III. basilicam restauravit, musivis signis ornavit . . . cuius rei memoria extabat in his versiculis absidi musivo opere inscriptis, qui exoleverunt.* Confer Ciampin de aed. p. 8; Raspon. p. 28. Gallet. T. I. p. 1; Severan. p. 514. Marangon. res ethn. p. 413; Bolland. propyl. p. 115; Paciaud. de S. Ioh. Bapt. p. 13. Crescimbenius de statu eccl. S. Io. lateran. p. 161. ait hoc esse princeps monumentum, quo S. I. Baptista patronus titularis templi lateran. vocitatur. In 1. versu habent *cum* Ciamp. Rasp. et Cresc.; in 4. *orbem* Ciamp. Rasp. Panv. — Mr.

(3) *Papa* perperam deest in schedis Marinii, sed adest apud Ciampinium. — A. M.

(4) Grut. p. 1164. 1. ex cod. pal. (p. 30); Canonic. Rom. ed. a Petro de Angelis p. 66; Baron. T. VIII. p. 419; Severanus p. 54. ponit in atrio S. Petri. Oldoinus ad Ciacc. T. I. p. 322. sub S. Simplicii vita ait: *aedificium construxit ad paradisum (erat is locus amoenus in basil. S. Petri vel atrium) ut patet ex antiquis inscriptionibus, et sunt: cum subitis* etc. Alia sequitur quae erat super limine ecclesiae *qui regni* etc. In 4. versu videtur legendum *porticibus*. V. Ciamp. de aed. p. 35. — Mr.

1

Ibidem in throno.

Aula Dei haec similis Synai sacra iura ferenti,
Ut lex demonstrat hic quae fuit edita quondam.
Lex hinc exivit mentes quae ducit ab imis,
Et vulgata dedit lumen per climata secli.
Flavius Constantius Felix V. C. magister
utriusque militiae patricius et con. ord.
et Padusia eius inl. foemina voti compotes
de proprio fecerunt.

2

*

Pauper excessu melius nunc ista resurgunt
Divite sed voto plus placitura Deo.
Plange tuum gens saeva nefas; periere furores,
Crevit in his templis per tua damna decus. (1)

3

Romae in paradiso ecclesiae lateranensis.

Gallus Anastasie natus decus addidit aulae,
Quod prosit meritis illius atque suis.
Munus ut grate sumat divina potestas
Efficiet Petrus regia claustra tenens. (2)

2

Ravennae in ecclesia S. crucis a Galla Placidia aedificata, in arcu.

Christum fonte lavat paradisi in sede Iohannes,
Qui vitam tribuit felicem martyrem mostrat. (3)

In fronte templi, in quo quatuor paradisi flumina depicta.

Christe patris verbum cuncti concordia mundi,
Qui ut finem nescis sic quoque principium;
Te circum sistunt dicentes ter sanctus et amen
Aligeri testes quos tua dextra regit.
Te coram fluvii currunt per secula fusi
Tigris et Eufrates Phison et ipse Geon.
Te vincente tuis pedibus calcata per aevum
Germanae mortis crimina saeva tacent.

(1) Grut. p. 1171. 8. ex cod. pal. (p. 60.) Fleetw. p. 531. — Mr.

(2) Grut. 1164. ex cod. pal. (p. 30); Fleetw. p. 410. — Mr.

(3) Agnellus p. 78. Extant hi versus cum varietate in cod. vat. 5834. p. 129. — Mr.

1

Malasti, quod est oppidum dioeceseos Carcassonensis, in ecclesia s. Iohannis.

Amelius nutu Dei vice comes
in honore scae trinitatis patris et filii et spiritus sci Deo gratias
Tres miru gratia Dei abba edificavit hanc domum
et iussit dedicari.
Vox per deserta frendens leo cuius imaginem Marcus tenet †
Rite mactatur taurus ad aram cuius tipum Lucas tenet †
More volatur aquila ad astra cuius figuram Ihes tenet †
Speciem tenet et naturam Mateus ut homo †. (1)

2

Clusii in tabula marm. rubris litteris infixa parieti ecclesiae cathedralis.

† Hanc ecclesiam una cum pavimento
Arialdus eps fieri iussit A. D. M. . .
B. hoc tectum . . . . . novatum. (2)

3

Narbonae in palatio archiepiscopi.

† Do. et. XPO. miserante. lim. hoc. C. L. K. T. E. anno. IIII.
CS. Valentiniano. aug. VI. III. KL. D. XVIIII. anno
eptus. Rusti. . .

Rusticus. eps. epi. Bonosi. filius
epi. Aratoris. de. sorore. nepus. †
epi. Veneri. soci. in monasterio
conprb. eccle. Massiliens.
anno XV. eptus. su. D. ann. V.
an. id. octob. c. Urso prbo. Hermete
diaco. et cor. seq. tib.
coep. depon. pariet. eccl. dud.
exustae XXXVII. d. quad. in fun-
dam. poni. coepi. anno. II. VII. id.
octb. absid. P. F. Montanus. subd.
Marcellus. Gall. pref. Di. cultor
prece exegit. epm. hoc. ons. suscip.
inpendia. necessas. repromitens. (sic)
quae. per bienn. administ.
suae. brebu artifi. b.
merced. sol. DC.
ad oper. et. ceter. sol. id.
hinc. oblat. sci.
epi Veneri. solc...
epi. Dynami l...
Oresi. co...
Agroeci. i..
et de conla..
saluti. (3)

(1) Mabil. annal. Bened. T. III. p. 461. Vivebat autem hic abbas anno 948. — Mr.

(2) Gorius T. II. p. 401. n. 3. — Mr.

(3) Lapis sic legitur: *Deo et Christo miserante limen hoc collocatum est anno quarto, consule Valentiniano aug. VI, tertio kal. decembr., XIX. anno episcopatus Rustici Rusticus episcopus, episcopi Bonosi filius, episcopi Aratoris de sorore nepos, Venerii socius in monasterio, compresbyter eccl. Massil., anno XV. episcopatus sui, destructionis anno quinto* (*vel dic anni quinta*) *III. id. oct. eum Urso presbytero, Hermete diacono, et eorum sequentibus, coepit deponere parietem ecclesiae dudum exustae. XXXVII. die quadratum in fundamento poni coepit. Anno secundo, VII. id oct. absidem poni fecit Montanus subd. Marcellus Galliarum praefectus Dei cultor prece exegit episcopum hoc onus suscipere, impendia necessaria repromittens, quae per biennium administrationis suae praebuit artificibus.*

1

Parentii in sacra aedicula palatii episcopalis.

† Famul· Di· Eufrasius· antis· temporib· suis· ag· an· XI·
Locum hunc cond· fondamen· Do· iobant· sce· accl· catholec· (1)

2

Lugduni in ecclesia constructa ab episcopo Patiente.

Quisquis pontificis patrisque nostri
Collaudas Patientis hic laborem ,
Voti compote supplicatione
Concessum experiere quod rogabis·
Aedes celsa nitet , nec in sinistrum
Aut dextrum trahitur ; sed arce frontis
Ortum prospicit aequinoctialem.
Intus lux micat , atque bracteatum
Sol sic sollicitatur ad lacunar ,
Fulvo ut concolor erret in metallo.
Distinctum vario nitore marmor ,
Percurrit cameram , solum , fenestras ,
Ac sub versicoloribus figuris
Vernans herbida crusta sapphiratos
Flectit per prasinum vitrum lapillos.
Huic est porticus applicata triplex
Fulmentis aquitanicis superba :
Ad cuius specimen remotiora
Claudunt atria porticus secundae :
Et campum medium procul locatas
Vestis saxea sylva per columnas·
Hinc agger sonat , hinc Arar resultat.
Hinc sese pedes atque eques reflectit ,
Stridentum et moderator essedorum :
Curvorum hinc chorus helciariorum ,
Responsantibus alleluia ripis ,
Ad Christum levat amnicum celeuma·
Sic sic psallite nauta , vel viator :
Namque iste est locus omnibus petendus ,
Omnes quo via ducit ad salutem (2)·

mercedem solidorum sexcentorum ad operas et cetera solidorum mille quingentorum. Hinc oblationes sancti episcopi Venerii solidos G· · · episcopi Dynamii · · · L· · Oresi· · · CC. Agroecii · · · M· · · et Decoriae · · · saluti · · · Vide Histoire de Languedoc in calce p. 4· n· 9 ; Sammart· G· C· T· VI· p· 8 ; Fleetw· p· 475 ; Grut· p· 1059· 1 ; Donat· p· 194 ; Maurin· T· II· p· 564 ; Blanchin· T. I. praef· ad Anastas. et T. III. p. 158. — Mr.

(1) Episcopus Parentii Niger in folio impresso apud Marinium *do. Iobant* legit *donno Iohanne antistite* , intelligitque Iohannem II· qui pontificatum romanum adiit anno DXXXII· Ego tamen suspicor legendum *Deo iuvante* . Nam *iobant* perspicuum est in tabula aere cusa· Denique Niger *Euphrasium* intelligit illum in quem invehitur Pelagius I· papa epist. ad Narsetem· — A· M·

(2) Sirmond. opp. T. I. p. 506. — Mr.

1

Remis in pinnaculo ecclesiae maioris.

Ludovicus Caesar factus coronante Stephano
Hac in sede Papa magno. Tunc et Ebo pontifex
Fundamenta renovavit cuncta loci istius:
Urbis iura sibi subdens praesul auxit omnia. (1)

2

Polae in porta laterali cathedralis ecclesiae ex marmore pario.

An· incarnat· Dñi DCCCLVII
ind· V· rege Loudowico imp· aug·
in Italia Handegis huius aecce
elec· D· pent· cons· epss sed· an· V· (2)

3

Ticini, in cathedrali, in ferrea lamella reperta anno MDCCIX. quum sacellum gentis Beccariae dirueretur.

Nomine Guodvo citans ornavit marmore pulcro
Intima cum varii templi fulgore metalli
Templum Dño devotus condedit anso
Tempore praecelsi Liutprandi denique regis
Aedibus in propriis Mariae virginis almae
Orantes penitrent hinc caelos vota God. (3)

4

Capuae in porta aquilonari templi maximi.

Hoc pius antistes cleri lux Otto paravit
Ecclesiaeque pater res mores amplificavit. (4)

(1) Sammart. G. ch. T. IX. p. 34. Item La Cointe annal. T. VII. p. 369. — Mr.

(2) Muratorius p. 1883. 3. observat, hunc polensem episcopum Handegin ignotum Ughellio fuisse; legitque *elec. P. cons.* Profert eandem inscript. Carlius T. IV. annal. Ital. p. 270. V. p. 283. At Cortenovius Marinium admonebat legendum videri *Handelgis*, ita ut sit *Andelgisus* episcopus. — A. M.

(3) Murat. p. 1883. 4. qui scribit *pulchro et auso*. Marinius exhibet e Zaccaria, qui praesens Ticini exscripsit, protulitque quasi ineditam T. I. excurs. litter. p. 206. Videsis Murat. AA. med. aev. T. IV. p. 766. — A. M.

(4) Ciamp. V. M. T. II. p. 167, et Murat. T. III. AA. med. aev. p. 701. — Mr.

1

Sistarici in cathedrali ante aram s. Iohannis repertus lapis.

In honore D. nostri I. C. hic est locus
aedificatus, quem fieri procuravit
Campanus praesul tempore . . . .
nomine Iohannis ep. Sistaric. anno XII.
Chlotarii filii Caroli. (1)

2

Tarracone.

Stephanus alexandrinus in honore
Dei et omnium sanctorum die VIII. id.
april. an. tertio ordinationis eius cum
suis sub pontificatu Georgii epi. sigillum
hic esto. (2)

3

In fronte basilicae monasterii s. Vincentii ad Volturnum litteris aureis.

Quaeque vides hospes pendentia celsa vel ima,
Vir Domini Iosue struxit cum fratribus una. (3)

4

*

Scribere versiculos Iohannis conpulit istos
Successor patrui custos venerabilis aulae
Huius et expletor sancti pulchrique laboris,
Quem coepit Thomas Dni devoto corde minister
Aut si tota cupis lector cognoscere gesta,
Egregium sancti librum scrutare Iohannis:
Illic invenies vero revelante magistro
Discipulum scripsisse sacris quod fulget in atriis. (4)

(1) Sanmart. G. Ch. T. I. p. 477. — Mr.

(2) Floresius Hisp. sac. T. XXV. p. 94, ubi disserit de hoc Georgio tarraconensi episcopo incertae aetatis. V. Ant. August. apud Flor. loc. cit. p. 238. et T. VII. p. 218. — Mr.

(3) Mabill. saec. Bened. T. V. p. 81; ann. Bened. T. II. p. 396. ad an. 816. ex chr. casin. Leon. marsic. lib. I. cap. 26. V. Cangium T. III. hist. Franc. scriptt. p. 681; et Murat. S. R. I. T. I. part. II. p. 368. — Mr.

(4) Grut. p. 1168. 5. *Ioannis pulcri* ex cod. pal. (p. 47.) sed mendose, ut codicem inspiciens cognovi. Fleetw. p. 498. V. Mazzoch. calend. p. 494. n. 106. — Mr.

1

In villa Germaniaci, tertio ab floriacensi monasterio lapide, in turri ecclesiae, de qua signa pendebant, hi versus argenteo colore expressi.

Haec in honore Dei Theodulphus templa sacravi,
Quae dum quisquis ades, oro, memento mei.

Idem abbas Theodulphus in dicta ecclesia Cherubim super aram artificiosissimo magisterio expressum his decoravit versibus.

Oraculum sanctum et Cherubin hic aspice spectans,
Et testamenti en micat arca Dei.
Haec cernens precibusque studens pulsare tonentem (sic)
Theodulphum votis iungito, quaeso, tuis. (1)

2

Iliturgi in Hispania.

Ihesu Christo dño nostro
Regn A ✝ Ω ante
constructum era DCLXV
anno VII regis Suinqhile. (2)

3

In monasterio s. Stephani de Ribas dioec. Ari.

✝ Cum Dei admini-
clo
Frakila abba con-
didit opus·
era D·CCCCLVI· (3)

4

In antiquissima et ferme IX. vel X. saeculi ecclesia s. Mariae, de loco nuncupata, tribus lapidibus ab Suriano in Ciminiis distante; in lapide quadrato supra ianuam, quae boream respicit.

Ego· Ursus
petr prior
infelis
et· pecca-
tor· q· hoc
opus· perfe-
cit·

(1) Baluz. T. I. miscel. p. 79, Sirmond. T. II. p. 779. 892, Mabill. ss. Bened. T. I. p. 528. — Mr.

(2) Flores. Hisp. sac. T. II. p. 207, et T. XII. p. 366. — Mr.

(3) Flores. H. S. T. XVII. p. 19. — Mr.

1

Ibidem, in s. Mariae de luco, *in peristylio eiusdem ianuae.*

✝ Introeuntibus cum pax (sic) exeuntibus cum letitia amen fiat fiat
Ad onore (sic) Dni· nri· Ihu· xpi· et sce Marie sep· vir· (1)

2

Mediolani in pavimento s. Salvatoris in xenodochio opere vermiculato.

Sancte memento Deus quia condidit iste Datheus
Hanc aulam miseris auxilio pueris. (2)

3

Oveti in templo principe, quem condidit Galloeciae rex Alphonsus castus.

Quisquis hic positus degis iure sàcerdos, per Christum te obtestor, ut sis mei Adefonsi memor, quatenus sepe, aut saltem una die per singulas hebdomadas, semper Christo pro me offeras sacrificium, ut ipse tibi sit perenne auxilium. Quod si forte neglexeris ista, vivens sacerdotium amittas. Tua sunt domine omnia, que tu inspirasti, vel conferre nobis dignatus es. Tibi Domine, tibi tua offerimus, huius perfectam fabricam templi: exiguus servus tuus Adefonsus exiguum tibi dedico muneris votum: et quod de manu tua accepimus, in templo tuo dantes, gratanter offerimus.

4

Ibidem.

Quicunque cernis hoc templum Dei honore dignum, noscito hic ante istum fuisse alterum, hoc eodem ordine situm, quod princeps condidit Salvatori domino supplex per omnia Froyla, duodecim apostolis dedicans bis sena altaria. Pro quo ad Dominum sit vestra oratio cunctorum pia, ut vobis det Dominus sine fine premia digna.
Preteritum hic antea edificium fuit partim a gentilibus dirutum, sordibusque contaminatum, quod denuo totum a famulo Dei Adefonso cognoscitur esse fundatum, et omne in melius renovatum.

Sit merces illi pro tali, Christe, labore;
Et laus hic iugis sit sine fine tibi. (3)

(1) Morales lib. XIII. cap. 52. Vide etiam opus los cinco libros p. 52. — Mr.

(2) Murat. T. III. AA. m. aev. p. 588. ex codice ambrosiano. Cognoscebatur Datheus ab an. 777 ad 790. Iulin. T. I. p. 52. — Mr.

(3) Morales op. cit. p. 32; et los cinco etc. p. 52; Baron. T. XIII. p. 255. — Mr.

1

Ibidem in ingressu templi Salvatoris ab eodem rege aedificati.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi sive omnium eius. . . . eius gloriose sancte Marie virginis, bissenisque apostolis, caeterisque sanctis martyribus, ob cuius honorem templum aedificatum est in hunc locum Oveto a quondum religioso Adefonso principe. Ab eius namque discessu usque nunc quartus ex illius prosapia in regno succedens consimili nomine Adefonsus princeps, divae quidem memoriae Ordonii regis filius, hanc aedificari sunxit (1) munitionem cum coniuge Scemena duobusque pignore natis, ad tuitionem muniminis thesauri aulae huius sanctae ecclesiae residendum (2) indepnem. Caventes, quod absit, dum navale gentilitas pyratu (3) solent exercitu properare, ne videatur aliquid deperire. Hoc opus a nobis offertum iidem ecclesiae perheni sit iure concessum. (4)

2

In ecclesia S. crucis prope Cangas.

Resurgit a preceptis divinis haec macina sacra
Opere suo comptum fidelibus votis.
Perspicue clareat hoc templum obtutubus sacris,
Demonstrans figuraliter signaculum alme crucis.
Sit Christo placens hec aula ob crucis tropheo sacrata
Quam famulus Tafila sic condidit fide provata,
Cum Troiliuba coniuge ac suorum prolium pignera nata.
Quibus, Christe, tuis muneribus sit gracia plena,
Ac post huius vite decursum preveniat misericordia longa,
Hic valeas kirio sacratas ut altaria Christo
Diei revolutis temporis annis CCC.
Seculi etate porrecta per ordinem sexta. (5)

3

Caesaraugustae in claustro monasterii Servatoris de val de Dios.

Larga tua pietas Deus claret ubique,
Salvatque saepe impios larga tua pietas.
Fatentur ista viri, dant plausus agmine passim:
Extincta quod vivifices fatentur ista viri.
Sis favens, misero parcas citra merito bono,

(1) Corrige *sanxit*. A. M.
(2) Corr. *reddendum*. A. M.
(3) Corr. *piratae*. Sic alia infra. A. M.
(4) Morales lib. XV. cap. 8. Et los cinco etc. p. 153. — Mr.
(5) Morales lib. XIII. cap. 9.

Clementia qua superas esto favens misero.
Memet namque diva collidunt funera tuentis,
Sauciatque culpa memet nempe dira.
Clareat nunc tua fructuosa gratia clemens,
Quae sublevat elisum, clareat: nunc tua
Pietas adsitat (1) fovens quae tegmine cunctos
Celicos beatificans pietas adsitat.

Consecratum est templum hoc ab episcopis septem, Rudesindo dumiense, Nausto conimbriense, Sisnando iriense, Ranulpho astoricense, Argimiro lamecense, Reccaredo lucense, Elleca caesaraugustanense, sub era nongentesima trigesima prima, die decimo sexto kalend. octobris. (2)

In basilica Fundana constructa a s. Paulino hi versus inscripti.

De pictura.

Sanctorum labor et merces sibi rite cohaerent,
Ardua crux pretiumque crucis sublime corona.
Ipse Deus nobis princeps crucis atque corona
Inter floriferi caeleste nemus paradisi,
Sub cruce sanguinea niveo stat Christus in agno,
Agnus ut innocua iniusto datus hostia leto,
Alite quem placida sanctus perfundit hiantem
Spiritus et rutila genitor de nube coronat.
Et quia praecelsa quasi iudex rupe superstat,
Bis geminae pecudis discors agnis genus hoedi
Circumstant solium: laevos avertitur hoedos
Pastor, et emeritos dextra complectitur agnos. (3)

De reliquiis.

Ecce sub accensis altaribus ossa piorum
Regia purpureo marmore crusta tegit.
Hic et apostolicas praesentat gratia vires
Magnis in parvo pulvere pignoribus.
Hic pater Andreas, et magno nomine Lucas
Martyr et illustris sanguine Nazarius.
Quosque suo Deus Ambrosio post longa revelat
Saecula Protasium cum pare Gervasio.

(1) Ita schedae.

(2) Flores. H. S. T. XXX. p. 212. Idem ediderat iam T. XVI. p. 128. ex Morales lib. XV. cap. 25. cum var. *Nausti*, *Ellecana*, *Kalendas*. Verumtamen Flores nonnisi partem prosaicam protulit. — Mr.

(3) S. Paulin. ed. Veron. 1736. ep. XXXII. p. 206. — A. M.

Hic simul una pium complectitur arcula coetum,
Et capit exiguo nomina tanta sinu. (1)

I

Mediolani in domo basilicae variis rebus ab episcopo Laurentio exornatae.

Aedibus ad genium duo sunt concessa per aevum,
Si niteant crustis, aut domini merito.
Herbida pasturam simulantia saxa virentem
Illiciant oculos nobiliore dolo.
Pellat opus tamen arte, regat natura figuras,
Viscera dum lapidum fingit imaginibus.
Candorem roseo perfundat doctor ab ore,
Depingat sparsis congrua membra notis
Aurum, culmen, ebur, tabulas, laquearia, gemmas:
Non datur humanis plus rutilare bonis.
In pretio cautis fors et sine lege iocatur.
Moribus ut constes, crede, laboris erit.(2)

Item ibi.

Aspice de cuius biberit domus arcta fluentis,
Atria quod superat porticibus modicis.
Pontificis summi studio constructa renidet,
Laurenti proprium possidet ista diem.
Splendida per census consurgunt tecta ruinam;
Occasum nescit quod venit a domino.
Vix caries senium comitata hoc deterit unquam,
Gloria factoris quod bene condiderit.
Fabula de magnis nunquam tacitura reservat,
Quod vincens aevum nomen ad astra ferat.

2

Romae olim in basilica Liberiana supra maiorem portam opere vermiculato.

Virgo Maria tibi Xystus nova tecta dicavit
Digna salutifero munera ventre tuo.
Tu genetrix ignara viri, te denique feta
Visceribus salvis edita nostra salus.

(1) Paulin. loc. cit. p. 207. Remondinus hist. N. T. 2. p. 148. disquirit utrum vox *martyr* tertii pentametri ad Lucam referatur an ad Nazarium. — Mr.

(2) Sirmond. T. I. p. 1116. 1119. Vide Oltroch. hist. ligust. p. 233. 236. 239. — Mr.

Ecce tui testes (1) uteri sibi praemia portant,
Sub pedibusque iacet passio cuique sua,
Ferrum flamma ferae fluvius saevumque venenum:
Tot tamen has mortes una corona manet.

1

Romae in exteriore pariete ecclesiae Cruciferorum ad aquam virginem.

✝ Hanc vir patricius Vilisarius urbis amicus
Ob culpae veniā condidit ecclesiam.
Hanc hiccirco pedem sacram qui ponis in edem
Ut miseretur eum sepe precare Deum.
Ianua hec est templi D̄no defensa potenti. (2)

2

Romae in ecclesia beatae Mariae trans Tiberim.

Haec domus est X̄P̄Ī semper mansura pudori
Iustitiae cultrix plebi servavit honorem. (3)

3

Romae in S. Maria in Domnica sub musivo opere in abside.

✝ Ista domus pridem fuerat confracta ruinis ⸿
Nunc rutilat iugiter variis decorata metallis ⸿
Et decus ecce suus (*sic*) splendet ceu Phoebus in orbe ⸿
Qui post furva fugans tetrae velamina noctis ⸿
Virgo Maria tibi Paschalis praesul honestus ⸿
Condidit hanc aulam laetus per saecla manendam. (4)

4

Ibidem in arcu triumphali.

Xystus episcopus plebi Dei.

A ☧ Ω

Hierusalem Bethleem (5)

(1) Martyres scilicet, qui cum suis insignibus circumstabant in pictura. — A. M.

(2) Contuli ipsemet adhuc prostantem in pariete — A. M. Ediderunt Baron. T. IX. p. 871, Ciaccon. T. I. p. 374, Remond. H. V. T. III. p. 79. Vide etiam Murat. AA. m. aev. T. III. p. 689, Fleetw. p. 501, Bolland. propyl. p. 81. — Mr.

(3) Grut. p. 2164. 10. ex cod. pal. (p. 32), Fleetw. p. 524. Panvinius de VII. urb. eccl. p. 73. recitat seq. inscriptionem quae extabat in foribus ecclesiae S. Pauli sub Alexandro II.

Haec domnus est Domini et sacri limina regni.
Huc properate populi, haec domus est Domini.
— Mr.

(4) Panvin. de VII. urb. eccl. p. 235; Blanchin. ad Anast. T. III. p. 106, Ciampin. vet. mon. T. I. p. 213 tab. 49; Montf. diar. ital. p. 106; Blanch. hist. lib. IV. T. II. p. 230; Ciaccon. in vita Sixti M.; Baron. ad martyrol. p. 382. — Mr.

(5) Murat. p. 1920. 4; Marang. res ethn. p. 412; Ugon. stat. p. 119; Gallet. T. I. p. 21. — Mr.

1

In monasterio s. Petri de Montes *agri complutensis.*

A ✝ Ω

Aeccle sce crucis

In honore sce
crucis sce
Marie sci Ins
Bpte sci Ia-
cobi sci Matei
sci Cleme-
ntis. (1)

Era DCCCCXIII. kals. dcbr.

2

Romae in ecclesia s. Mariae de Vallicella, in columna.

Regnante dn
Theodorico
Constantius VC
pudic. (2)

3

Romae in ecclesia Armeniorum s. Mariae aegyptiacae repertus lapis inter parietinas a Carolo Iul. Ant. Sanctorio dum ecclesiam instauraret, ad aram maximam positus.

Virginis in variis radiat domus alta figuris,
Quae Dominum castis visceribus tenuit.
Cuius amore pius Stephanus cum coniuge fretus
Cum geminisque pium quod nitet duxit opus,
Nobilis ingenuus doctissimus integer almus
Aethereum est et erit culmen is Ausoniae.
Praesulis octavi nunc tempore iure Ioannis
Templa dicanda Dei plena favore pio.

(1) Floresius T. XVI. p. 137. Et vide Sandovalium. Floresius legit *era DCCCCXLIII* id est an. 905. — Mr.

(2) E Manutii schedis in cod. vat. 5253. p.

Ut simul angelicum teneat super aethera thronum
Sicque sui pulcrum seminis inde genus.
Nat. Domini II. M. F.

1

Ibidem ut supra.

Hoc dudum fuerat fanum per tempora prisca
Constructum Phoebo mortiferoque Iovi·
Quod Stephanus veteri purgavit stercore iudex
· Atque decora . . . . .

2

In musivo antiquo quod visitur in abside ecclesiae cathedralis civitatis Parentii in provincia Hystriae.

✝ Hoc fuit in primis templum quassante ruina
Terribilis labsu nec certo robore firmum,
Exiguum magnoque carens tunc furma (sic) metallo,
Sed meritis tantum pendebant putria tecta.
✝ Ut vidit subito labsuram pondere sedem,
Providus et fidei fervens ardore sacerdus (sic)
Eufrasius sca precessit mente ruinam.
Labentes melius sedituras deruit aedes,
Fundamenta locans erexit culmina templi
✝ Quas cernis nuper vario fulgere metallo.
Perficiens coeptum decoravit munere magno.
Aecclesiam vocitans signavit nomine ·XPI·
Congaudens operi· Sic felix vota peregit. (1)

3

Capuae in ecclesiae s. Mariae della Sorresca.

Ego Iohannes imperialis
patritius filius dni
Docivili ypata a fun-
damentis edificavi. (2)

185. Gruter. p. 1082. 14. habet *Theoderico.* Mr. Quaesivi frustra in supradicto templo hanc inscriptionem. — A. M.

(1) Musivum opus exhibet B. Virginem cum Iesu puero in ulnis; adstantibus angelis divisque hominibus. Visitur etiam *Eufrasius episcopus* nominatim appellatus, qui templi conditi imaginem sustinet. Item *Claudius arc.* et *Eufrasius fil. arc.* et *sanctus Maurus.* Edidit hoc opus Gaspar de Nigris Parentii episcopus. — ex Mar.

(2) Gesuald. via app. p. 166. In alio exemplari sequentis inscript. apud Mar. *Ioh imrii dom ypa p*

Ibidem in turri campanaria ecclesiae maioris.

Hoc edificium feci ego Iohannes
imperialis patricius filius domini
Docivili ypata, qui in traiecto
flumine post dissipationem
Agarenorum reaedificavi hanc
venerabilem inclitam domum
Etiamdio (1) turrem dilecto filio
meo Docivili ypata donavi.

1

Calari in crypta, quae est in ecclesia s. Antiochi in insula Sulci, quae eiusdem sancti viri appellationem obtinet, intra veterem aram, ubi posita ipsius lipsana cum hoc titulo.

✝ Aula micat ubi corpus beati sancti
Antioci quiebit in gloria ☧
Virtutis opus reparante ministro.
Pontificis XPI. Sic decet esse domum
Quam Petrus antistes cultus splendore
Renobabit marmoribus titulis ☧
Nobilitate fidei dedicaturus
XII· k· februs· (sic) (2)

2

Romae in cryptis vaticanis in tabula marm. litteris anaglypticis, quae palmi dimidium superant, ex diruta aedicula, quam honori Mariae virginis excitavit Ioannes VII. P. M.

IOHANNIS SERVI S. MARIAE·

In eodem sacello ex opere vermiculato historiae variae conspiciebantur de rebus gestis a Servatore nostro, a virgine Maria a S. Petro, cum appositis titulis.

CIVITAS HIEROSOLYMA· CIVITAS ANTIOCHIA· ROMA· NERO· MAGUS
S. PETRUS· S. PAULUS· AVE GRATIA PLENA DOMINUS TECUM
IOSEPH· ANNA· SVMEON·

dissipatione Agarenorum rahe vener. inclita domu ypa. Huius *Docibilis*, seu *Decibalis* hypati caietani supremas tabulas anni MCCCCVI. vulgavit Marinius pap. dipl. p. 262. — A. M.

(1) Notemus vocabulum aevi infimi. Nunc reapse Itali dicimus *eziandio*. — A. M.

(2) Mur. p. 1829. 6. ex Bonfanto p. 154. Esquivel. p. 106. Vide Bolland. T. V. mart. p. 221. Bonfantus habet *Antiochi*. Muratorius cupit ab eruditis viris audire quonam tempore Petrus hic episcopus calaritanus vixerit. — Mr.

Tum ipse Iohannes pone caput quadratum apicem gestans, manibus sacel lum offerens Deiparae stanti cum epigraphe.

✝ IOHANNES INDIGNUS EPISCOPUS FECIT ꝺ
BEATAE DEI GENITRICIS SERVUS ꝺ

Im ambitu anterioris arcus aediculae inscriptum fuit.

DOMUS· SCAE· DEI· GENITRICIS· MARIAE. (1)

1

In ecclesia s. Petri monasterii Hamensis dioeceseos Constantiensis, in quadrato lapide reperto anno MDCLXXXXIII, cum crucis signo in medio et in quatuor angulis.

Constantiensis urbis rectur[sic] domnus Fredomundus pontifex in honore almae Mariae genetricis Domini hoc templum hocquae[sic] altare construxit fideliter atquae[sic] digne dedicavit mense agusto[sic] medio· Et hic festus celebratus dies sit per annus[sic] singolus. (2)

In exteriore margine lapidis.

Annis III· (3) iam regnante Theodorico rege
in Francia hoc cinubium chingxit abens
curam pasturalem in amore Dei suarum
ovium· Patravit causas quam pulcherrime
nec amor se bu···rum···pascua perpetua
choro nexas virginale cum Maria almis
sema cum ips· vivant et exultent in aeter-
na secola· Locum rex concessit ad istum
cenubium· Ipsi etenim primus cipit strue-
re hic monastirium demum pontifex ure-
mus atque cetera sparn· optinari numero
· · · · ·

2

Arimini apud Iacobum Villanium in duabus tabulis marmoreis.

I

ΑΔΗΩΝΩΡΗ̄CΨΑΙ
ΨΩΛ̄ȣΒΑΙȣΙΡΓΙΝΙ.

II

ΥΝΗΩΝΩΡΗΙCΤΗ
ΚΩΛȣΜΒΑΙ. (4)

(1) Dionys. crypt. vat. tab. 18; Rocca T. I. p. 263; Turrig. p. 85; Ciampin. de sacr. aed. cap. IV. saec. IX; Savaran. hist. p. 70; Grimald. cod. instrum. p. 53. 54. 71. 112; Martinel. de basil. vat. lib. I. p. 25. — Mr.

(2) Mabillon. annal. Bened. T. I. p. 496. et in app. p. 641. — Mr.

(3) Hae notae numerales luxatae incertaeque sunt in Marinii scheda.

(4) Videlicet *ad — in honorem s. Columbae virginis.* — A. M.

1

In ecclesia s. Mariae prope Vulturnum.

Zmilla humilis ancilla sanctae Mariae. (1)

2

In basilica Fuldensi super epistylia columnarum litteris semiuncialibus.

In honorem s. genitricis Mariae semper virginis ac sanctosum apostolorum Petri et Pauli et omnium duodecim apostolorum sanctorumq· martyrum Bonifacii, atque Simplicii, Innocentii, et ceterorum sanctorum omnium . . . s. curia ab universis catholicis eodem die veneratur et celebratur ad laudem et gloriam Dei . . anno incarn . . . transduxit . . . . hanc aulam Domino rite dicavit. (2)

3

Romae in arcu.

Virginis aula micat variis decorata metallis,
Sed plus namque nitet meritis fulgentior amplis.
Qui studium tumulis rimati funera fertis,
Istic nos prius busta veneranda sat est,
Linquunt namque suis animae vestigia membris,
Et miscent meritum corpora mensque suum.
Hic iacet a teneris $\overline{\text{XPO}}$ quae vixerat annis,
Cui fuit in mundo nescia vita mori.
Hanc dum corporei pre (sic) vicinia laeti
Quarear (sic) in $\overline{\text{XPO}}$ dextram de carius ire,
Cui fas post thalamos non sit abesse Deo.
Hinc nunc circumdat tumulus sua membra parentum
Ut reddat fructum corpus originibus. (3)

4

Ravennae in ecclesio beatae Mariae virginis
a s. archiepiscopo Ecclesio aedificata.

Virginis aula micat Christum quae coepit ab astris
Nuncius e caelis angelus ante fuit.

(1) Cangius Script. hist. Franc. T. III. p. 683. ex chronico antem vulturn. putat legendum *Grilla*. — Mr. Sed enim *Zmilla* scribitur recte ut *Zmyrna*, de qua scriptura disserui ad Cic. de rep. I. 8. — A. M.

(2) Brow. annal. fuld. p. 123. ad saec. X. — Mr.

(3) Ex cod. membr. saec. XII. claustronde-

Mysterium verbi genitrix et virgo perennis,
Auctorisque sui facta parens Domini.
Vera magi claudi caeci mors vita fatentur.
Culmina sacra Deo dedicat Ecclesius. (1)

1

In ecclesia s. Mariae ad caput Liris prope eccl. s. Benedicti constructa ab abbate Theodemare et ornata pulcherrimis figuris versibusque, quorum quatuor sequentes sunt qui foris in circuitu medianae turris descripti leguntur.

Sublatis tenebris quia per te mundus habere
Lumen promeruit, virgo et sanctissima mater,
Celsa tibi idcirco consurgunt templa per orbem,
Et merito totis coleris celeberrima terris. (2)

2

Romae in porticu s. Mariae in Cosmedin, litteris rudioribus.

. . . is D̄i et s̄ce D̄i genetricis Ma. . .
temporibus dōni Adriani pape ego Gregorius no. . . (3)

3

Legione.

Omnibus exemplum sit quod hoc venerabile templum
Rex dedit Ordonius quo iacet ipse pius.
Hanc fecit sedem quam quondam fecerat aedem
Virginis hortatu quae fulget pontificatu. (4)

4

Aquini supra fores dirutae cathedralis ecclesiae ex opere musivo.

✝ Aula dei genitrix inchoata
modern. (5)

burg. exscripsit Garampius. Confer Gruter. p. 1164. 16, qui p. 1172. 5. ex cod. pal. (p. 63.) edidit duos priores versus. V. Fleetw. p. 532. Suspicor autem hos versus fuisse in arcu s. Agnetis, quia post epitaphium s. Agnetis quod incipit *aurea concisis*, sequuntur in cod. pal. illi duo versus. Ex Mr. partim.

(1) Agnellus p. 95; Bolland. T. VI. iul. p. 443. — Mr.

(2) Chron. casin. apud Murat. T. IV. S. R. I. p. 276.

(3) Legi egomet in lapide, contulique ad exemplar Marinii. — A. M.

(4) Morales lib. XV. cap. 55, et los cinco libros p. 208. — Mr.

(5) Blanchin. opusc. var. T. II. p. 218. — Mr.

1

Neapoli in ecclesia s. Mariae maioris.

Basilicam hanc Pomponius
episcopus neapolitanus
Famulus Iesu Christi Domini
fecit. (1)

2

Perusiae in porticu s. Petri.

Memmius Sallustius
Salvinus Dianius VS
basilicam sanctoru
angelorum fecit in
qua· sepelliri non licet.

3

Romae in sacello prope triclinium leonianum.

. . . ita Petri ad honorem archangelorum Leo tertius papa fieri iussit. — LEO.

4

Ravennae in s. Michaëlis, in camera tribunae.

Consecuti beneficia archangeli
Michaëlis Bachauda et Iulianus
a fundamentis fecerunt et dedi-
caverunt sub die non. maii
quater P. C. Basilii iunioris
viri clarissimi cos. ind. VIII. (2)

5

Romae in introitu ecclesiae s. Michaëlis.

Regna poli ianuas populus intrare per almas,
Currite Christiculae, prendite regna poli.
Nuntius hic Dni cuius intratis in aulam
Semper videt faciem nuntius hic Dni.
Offerat ipse preces vestras pia vota creanti,
Tundite vos pectus, offerat ipse preces.
Dicite cum lacrimis quicquid culpastis in actis,
Parce rogamus Deus dicite cum lacrimis.
Moxque vobis tribuet veniam pius ille remissor
Plangentibus miserens datque vobis veniam. (3)

(1) Reinesius XX. 373, Flectw. p. 45. — Mr.

(2) Mur. p. 426. 2. ex Agnello p. 107.

(3) Grut. p. 1167. 10, ex cod. pal. (p. 45), Floetw. p. 526. Gruterus *nuncius*, sed cod. pal. *nuntius*. — Mr. Immo codex habet etiam *Christiculae* v. 2, et *miserens* v. 10; non *Christicolae* et *miseris*, ut mendose in schedis scripsit cum Grutero Marinius. — A. M.

1

In ecclesia s. Michaëlis archangeli ad radices montis constructa a Poto abbate Casinensi.

Ore truces ululare lupi sub nocte silenti
Alopicesque olidae dudum gannire solebant
Implexisque ursi diro cum murmure villis
Setigerique apri . . .
Damna fugax pavidique simul discernere cervi.
Optimus at postquam Poto sacra septa regenda
Suscepit vigili studio pater . . . .
. . . .
Quin regi altithrono vastum qui continet orbem
Cui cite coelicolae comportant nuntia iussi
Addidit haec magni Michaëlis nomine templum,
Sanguine rubrantem coelo qui depulit hydrum.
sic
Isdem sed celeri praeventus morte sacerdos
Indedicatam aram pariterque reliquit asylum. (1)

2

Romae in Laterano in duabus valvis aeneis variis caelaturis argenteis distinctis aediculae s. Iohannis Baptistae in fonte.

I

In honorem beati Iohannis Baptistae

II

Hilarus episcopus D̄i famulus ofert.

3

Ibidem in zophoro ianuae sacelli s. Iohannis evangelistae.

Liberatori suo beato Iohanni evangelistae Hilarus episcopus famulus X̄P̄Ī.

In corona addita posteriore manu.

Diligite alterutrum·

Ibidem in epistylio alterius ianuae sacelli s. Iohannis Baptistae.

+ Hilarus episcopus + sanctae plebi Dei +

(1) Ex chron. casin. apud Murat. T. IV. S. R. I. p. 275; ubi et adnotatio. — Mr.

In corona epistylii posteriore item manu.

Erunt aspera in vias planas.

Intus supra portae zophorum in tabula porphyretica eadem manu.

Domine dilexi decorem domus tuae. (1)

1

Hadriae supra fores ecclesiae della Tomba.

+ Ad honore beati Ioh Bapta Ioh epc fieri curavit post ind. I. (2)

2

Modoëtiae olim in ecclesia s. Iohannis Baptistae constructa a regina Theodelinda.

Condidit hoc templum multa virtute verendum
Theudelinda potens regni diademate pollens
Pro se pro natis votum dulcedine matris
Christi Baptistae cui sacratur locus iste.
Hic nostrae gentis voluit caput esse decentis
Et Lombardorum talemque parare patronum.

3

In ecclesia Pinnatensi.

Ego Iohannes primus in hoc loco eremita,
qui ob amorem Dei spreto hoc saeculo
praesenti, ut potui hanc ecclesiam
fabricavi in honorem sancti
Ioannis Baptistae, et hic requisco (*sic*), amen. (3)

4

De Carolo magno versus dni magistri in aula.

Hanc tibi, praecursor Dni, Fradulfus opimam
Condidit ornatam divinis cultibus aulam;
Vota tibi reddens supplex quae voverat olim,
Exilii primum coepit dum nosse laborem.

(1) Ex his inscriptionibus nonnullas adhuc superstites ipsemet in loco legi. — A. M.

(2) Muratorius p. 1888. 8. qui sic adnotat. *Iohannes iste hadriensis episcopus praetermissus fuit ab Ughellio in Italia sacra. A Ferrettio praeponitur Leoni episcopo, qui in ea cathedra sedit anno Ch.* 860, *ex privilegio Nicolai I. papae. Ita Bochius vir doctus ad me scripsit.* — Mr.

(3) Hieronym. Blanca in commentariis rerum aragonens. T. III. hist. illustr. p. 587, qui lapidem refert ad saec. IX. — Mr.

Annuit his Carolus dictis pulcherrimus heros,
Quem placidum voluit vestris sibi reddere Christus
Pro meritis famulum magnis et honoribus auxit.
Nunc sibi solvendi voti est concessa potestas. (1)

1

In ecclesia s. Ioannis Baptistae in villa de Bannos Vallisoletani districtus.

Praecursor Domini martyr Baptista Ioannes
Posside constructam in aeterno munere sedem,
Quam devotus ego rex Reccesuinthus amator
Nominis ipse tui proprio de iure dicavi,
Tertio post decimum regni comes inclytus anno
Sexcentum decies era nonagesima novem. (2)

2

Capuae olim in ecclesia s. Ioannis nobilium hominum.

Me tibi, Ioannes XPI precursor, Idulfus
Huius ecclesie sacer et archipreviter ante
Offero: tu cineres serva, tu criminis umbras
Terge, ut ab altitono veniam merear: miserere
Et celi lucem post ignem tenebrarum. Amen. (3)

3

Ravennae in s. Ioh. evangelistae templo a Galla Placidia exstructo, in quo testudo erat duabus innixa columnis, et in maiestate Deus libellum Iohanni porrigens, cui erat subscriptum.

SANCTUS IOANNES EVANGELISTA.

Hinc atque inde mare vitreum, in quo duae naves tempestate agitatae; in altera divus Iohannes, Placidiae opem ferens; septemque candelabra; item Constantii et ceterorum eius familiae Augustorum imagines; cum epigraphe.

GALLA PLACIDIA PRO SE ET IIS OMNIBUS VOTUM SOLVIT.

Erant porro hae imagines in arcu testudinis ad dexteram quinque appositis nominibus.

D· CONSTANTINUS· D· THEODOSIUS. D· ARCADIUS· D· HONORIUS· THEODOSIUS· NEP·

(1) Cangius Script. hist. Franc. T. II. p. 645. ex vetusto codice. — Mr.

(2) Morales lib. XII. cap. 52. V. Burman. anthol. T. II. p. IV; Brow. AA. fuld. p. 239; PP. toletan. T. I. p. 79; Raban. maur. T. VI. p. 219. 230; Baron. T. XI. p. 526; Paciaud. de s. Ioh. Bapt. p. 35. Apud PP. tolet. legitur *tertii* et *aera.* — Mr.

(3) Pratillus hist. Princip. longob. T. III. p. 324. e schedis — Mr.

Ad laevam.

D· VALENTINIANUS· D· GRATIANUS· D· CONSTANTIUS· GRATIANUS· NEP· IOANNES NEP.

Circa subsellia ad dexteram in extrema parte.

DN· THEODOSIUS· ET· DN· EUDOCIA·

Ad laevam.

DN· ARCADIUS· ET· DN· EUDOXIA· AUG·

In testudinis templi medio Deus aderat sedens in solio, duodecim divinis libris undique obsignatis circumsaeptus, et haec inscriptio.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO APOSTOLO IOANNI EVANGELISTAE
GALLA PLACIDIA AUGUSTA CUM SUO FILIO
PLACIDO VALENTINIANO AUGUSTO ET FILIA SUA
IUSTA GRATA HONORIA AUGUSTA
LIBERATIONIS PERICULUM MARIS VOTUM SOLVENTES.

Ipse Christus Deus apertum in manu habebat librum, in quo legebatur.

BEATI MISERICORDES QUONIAM MISEREBITUR DEUS.

Augustorum augustarumque imaginibus sic erat inscriptum.

CONFIRMA HOC DEUS QUOD OPERATUS EST IN NOBIS A TEMPLO
SANCTO TUO QUOD EST IN HIERUSALEM TIBI OFFERENT REGES MUNERA.

In limine valvularum ex argento et gemmis circa aram maximam.

SANCTE IOANNES ARCA CHRISTI ACCEPTA TIBI SIT ORATIO
SERVI TUI. (1)

1

Romae in ecclesia ss. Philippi et Iacobi, in maiore superliminari.

Pelagius coepit, complevit papa Ioannes:
Unum opus amborum, par micat et meritum. (2)

(1) Rubeus p. 101. 102; Baron. T. VII. p. 491; Spretus T. I. p. 362; T. II. p. 83; Grut. p. 1048. 1; Vide Agnellum p. 68. 74. 75; Fleetw. p. 518. Muratorius edidit e schedis farnesianis; habetque *Eudocia, Iohanni, filia sua, periculo maris votum.* — Mr.

(2) Vide Marinii papyros dipl. p. 213. Ipse profert e codice saeculi XI. — A. M.

1

Ibidem in abside.

Hic prior antistes vestigia parva reliquit:
Supplevit ceptum papa Iohannes opus.
Largior existens angusto in tempore presul
Despexit mundo deficiente premi.
Fluctibus humanis portum scit ferre salutis,
Cui semper cure est reddere vota Deo.
Nomine censura mente et sermone Iohannes,
Qui sibi commissas pascere novit oves.
Hoc opus excoluit quo plebs festina recurrens
Eripitur morsu dilaceranda lupi.
Quisquis lector ade, Iacobi pariterque Philippi
Cernat apostolicum lumen inesse locis.

2

Eugubii tabula reperta anno MDCCLXXXV. in effossionibus nescio cuius aediculae in paroecia s. Ioh. Baptistae.

Aelianus Arcediaco-
nus ad fabricam b...
icae sanctor*um*
*apos*tolorun... (1)

3

Novariae in basilica apostolorum versus Ennodii.

Antiquum ecce nitet templum, quod sorduit ante,
Cui faciem veterem lux nova composuit.
Perdidit antiquum quis religione sacellum,
Numinibus pulsis quod bene numen habet?
Di quibus hoc patuit, possessas linquite sedes,
Quod fecit Victor, victor ubique tenet.
Addidit ad cultum merito successor et actis,
Qui morum nomen hinc, Honorate, geris.

(1) E schedis Marinii.

Nubila viperei qui gestat corda veneni
    Non datur ut faciat culmina pulcra Deo. (1)

1

Romae olim in paradiso basilicae s. Petri sub navi opere vermiculato.

Quem liquidos pelagi gradientem sternere fluctus
Imperitas, fidumque regis trepidumque labantem
Erigis, et celeremque redis virtutibus amplum;
Hoc iubeas regnante Deus congredere portum. (2)

2

Ibidem in arcu absidis eodem opere.

Quod duce te mundus surrexit in astra triumphans
Hanc Constantinus victor tibi condidit aulam. (3)

3

Ibidem in abside.

Iustitiae sedis fidei domus aula pudoris
Haec est quam cernis, pietas quam possidet omnis:
Quae patris et filii virtutibus inclita gaudet
Auctoremque suum genitoris laudibus aequat. (4)

4

Ibidem in paradiso.

Quamvis clara fides multum de luminis aulae
    Plusque loci meritis nobilitetur opus;
Est tamen his pulchris specialis gratia rebus
    Spectantumque oculos ars pretiosa rapit.
Iohannes hoc compsit opus, quem rite coronat
    Urbis romanae pontificalis apex. (5)

(1) Sirmond. T. I. p. 1846. — Mr.

(2) Mur. p. 1968. 9. mittente Passerio. — Mr.

(3) Mabillon. T. IV. analect. p. 484. n. 6. ex cod. einsild. saec. X; Panvin. de VII. urb. eccl. p. 56; Baron. T. IV. p. 50; Mur. p. 1853. 9. e schedis suis, et habet *triumphus*, putatque inscriptionem positam aliquot post Constantinum saeculis; Ugon. stat. p. 90. ex Fulvio lib. III. AA; Severan. hist p. 37. V. a Nuce apud Mur. T. IV. S. R. I. p. 443; adversar. Barbar. p. 50; Canis. thesaur. anecd. ed. Basnag. T. II. part. I. p. 378; Sindon. de basil. vat. p. 13. — Mr.

(4) Grut. p. 1163. 6. habet *sedes*. Sed cod. pal. (p. 28.) *sedis*. — Mr.

(5) Grut. ibid. n. 2. ex eodem cod. pal. (p. 27.) Sed Grut. *aula* et *pulcris*; Fleetw. p. 424; Severan. hist. p. 53; Rosweid. in notis ad S. Paulinum p. 813; Ciampin. de aedif. p. 35. — Mr.

1

Ibidem super limina introitus.

Qui regni claves et curam tradit ovilis .
Qui caeli terraeque Petro conmisit avenas;
Ut reseret clausis ut solvat vincla legatis,
Simplicio nunc ipse dedit sacra iura tenere,
Praesule quo cultus venerandae cresceret aulae. (1)

2

Ibidem in porta dextera eiusdem introitus.

Lumine sed magno vibrare ianua cerno
    Astriferumque polum indicat ipse nitor.
Terrae oret vultus servantum limina sacra:
    Geminis in portis ora iucunda nitent.
Simonis aspectus fulgens praecluditur una
    Altera sed Pauli radiat orbe docens.
Aditus interior gazarum aestuat opes,
    Et depicta nitent cumulis ipsa suis.
Aureis in petalis gemmarum clauditur ordo,
    Et superba teget blattea palla fanum.
Sic quoque coniunctim servatur gloria rebus
    Et variata simul nexa natura manet.
Inclita cum opere surrexit fama perennis;
    Indubitante fide reddite cuncti vota. (2)

Ibidem in porta sinistra.

Lux arcana Dei verbum sapientia lucis,
    Atque coruscantis splendida imago patris,
Ad nos descendit, nec quo fuit esse recessit,
    Ut caecas mentes erueret tenebris.
Plenus homo in nostris et verus nascitur isdem
    Virginis ex utero totus ubique Deus.
Discipulis praecepta dedit Petrumque beatum
    Hos inter primum sanxit et egregium.
Cuius in arbitrio caelum terramque reliquit,
    Pandere vel potius claudere cumque velit

(1) Ita cod. pal. p. 27. Sed Grut. 1163. 3. habet *commisit*, et *ligatis*. Confer Baron. T. VIII. p. 413; Aleman. lateran. par. p. 63; Turrig. p. 445; Oldoin. ad Ciac. T. I. p. 322; Victorell. ib. p. 808; Fleetw. p. 49. — Mr.

(2) Ita cod. pal. (p. 27.) Grut. loc. cit. n. 5. Sed v. ult. *cuncta*; Fleetw. p. 416. 466; Oldoin. ad Ciac. T. I. p. 442, ex Canis. V. L. T. VI, et ex ed. Basnag. T. II. p. 378. cum var. lect; Baron. T. XI. p. 223. — Mr.

Nam sub mortiginae (1) quidam latuere gehennae
Verbere confossi mente fide opere.
Histria testatur possessa hostilibus annis
Septies et decies scismate pestifero.
Esset ut impletum Hieremiae voce canentis
Ultio captivis tam numerosa fuit.
Sed bonus antistes dux plebis Honorius armis
Reddidit ecclesiis membra revulsa piis.
Doctrinis monitisque suis de faucibus hostis
sic Austulit exactis iam peritura modis.
At tuus argento praesul construxit opimo
Ornavitque fores Petre beate tibi.
Tu modo caelorum quapropter ianitor alme
Fac tranquilla tui tempora cuncta gregis.

1

Lapis positus post absidem basilicae vaticanae, quem Maphaeus Vegius vidit descripsitque.

Salvo papa Leone Agnellus presbyter ornat. (2)

2

Romae olim in s. Petri ad vincula.

Hoc Domini templum Petro fuit ante dicatum.
Tertius antistes Sixtus sacraverat olim.
Civili bello destructum post fuit ipsum.
Eudoxia quidem totum renovavit ibidem.
Pelagius rursus sacravit papa beatus,
Corpora sanctorum condens ibi Machabaeorum.
Apposuit Petri pretiosa ligamina ferri
Illustris mulier quae detulit ab Hierusalem,
Et quibus est Petrus Neronis tempore vinctus.
Augusti mensis celebrantur festa calendis.
Huc accedenti purgantur crimina cuncta. (3)

(1) Grut. *mortigenae.* — Mr.

(2) Bosius p. 34; Arr. T. I. p. 159. ex Vegio; Turrig. p. 384. 444; Fontanin. disc. p. 27; Cancellier. p. 638. — Mr.

(3) Martinell. R. ex ethn. p. 284, et in rarissimo opere de origine urbis et de ecclesiis, reliquiis, indulgentiis; vbi sunt varietates *Petrus. vincula* non *ligamina*, *quique huc accesserint lavantur.* Idem opus recusum an. 1550. in quo p. 34. habentur eadem verba. V. Monsacrat. de catena p. 6. 16. 19; Zaccar. hist. litt. T. III. p. 385. ex Martinello; Blanchin. H. Q. Tom. III. p. 702. — Mr.

1

*

Cede prius nomen novitati cede vetustas;
Regia laetanter vota dicare libet.
Haec Petri Paulique simul nunc nomine signo
Xystus apostolicae sedis honôre fruens.
Unum quaeso pares, unum duo sumite munus,
Unus honor celebrat quos habet una fides.
Presbiteri tamen hic labor est et cura Philippi
Postquam Effesi X̅P̅S̅ vicit utrique polo.
Praemia discipulis meruit vincente magistro,
Hanc palmam fidei rettulit inde senex. (1)

2

Romae.

Qui Romam Romaque venis hinc aspice montem,
Eque Petri sede pone viator opem.
Quae meritis quae sancta fide distat ab illa
Crux illic regnum hic quoque vincla Petri.
Omnia magnanimus pastor construxit Achillis
Sollicitos populi huc adhibete praeces [sic]. (2)

3

In ecclesia monasterii Altivillarensis in dioec. Remensi repertum anno MDCCXXIX.

Fulgida qui sacri perlustras moenia templi,
Rotmarus mihi nomen erat dum vita manebat.
Nam Domino statuente loco praelatus in isto
Haec in honore Petri renovavi templa beati:
Huncque locum fovi rebus, vel sumtibus auxi. (3)

4

Fuldae in abside ecclesiae s. Petri in monte.

Ecce sator hominum victor super aethera scandit,
Discipulisque suis regni sacra limina pandit:

(1) Ita cod. pal. (p. 71); Grut. p. 1174. 7; Fleetw. p. 470; Monsacr. l. cit. p. XVII; Baron. T. VII. p. 530; Zaccar. l. c. — Mr.

(2) Ita cod. pal. (p. 76); Grut. p. 1175. 9. corrigit *posce*, *sollicitas*, *preces*; Fleetw. p. 335; Monsacr. p. 44. Vide Sirmond. T. II. p. 1077. — Mr.

(3) Sammart. G. Ch. T. IX. p. 254. — Mr.

Quem sic venturum angelica huc oracula spondent.
Coetus apostolicus pariter cum plebe fideli
Dona Paracleti igne micante capit. (1)

1

*

Quidnam igitur mirum magno si culmina Petro
Quolibet existant aedificata loco?
Cum que (sic) per totum celebratur ecclesia mundum
In fundamento fixa Petro maneat.
Namque illi Deus ipse caput qui corporis extat
Propterea Petre nomen habere dedit,
Dicens: esto Petrus quoniam fundabo super te
Quam mihi nunc toto molior orbe domum.
In te per cunctas consistit ecclesia gentes
Vincit et inferni carceris imperium.
Nam clavibus caelorum claudere poteras (sic),
Et reserare dedit pro meritis hominum.
Quaecumque in terris fuerit sententia Petri,
Haec erit in caelis scripta notante Deo.
Dixit enim tu es magno mihi nomine Petrus,
Et tibi caelorum fortia claustra dedi.
Hac dicione potens terra caeloque Petrus stat,
Arbiter in terris, ianitor in superis. (2)

2

*

Antistes XPI Dni devotus Achillis
Culmina magna pii struxit honore Petri
Nemo putet vacuam venerandi nominis aulam,
Sistere quod non sit corporis ista domus.
Magna quidem servat venerabile Roma sepulchrum
In quo pro XPI nomine passus obit.
Sed non et meritum monumenta includere possunt,
Nec que corpus habent saxa, tenent animam.
Victor enim mundi superata morte triumphans
Sps ad summum pergit in astra Deum.

(1) Brow. AA. fuld. p. 162; Rab. Maur. T. VI. p. 215. n. 47. — Mr.

(2) Ita cod. pal. (p. 75.) Gruterus p. 1175. 8. corrigit *quae*, *illum*, *Petri*, *portas* pro *poteras*, *ditione*. Videsis Baronium T. VII. p. 513; et de Angelis p. 6. — Mr.

Cumque sit in XPO vita durante repostus
    Ad XPM totus martyr ubique venit.
Ille suos sanctos cunctis credentibus offert,
    Per quos supplicibus praestat opem famulis. (1)

1

In suprema templi Glastoniensis praecinctione.

Siderei montes speciosa cacumina Sion,
    A Libano geminae flore comante cedri,
Coelorum portae lati duo lumina mundi
    Ore tonat Paulus fulgurat arce Petrus.
Inter apostolicas radianti luce coronas,
    Doctior hic monitis, celsior ille gradu.
Corda per hunc hominum reserantur, et astra per illum;
    Quos docet ille stylo, suscipit ille polo.
Pandit iter coeli hic dogmate, clavibus alter:
    Est via cui Paulus, ianua fida Petrus.
Hic petra firma manens, ille architectus habetur:
    Surgit in his templum quo placet ara Deo.
Anglia plaude lubens; mittit tibi Roma salutem,
    Fulgor apostolicus Glasconiam irradiat.
A facie hostili duo propugnacula surgunt,
    Quot fidei turres urbs caput orbis habet.
Haec pius egregio rex Ina (1) refertus amore
    Dona sua populo non moritura dedit.
Totus in affectu divae pietatis inhaerens,
    Ecclesiaeque iuges amplificavit opes.
Melchisedech noster merito rex atque sacerdos
    Complevit verae religionis opus.
Publica iura regens et celsa palatia servans,
    Unica pontificum gloria, norma fuit.
Hinc abiens, illinc meritorum fulget honore:
    Hic quoque gestorum laude perennis erit. (2)

2

Salerni in basilica ss. apostolorum Petri et Pauli ab Ariche principe aedificata.

Christe salus utriusque decus spes unica mundi
Duc et educ clemens, Arichis pia suscipe vota,

(1) Ita cod; pal. (p. 75.) Grut. ibid. n. 7. corrigit *Achilles*, *sepulcrum*, *quae*. Fleetw. p. 355; Baron. T. VII. p. 513. Borgia confess. vat. p. 87. — Mr.

(2) Bolland. T. I. febr. p. 906; quem videsis; Cambdenus Britannia p. 165. — Mr. Schedae Marinii omittunt *Ina*, et infra perperam habent *ictus* pro *totus*. — A. M.

Perpetuumque tibi haec condas habitaculum templi.
Regnator tibi summe decus trinominis ille
Hebraeae gentis Solymis construxit asilum,
Pondere quod factum sic circumsepivit obrizo.
Duxit opus nimium variis sculptumque figuris
Brac . . . (1)

1

In vetustissima ecclesia s. Petri extra muros Tuscanellae.

+ Iohs III eps. (2)

2

In Gressy ditionis genevensis.

+ Eufrasius pbr
In honore S. Petri
apostoli voto suo fecit. (3)

3

Romae in arcu absidis basilicae Ostiensis opere musivo.

Integra inscriptio, quae hodie legitur opere restituto, haec est.

Theodosius cepit, perfecit Onorius aulam
Doctoris mundi sacratam corpore Pauli
Placidiae pia mens operis decus omne paterni +
Gaudet pontificis studio splendere Leonis. (4)

Persequitur dum vasa Dei, fit Paulus honoris
Vas, sed electum gentibus esse probat.

Voce Dei fis Petre Dei petra, culmen honoris
Aule celestis splendor et omne (5) decus.

4

Ibidem supra portam medianam introrsum.

Exsultate pii lacrimis in gaudia versis +
Et protectori ϭ reddite vota Deo:
Cuius sic tenuit resolutum dextera tectum,
In vacuum ut caderet ϭ tanta ruina solum.
Solus et invidiae princeps tormenta subiret
Qui nullum ex ampla ϭ strage tulit spolium.

(1) Ughel. T. VII. p. 358. — Mr.

(2) Turiotius Mem. s. Tuscan. p. 70. Intelligendus autem vel Ioh. III. papa, vel Ioh. III. episcopus Tuscaniae. — Mr.

(3) Mur. p. 1863. 10 ex Guichenonio hist. gen. de la mais. de Savoye T. I. p. 38. — Mr.

(4) In cod. palat. p. 56. continentur haec duo distycha. Et quidem *omne* non *homne*. — A. M.

(5) Schedae Marinii *homne*; sed in musivi excusa imagine lego *omne*. — A. M.

Nam potiora nitent reparati culmina templi
Et sumpsit vires ꝺ firmior aula novas.
Dum ꝺ xpi ꝺ antistes cunctis Leo partibus aedes
Consulit, et celeri ꝺ tecta reformat ope.
Doctorem ut mundi Paulum plebs sancta beatum
Intrepide solitis ꝺ excolat officiis.
Laus ista felix respicit te praesbiter;
Nec te levites Adeodate praeterit;
Quorum fidelis atque pervigil labor
Decus omne tectis ut rediret instituit. (1)

1

Ibidem in ingressu ad confessionem.

Leo gratia Dei III eps hoc (sic) ingressum scae
Plebi Dei miro decore ornavit.

2

Ibidem in claustro pessimis litteris.

Domnus Iohs XVIII
Papa. (2)

3

Ibidem in epistylio maioris portae ad laevam.

✝ De donis Di et beati Pauli apostoli· Dometius diac· et arcarius· scae· sed· apostol· adque ·pp· una cum Anna diac· eius· germana hoc votum beato Paulo optulerunt. (3)

4

Ravennae in divi Andreae templo aedificato a Petro chrysologo, supra valvas, in quibus eius imago vermiculato opere conspiciebatur.

Aut lux hic nata est, aut capta hic libera regnat
Lex est ante venit coeli decus unde modernum.

(1) Margarin. n. 19; Bolland. T. I. iun. p. 23; Fleetw. p. 399; Gallet. T. I. p. 18; Arring. T. I. p. 249; Bos. p. 151; Panvin. de VII. U. E. p. 72; Severan. hist. p. 394. — Mr.

(2) Margarin. n. 294. — Mr.

(3) Fabret. X. n. 639, Margarin. n. 2; Fontanin. disc. p. 19, quem vide; Gallet. primicer. p. 209; Morell. de s. Callisto p. 19. — Mr.

Aut privata diem peperere tecta nitentem,
Inclusumque iubar secluso fulget olimpo.
Marmora cum radiis vernantur cerne serenis,
Cunctaque sydereo . . . in mirice saxa.
Auctoris pretio splendescunt munera Petri.
Huic honor huic meritum tribuit sic condere parva,
Ut valeant spatiis amplum superare coactis.
Nil modicum Christo est; arctas bene possidet aedes
Cuius in humano consistunt pectore templa.
Fundamenta Petrus, Petrus fundator et aula.
Quod domus, hoc dominus, quod factum factor et idem.
Moribus atque opere Christus possessor habetur,
Qui duo consocians mediator reddit et unum,
Huc veniens fundat pariturος gaudia fletus,
Contritam solidans percusso in pectore mentem.
Ne iaceat, se sternat humo, morbosque latentes
Ante pedes medici cura properante recludat.
Saepe metus mortis vitae fit causa beatae. (1)

1

Neapoli in castro s. Salvatoris ad mare, nunc castello dell' Ovo, repertum anno MDCVIII.



Quisquis in hoc templo steteris quod limpha refundit,
Aspice quale decus hic Mayo contulit abbas
Petro seu Paulo Iacobo vel Bartholomeo,

(1) De Rubeis H. R. p. 106, ad an. 449; Agnell. p. 79. 83; Amades. T. I. p. 86. 90. 99. 116. 134. In operibus s. Petri chrysologi, edente Paulo, extat huius vita ex Agnello cum variis codicis vallicelliani lectionibus. Et quidem cap. III. p. XI. exhibetur inscriptio cum varietatibus; nempe v. 6. pro *sereno* codex habet *sydereo*, in 8. pro *comere* est *condere*; in 11. pro *consistunt* est *consistit templum*; in 12. pro *fundator* est *fundavit de aulam*; in 15. pro *reddit* est *reddidit*. Quod adtinet ad dictionem *iaceat*, lege Blanchinium in praef. ad Anast. p. 14. — Ex Mar.

Sic Stephano primo levitae seu Ianuario,
Martino Stephanoque papae Blasio Dariaeque,
Baptistae, Eugepioque, Crisanto coelitus almo.
Gaudia cui Christus et donet. Dicito fiat. (1)

1

Romae olim In abside basilicae Sicinianae in Exquiliis, quae et S. Andreae cata barbara patritia, sub opere musivo, in quo Iesus circumstantibus sex sive apostolis sive aliis divis.

Haec tibi mea (2) *valide decrevit pr*aedia XPE,
Cui testator opes detulit ille suas ❧
Simplicius quae papa sacris caelestibus aptans ❧
Effecit vere ❧ muneris esse tui.
Et quod apostolici deessent limina nobis ❧
Martyris Andreae nomine composuit ❧
Utitur hac heres titulis ecclesia iustis ❦
❧ Succedensque domo mystica iura locat ❧
Plebs devota veni, perque haec *commercia disce*
❧ Terreno sensu ❧ ❦ regna *superna peti.*

2

Apud Ravennam in tribuna sacelli s. Matthaei apostoli ad latus basilicae Petrianae opere vermiculato.

✝ Salvo· domno· papa· Agnello· de· donis· Dei
et· servorum· eius· quae· obtulerunt· ad
honorem· et· ornatum· sanctorum
apostolorum· et· reliqua· pars· de
summa· cervorum· qui· perierant
et· Deo· auctore· inventi· sunt
haec· absida· musivo· exornata· est (3)

3

Mediolani in basilica Sanctorum versus Ennodii.

Vilia tecta prius facibus cessere beatis.
Sic splendor per damna venit, sic culmina flammis
Consurgunt habitura Deum. Si perdita crescunt
Ignibus innocuis, si dant dispendia cultum,

(1) In codice quodam archii pontificii miscell. p. 135 ait Marinius extare inscriptionis huius declarationem.

(2) Sic est in impresso exemplari apud Marinium. — A. M.

(3) De Rubeis H. R. p. 171, Aguell. p. 114. 115; Mur. p. 1823. 2; Fontanin. disc. p. 22, ubi de formula *salvo*. — Mr.

Qualis erat reparans crepitantibus aucta ruinis?
Laurenti tua bella gerens incendia vince.
Sordida marcenti latuisset terra recessu,
Si status faciem tenuissent antra vetusta.
Sed postquam superi flammas misere secundas,
Ad lumen cineres traxerunt ista colendum.
Huc oculos converte pios, qui cuncta vapore
Praedicis mundanda, pater, rebusqus docendos
Instrue, ne verbis titubet mens nescia recti. (1)

1

Romae in s. Agnetis in tribuna musivo opere, ubi media est s. Agnes, dextra autem s. Symmachus papa ferens templi conditi imaginem, sinistra Honorius papa cum libro. Nomina in musivo scripta sunt.

✝ Aurea concisis surgit pictura metallis,
Et conplexa (2) simul clauditur ipsa dies.
Fontibus e niveis credas auroıa subire
Correptas nubes roribus (3) arva rigans.

Vel qualem inter sidera lucem proferet irim,
Purpureusque pavo ipse colore nitens.
Qui potuit noctis vel lucis reddere finem,
Martyrum e bustis hinc reppulit ille chaos.

Sursum versa nutu quod cunctis cernitur uno
Praesul Honorius haec vota dicata dedit.
Versibus et factis signantur illius ora,
Lucet et aspectu lucida corda gerens. (4)

2

Constantinae Constantini filiae versus scripti in abside basilicae, quam condidit in honorem s. Agnetis.

Constantina Deum venerans Christoque dicata,
Omnibus impensis devota mente paratis,

(1) Sirmond. T. I. p. 1843. — Mr. Mendose schedae Marinii habent in penultimo versu *mundana* pro *mundanda*. — A. M.

(2) Marin. *complexa*; at cod. pal. p. 63. *conpl.* Sic infra Marinius *nibeis*; at cod. pal. *niveis* — A. M.

(3) Ita cod. pal. At Mr. mendose *ruribus*, — A. M.

(4) Fleetw. p. 418; Pelliccia T. III. p. 320; Grut. p. 1172. 4. ex cod. pal. (pag. 63.) sed corrigit *niveis*, *roribus*, *lucet et*. Margarin. res ethn. p. 408. V. Ant. Brutium T. XVIII. p. 482. Baron. T. XI. p. 321. Ciampinius denique exhibet cum musivo excuso tab. XXIX, non sine multis varietatibus. — Mr. Ipsum quidem monumentum nunc aegre legitur ob loci excelsitatem, pulverisque sordes. — A. M.

Numine divino multum Christoque iuvante,
Sacravit templum victricis virginis Agnes,
Templorum quod vincit opus terrenaque cuncta,
Aurea nam rutilant summi fastigia templi.
Nomen enim Christi celebratur sedibus istis,
Tartaream solus potuit qui vincere mortem
Invectus caelo solusque inferre triumphum,
Nomen Adae referens et corpus (1) et omnia membra
A mortis tenebris et caeca morte levata.
Dignum Agnes munus martyr devotaque Christo
Ex opibus nostris per saecula longa tenebis.
O felix virgo memorandi nominis Agnes! (2)

1

Romae in museo Albanio olim, nunc in capitolino litteris non bonis.

...tyre Agneti Potitus serbus Dei ornavit. (3)

2

Remis in basilica Agricolae Iovino quondam militum magistro exaedificata.

Felix militie sumpsit devota Iovinus
Cingula virtutum culmen provectus in altum,
Bisque datus meritis equitum peditumque magister
Extulit aeternum seclorum in secula nomen.
Sed pietate gravi tanta haec praeconia vicit,
Insignesque triumphos religione dicavit:
Ut quem fama dabat, rebus superaret honorem,
Et vitam factis posset sperare perennem.
Conscius hic sancto manantis fonte salutis
Sedem vivacem moribundis ponere membris,
Corporis hospitium laetus metator adornat,
Reddendos vitae servari providet artus. (4)

3

In ecclesia beati Anastasii, quam construxit Leutbrandus rex in Italia.

Quando Leo cecidit misero doctore suasus
Scismatis in foveam recto de culmine Caesar,

(1) Mendose in schedis Marinii *detorquet* pro et *corpus*.

(2) S. Damasus ed Sarazan. p. 40. — A. M.

(3) Muratorius p. 1926. 6. exhibet velut integram; existimatque *tyre* positum pro θύρας *protas* aedis S. Agnetis, quas ipse servus Dei ornaverit. — Mr. Ego vero multo malim, pace tua o maxime Muratori, ex *tyre* facere *martyri*. — A. M.

(4) Duchesne Script. H. Fr. p. 79. ex Paplr. Massonii hist. calamit.

Tunc ego regales statui his mihi condere thermas
Mamoribus pulchris Leudbrant rex atq· columnis·
Sed Romam properans postquam devotus ad ipsam
Perveni atque sacro capiti mea basia fixi,
Sancti Anastasii servus tuus ecce repente,
Paterna de sede meo hanc in pectore XPE
Praeclaram fundare domum sub culmine monstras.
Talibus unde meas tendens ad sidera palmas
Vocibus oro, Dei fili, pro plebe fideli,
Qui regis angelicos coetos qui cuncta gubernas,
Fac praecor ut crescat mecum catholicus ordo,
Et templo concede isti ut Salomoni locutus. (1)

1

Ibidem.

Ecce domus Domini perpulchro (2) condita textu
Emicat, et vario fulget distincta metallo:
Marmora cui pretiosa dedit museumq· columnas
Roma caput fidei, illustrant quam lumina mundi.
Euge auctor sacri princeps Leutbrando laboris.
Te tua felicem clamabunt acta per aevum:
Qui proprie gentis cupiens ornare triumphos
His titulis patriam signasti denique totum. (3)

2

Prope pontem balineum Iuliorum Akariorum, in abside S. Anastasiae.

Antistes Damasus picturae ornarat honore
Tecta, quibus nunc dant pulchra metalla decus.
Divite testatur praetiosior aula nitore
Quos rerum effectus possit habere fides.
Papae Hilari meritis olim devota Severi
Nec non Cassiae mens dedit ista Deo. (4)

(1) Grut. p. 1168. 10. ex cod. pal. (p. 48.) Sed immutat *Leutbrant* et *caetus*. Conf. Flectw. p. 439; Baron. T. XII. p. 308. — Mr.

(2) Ita cod. pal. At Marinius *perpulcro*.

(3) Grut. n. 8. ex cod. pal. (p. 48.) Sed immutat *Leutbrande, propriae, totam*. Flectw. p. 439; Baron. l. c. p. 309. V. Mur. T. II. A. M. AE. p. 363; Furiett. de musiv. p. 81. Sirmondus T. II. p. 883. exhibet epigramma quod incipit *ecce domus Domini*. — Mr.

(4) Grut. p. 1164. 6. ex cod. pal. (p. 31), ubi dicitur *in ecclesia S. Anastasiae in throno*. Flectw. p. 487; Mabillon. ex cod. einsild. T. IV. annal. p. 489. n. 27, in quo dicitur extare prope pontem. — Mr.

1

Ravennae in S. Apollinaris classensis in tribuna opere musivo.

IMDVC

Moses A ✝ Ω Helias

SALUS MUNDI.

Micael sanctus Apolenaris Gabriel

Matheus

Ad pedes Reparati archiepiscopi haec olim carmina legebantur.

His igitur socius meritis Reparatus ut esset
Aula novos habitus fecit fragransq. per aevum.

Ad caput impp. fuit.

Constantinus maior imperator. Heraclii et Tiberii imperatorum. (1)

2

Ibidem olim.

In· nomine· Dei· Val· Felix· proc· Rav·
locum· dulcissimis· tum· vetustate
conlapsum· restituit· atq· adampliavit
et· libens· animo· iduum· maiarum· die
dedicavit. (2)

3

Ibidem in ardica seu porticu.

B· Apollinaris sacerdotis basilicam mandante viro beatissimo Ursicino episcopo a fundamentis Iulianus argentarius aedificavit ornavit atque dedicavit consecrante vero B· Maximiano episcopo die VIIII· maiarum ind· XII· octies P·C· Basilii. (3)

4

Ibidem.

Marmoreum hoc splendet opus sub tegmine cuius
Munera sacrantur corpore Christe tuo.

(1) Agnell. p. 148; annal. camald. T. I. p. 2. V. Ciampin. V. M. T. II. p. 83. 84. — Mr.

(2) De Rubeis H. R. lib. II. p. 99; Mur. p. 2012. 10. Lege adnotationes Rubei, qui arbitratur heic agi de Fl. Felice cons. an. 428: verum Zirardinius in opere vet. monum. ad Class. p. 34. subdubitat. — Mr.

(3) Agnell. p. 87. B. 107. A; de Rubeis l. c. p. 162.

Argenti quondam constructum rite decore
Barbara destructum sustulit ausa manus
Basilicum munus martyr ne despice verax:
Imo libens aula cede manere tua.
Quaeq· prius statuit vates sublime Ioannes,
Non mediocre sacer Dominicus statuit. (1)

1

Ibidem.

Theodoricus rex Gothorum fundavit hanc
ecclesiam in nomine Domini Iesu XTI. (2)

2

Ibidem.

D· N· Damianus archiep· fecit. (3)

3

In absidis hemicylo ecclesiae s. Agathae Gothorum opere musivo.

Fl· Ricimer· V· I· magister· utriusque· militiae· patricius· et· excons. ord· pro· voto· suo· adornavit·

Iesus mundano orbi insidens adstantibus apostolis. Ad Iesu laevam est Petrus clavem sustinens: ceteri apostoli aperto capite stant. Sub Iesu pedibus scribitur

Salus totius generis humani.

Sub singulis apostolis nomina sunt.

S. Iacobus Alphei. S. Simon Zelotes. S. Iacobus.
S. Iudas Iacobi. S. Philippus. S. Paulus. S. Petrus.
S. Andreas. S. Iohannes. S. Thomas. S. Mattheus.
S. Bartolomeus.

4

Praeneste in vestibulo maioris templi in grandi tabula.

A ☧ Ω

☧ ·M· Aq· ad· Fab· sancti martyris Agapiti· (4)

(1) De Rubeis l. c. p. 249; annal. camald. T. I. p. 24. — Mr.

(2) Agnell. p. 113. D; notit. florent. an. 1750. p. 667; Donat. p. 152. 9. — Mr.

(3) Bacchin. ad Agnell. p. 159; annal. Camald. T. I. p. 22; Spret. T. I. p. 283. T. II. part. I. p. 365.

(4) Cecconus p. 250; Suaresius Praenest. p. 129. ait: videntur additae posteriore manu verba *molae agrique ad fabricam.* — Mr.

1

*

Hic furor hostilis templum violavit iniquus
Cum premeret vallo moenia septa Getes.
Nullius hoc potuit temeraria dextera gentis,
Haec modo permissa est quod peritura fuit.
Nil gravat hoc tumulo sanctorum pessimus hostis,
Materiam potius repperit alma fides.
In melius siquidem reparato fulget honore;
Cum scelere hostili crevit amor tumulis.
Suscipe nunc gratus devotae munera mentis,
Diogenis martyr, cui dedit ista volens.
Quisquis ad hoc templum petiturus dona recurris,
Spes tibi sit; larga est munere vera fides. (1)

2

Romae in throno s. Chrysogoni.

Sedes celsa Dei praefert insignia XPI,
Quod Patris et Filii creditur unus honor. (2)

3

Mediolani in basilica s. Calemeri quando reparata est, versus Ennodii.

Libera captivum meruerunt culmina lumen;
Arridet facies nubila nulla gerens.
Hic nuper astrigeri dos proxima venit olympi,
Laurenti vatis ducta ministerio.
Aedibus et vitae cuius nunc una figura est;
Ceu solis radiis forma, color similis.
Euge vetustorum reparator, perge novorum
Conditor, et vultu clarus et ingenio.
Abiurant priscam, te praesule, tecta figuram,
Advena casuris porrigitur genius. (3)

4

Versus inscripti fronti maioris ianuae ecclesiae s. Benedicti Castrensis.

Faustinus lapsis a Mauri morte decem octo
Lustris, has sancto Benedicto dedicat aras.

(1) Grut. 1170. 13. e cod. pal. (p. 58.), sed corrigit *Diogenes.* Fleetw. p. 391. — Mr. Perperam in schedis Marinii *maenia, Diogeni, sibi.* — A. M.

(2) Grut. 1170. 15. e cod. pal. (p. 55) Fleetw. p. 524. — Mr.

(3) Sirmond. T. I. p. 1867; Oltrocch. H. L. p. 242. — Mr.

Impensisque suis tota est structura peracta:
Aptavitque suis humeris de more cucullam.
Religionis amans cellis se devovet istis,
Atque abbas factus mira pietate refulsit. (1)

1

In ecclesia monasterii Floriacensis ad altare s. Dionysii parte laeva.

Ista Dionysius penetrantes limina sanctus
Auxilio sancto consociet Domino.
Quem quicumque petis, Dominum deposce tonantem
Quatenus Helgaudum servet amore suum.
Cuius amor XTO sic sic venerabile templum
Construxit Dno atque Dionysio. (2)

Parte dextera.

Est domus ista Deo sine fine dicata superno
Helgaudi studio consilioque boni.
Hinc paradisiaci pulsatur ianua regni:
Hinc pia plebs Dno coniubilat supero.
Intrantes pariter Christus conservet Iesus.
Dicite cuncti voce fideli omne per aevum: sic fiat, amen amen amen.

2

Lutetiae Parisiorum in basilica s. Dionysii.

Hoc opus Airardus caelesti munere fretus
Offert ecce tibi Dionysi pectore miti. (3)

3

Romae in opere vermiculato in abside s. Caeciliae. In vertice nomen Paschalis.

+ Haec domus ampla micat variis fabricata metallis ꝺ
Olim quae fuerat confracta sub tempore prisco ꝺ
Condidit in melius Paschalis praesul opimus ꝺ
Hanc aulam Dni formans fundamine claro ꝺ

(1) Le Cointe T. III. p. 703. ex T. VII. spicileg. Baluzii p. 538. qui dat ex codice in quo chron. abbatum Castrensium. Vereor ne versus sequioris aetatis sint, id est saec. XII, uti versus omnes qui sequuntur, quos omisi omnes, etsi dicuntur parieti picto inscripti. V. Mabillon act. S. Bened. T. I. p. XXIII. — Mr.

(2) Helgaudus vel Helgaldus monachus floriac. in epitome vitae Roberti regis apud Duchesne S. H. Fr. T. IV. p. 75. — Mr.

(3) Mabillon. annal. Bened. T. II. p. 236. ex Mur. T. III. A. M. AE. p. 692. — Mr.

Aurea gemmatis resonant haec dindima templi ϭ
Laetus amore Dei hic coniunxit corpora sca ϭ
Caeciliae et sociis rutilat hic flore iuventus ϭ
Quae pridem in cruptis pausabant membra beata ϭ
Roma resultat ovans semper ornata per aevu ϭ (1)

1

Coloniae Agrippinae in sacello s. Erasmi.

S. Evardus me fecit.
Quicunque
hunc locum
destruere voluerit,
ira Dei feriatur
et nemldgnsul iaceat. (2)

2

Romae in s. Clementis opere vermiculato in arcu triumphali.

Intrantibus parte laeva imagines SS. Pauli et Laurentii cum epigraphe.

Agios
Paulus.
De cruce Laurenti Paulo
famulare docenti.

Intrantibus parte dextera sub imaginibus SS. Petri et Clementis.

Agios
Petrus.
Respice promissum
Clemens a me tibi sanctum.

In medio arcus eminentiore loco visitur Servator noster, ad cuius latera quatuor animalia, evangelistas repraesentantia. Item monogramma.

A ☧ Ω

ISAIAS cum volumine explicato, in quo

Vidi Dominum
sedentem super solium.

IEREMIAS cum epigraphe in volumine

Hic est Deus noster et non ae-
stimabitur alius absque illo.

Circa absidem litteris cubitalibus.

Gloria in excelsis Deo sedenti super thronum
et in terra pax hominibus bone voluntatis.

(1) Legi ipse contulique cum excuso apud Marinium apographo, quod mendis non carebat. — A. M.

(2) Gelenius de admir. magnit. Coloniae Agripp. p. 277. legit *aeternae maledictioni subiaceat.* — Mr.

In tribuna, seu ad hemicyclum absidis est grandis vitis, e cuius stipite magna exurgit crux cum Christo affixo: hinc et inde Maria et Iohannes post vitis propagines, in quarum flexibus depicti sunt quatuor ecclesiae doctores cum nominibus.

Augustinus· Hieronymus· S. Gregorius· S. Ambrosius.

Item

Bethlem Hierusalem.

Item volucres variae, pastores, aliaque. Cernitur agnus cum aureo diademate, et hi versus in fine perpetua linea leguntur.

+ Ecclesiam Christi viti similabimus isti,
+ Quam lex arentem sed crux facit esse virentem.
+ De ligno crucis Iacobi dens Ignatiique
+ In suprascripti requiescunt corpore Christi.

1

Ibidem ingens tabula.

+ Quod perago Clemens Crescentius excipe sce:
Ferque tui mihimet auxilium iugiter.
Vite perpetue teneam quo gaudia semper,
Cardinalis ovans me tibi consocians. (1)

2

Capuae repertum prope basilicam Constantinianam.

. . . ecius alb . . .
. . . . n· cons . .
. . . ilicam . . .
. . barba . . .
. . . ionib. . . . (2)

3

In ecclesia patriarchali Gradensi in pavimento tessellato.

Atria quae cernis vario formata decore
Squalida sub picto caelatur marmore tellus
Longa vetustatis senio fuscaverat aetas
Prisca en cesserunt magno novitatis honori

(1) Videsis Ugon. stat. p. 124; Martinell. Rom. sacr. p. 90. — A. M.

(2) Pratill. *consol. dello Camp.* p. 117.

Praesulis Heliae studio praestante beati
Haec sunt tecta pio semper devota timori.

Laurentius V. C.
palatinus vo-
tum cum suis
solvit et de do-
sic
num Dei fece-
runt P. D. CC.

Lautus actoa-
rius setae eccl.
Aquil. cum su-
is vot. solvit

Servus XPI
Luciuus Ro-
mana Lucian-
nus et Lucia
fecerunt P. C.

Εὐχαριςῶν
τῷ Θεῷ ϗ τῇ
ἁγίᾳ Εὐφημίᾳ
ὑπὲρ παντὸς
τ͂ οἴκυ μυ
ἐποίησα πδ. ρ. (1)

Paulus notarius
et Diugenia
cum suis
votum sol-
vent ☋

Amara lect.
et Antonina
cum filiis suis
Halia et Melli-
ta votum
solvent.

Famuli scae
martyris
Euphemiae
Nounus et Eu-
sebia Petrus
et Iohannes
pro salute
sua et omnium
suorum ex veto
suo F. R. P. C.

Iohannis
lect. cum
matre sua
Agneta
F. P. XXV.

Iohannis
mil. de num.
Cadisiano
cum uxore
sua Severian.
fecer. P. XXV.

Victorinus
lect . . . .
Anto . . . .
suis vo-
tum solvit.

(1) Lege Muratorium p. 1917. qui scribit mendose, ut reor, ἐπόησα. Idem compendia explicat πόδας ἑκατόν. Idem in monogrammate adiuncto intelligit *Probus* vel *Probinus*. Denique aliter disponit has inscriptiones. — A. M.

In nomine
domini
Petrus vo-
sic
tun solvit.

Ursus et
Aureliana
votum
solvent.

Concordi-
us et Nitia-
na cum su-
is FR· P. XXV.

Stephanus
nauclerus
cum suis.

Marcus Bibulus cum fratribus
suis votum solverunt·

Gazeus diaconus
cum matre sua Bona ne· v· s·
solvit.

Iohannis milis de numero
equit· perso· Iustiniani votum
solvit·

Laurentius milis de numero
travisiano et filius Domni
fecit P· XXV.

Murgio
lector
et Bona
cum filiis
suis fecerunt.

Vitales
et Vale-
rianus
cum suis
FR. P. XXXV.

Domnicus caliga-
rius cum coniuge
sua Severa . . . .
runt pedes . . .

Guderit
cum
suis fecit
pedes
XX ☧

Servus XPI
Laur . . ;
diac. . . . .
votum
solvit.

Petrus
notarius
votum
solvet

Dominicus
notarius
cum suis votū
solvet.

CCCCC
LXXX
IV.

seco . .
lectu . . .
vens . . .
tigisac . . .
simia fu . . .
tum so . . .

Gradi in cavedio parochi.

Tala
et Ben . . .
votu . . .

Probinae et filio suo Thomate
notario votum solvent.

1

Brioiciae in vetere ecclesia s. Petri in pavimento ex musivo.

Maximianus
et Leontius
cum suis
P. C.

2

Ibidem in S. Mariae.

Sirus diac.
HLTCS

3

In paroecia Inzini agri Brixiensis item ex musivo.

Crescentio
et Paterna
cum suis
eg. P. C.

4

Ibidem.

Crescentio
et Crescentina
cum suis
eg. P. C.

5

Romae in tribuna ss. Cosmae et Damiani sub musivo, in quo praeterea leguntur fluviorum nomina.

IORDANES, GEON, FYSON, TIGRIS, EUFRATA.

Item.

HIERUSALEM, BETHLEEM, SANC. FELIX PAPA, SANC. THEODORUS.

Aula Di claris radiat speciosa metallis ✝
In qua plus fidei ☧ lux pretiosa micat.
Martyribus medicis populo spes certa salutis
Venit, et ex sacro ☧ crevit honore locus.
Optulit hoc Dno Felix antistite dignum
✝ Munus ut aetheria ☧ vivat in arce poli. (1)

(1) Ugon. Stat. pag. 178; Ciampin. V M. T. II. p. 62. tab. 16; Grut. p. 1164. 16, ex cod. pal. (p. 53.); Marangon. res ethn. p. 407; Baron. ad an. 530. T. IX. p. 413; Blanchin. ad Anast. T. III. p. 271; Lamius de E. A. p. 538; Fleetw. p. 406; Miss. moz. p. 594. — Mr. Ugonius in ultimo versu habet *sumat* pro *vivat*. — A. M.

1

In hypogaeo s. Eutychii extra Surianum Hort ze dioec.

✝ Stephanus vates tibi mar-
tyr Eutichi speciae (sic) marmoris dedi.

2

Nolae in basilica s. Felicis a s. Paulino condita.

Hic pietas hic alma fides hic gloria Christi
Hic est martyribus crux sociata suis.
Nam crucis e ligno magnum brevis astula pignus
Totaque in exiguo semine vis crucis est.
Hoc Melanae sanctae delatum munere Nolam
Summum Hierosolymae venit ab urbe bonum.
Sancta Deo geminum velant altaria honorem
Cum cruce apostolicos quae sociant cineres.
Quam bene iunguntur ligno crucis ossa piorum!
Pro cruce ut occisis in cruce sit requies. (1)

3

Ibidem intra ipsam transennam (qua breve illud, quod propinquas sibi basilicas prius discludebat, intervallum continuatur) e regione basilicae novae super medianum arcum hi versus sunt.

Ut medium valli pax nostra resolvit Iesus,
Et cruce discidium perimens duo fecit in unum,
Sic nova destructo veteris discrimine tecti,
Culmina conspicimus portarum foedere iungi.
Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus intrantumque manus lavat amne ministro.
Plebs gemina Christum Felicis adorat in aula,
Paulus apostolico quam temperat ore sacerdos. (2)

Haec autem binis notata versiculis epigrammata legebantur super arcus alios dextra laevaque. In uno.

Attonitis nova lux oculis aperitur, et uno
Limine consistens geminas simul aspicit aulas.

In altero.

Tergeminis geminae patuerunt arcubus aulae
Miranturque suos per mutua limina cultus.

(1) S. Paulinus ep. XXXII. ed. Veron.; ubi Iuvenatius in notis criticis ined. corrigit *Hierosolyma*. — A. M.

(2) Ibid. Vide Bolland. T. VII. iun. p. 89. 90. 136. 139. 144. — Mr.

Item hi versus in iisdem arcubus a fronte, quae ad basilicam s. Felicis patet, mediana.

Quos devota fides densis celebrare beatum
Felicem populis diverso suadet ab ore,
Per triplices aditus laxos infundite coetus.
Atria quamlibet innumeris spatiosa patebunt,
Quod sociata sibi per apertos comminus arcus
Paulus in aeternos antistes dedicat usus.

In aliis vero versiculi sequentes.

Antiqua digresse sacri Felicis ab aula
In nova Felicis culmina transgredere.
Una fides trino sub nomine quae colit unum
Unanimes trino suscipit introitu.

In secretariis duobus, quae erant supra absidem, parte absidis dexteriore.

Hic locus est veneranda penus qua conditur, et qua
Promitur alma sacri pompa ministerii.

Parte sinisteriore.

Si quem sacra tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit residens sacris intendere libris.

1

In ipsis ingressibus.

Ardua floriferae crux cingitur orbe coronae,
Et Domini fuso tincta cruore rubet.
Quaeque super signum resident caeleste columbae
Simplicibus produnt regna patere Dei.

Alma domus triplici patet ingredientibus arcu,
Testaturque piam ianua trina fidem.

Item de eodem.

Hac cruce nos mundo et nobis interfice mundum,
Interitu culpae vivificans animam.
Nos quoque perficies placitas tibi Christe columbas,
Si vigeat puris pars tua pectoribus. (1)

(1) Ibid. et Remondin. p. 415. 416.

1

Supra portas, quae meridiem respiciunt. In una.

Pax tibi sit quicumque Dei penetralia Christi
Pectore pacifico candidus ingrederis.

In altera, in qua crux picta erat floribus coronata, et columbae.

Cerne coronatam Domini super atria Christi
Stare crucem duro spondentem celsa labori
Praemia. Tolle crucem qui vis auferre coronam.

Alteri autem basilicae, qua de hortulo quasi privatus aperitur ingressus, versiculi hanc secretiorem ianuam pandunt.

Caelestes intrate vias per amoena vireta
Christicolae, et laetis decet huc ingressus ab hortis
Unde sacrum meritis datur exitus in paradisum.

Hoc idem ostiolum aliis versibus ab interiore sui fronte signatur.

Quisquis ab aede Dei perfectis ordine votis
Egrederis, remea corpore, corde mane. (1)

2

Ibidem in fornice.

Pleno coruscat Trinitas mysterio.
Stat Christus agno: vox Patris caelo sonat:
Et per columbam Spiritus sanctus fluit.
Crucem corona lucido cingit globo,
Cui coronae sunt corona apostoli,
Quorum figura est in columbarum choro.
Pia Trinitatis unitas in Christo coit,
Habente et ipsa Trinitate insignia.
Deum revelat vox paterna et Spiritus.
Sanctam fatentur crux et agnus victimam.
Regnum et triumphum purpura et palma indicant.
Petram superstat ipsa petra ecclesiae,
De qua sonori quatuor fontes meant
Evangelistae viva Christi flumina. (2)

3

Ibidem in septis arae maioris.

Hoc quod cernitis discite quod Lupenus episcopus compsit et ornavit in hac ecla amore Dei et sanctorum Felicis et Paulini Rufi Laurenti et Patricii. (3)

(1) Ibid.

(2) Ibid. et Remond. p. 411. — Mr.

(3) Ita Holstenius exscripsit e scheda barberinia. Mur. p. 1905. 9. ex Blanchinio habet *Lupercus*. Remondinus T. I. p. 480. 522. et T. III. p. 90. habet *Leo solerter tertius* loco *Lupenus*; verumtamen aliter T. I. p. 518. 599. et T. III. p. 95, ibique de hoc episcopo verba facit. Vide e-

1

Ibidem in duobus lapidibus.

Lupenus eps fieri praecep.

Item in alio.

Hoc opus Lupinus renovabit. (1)

2

In fascia, quae ambit arcum quaqua versus.

Intus supra quadrilaterum.

Parvus erat locus sacris angustus agendis +
Supplicibusque negans pandere posse manus +
Nunc populo spatiosa piis altaria praebet +
Officiis merito martyris in gremio +
Cuncta Deo renovata placent, novat omnia semper +
Christus, et in cumulum luminis amplificat +
Haec ut dilecti solium Felicis honorans +
Et splendore simul protulit et spatio. + (2)

In facie exteriore unica linea tres primi versus.

Felicis penetral prisco venerabile cultu +
Lux nova diffusis nunc aperit spaciis +
Angusti memores solii gaudete videntes +
Praesulis ad laudem quam nitet hoc solium +

3

Versus inscripti templo in honorem s. Illidii episcopi Arvernensis constructo ab episcopo Bernowino.

Omnipotens Dominus qui celsa vel ima gubernas,
Maiestate potens semper ubique Deus;
Respice de solio sanctorum gloria summo
Auxiliumque tuis rex bone da famulis.
Principibus pacem, subiectis adde salutem,
Hostis pelle minas et fera bella preme.
Haec quoque quae statui fulgentia culmina templi
Bernowinus ego, sint tibi grata Deo.

tiam Ughel. T. VI. p. 253. Fleetew. p. 434. Blanchin. praef. ad tom. I. Anastas. — Mr.

(1) Sic. Holstenius.

(2) Remondinus T. I. p. 403. 514. Holstenius legit *spaciis* pro *sacris*. In ed. veron. S. Paulini p. 658. *ante sacris*. Et sic alii auctores a Marinio citati.

Augusto et Karolo, cuius virtute peregi,
Concede imperii gaudia magna sui.
Quisquis et hinc summas precibus pulsaverit aures,
Effectum tribuat semper habere Deus.
Hoc construxit opus lector quod cernis honestum
Bernowinus ovans ductus amore Dei.
Illius nec non magni pro patris amore,
Corpore qui sanctae pausat in arce domus.
In qua multa Deus iam iam miracula mitis
Saepius ostendit illius ob meritum.
Si veniet quisquis fidei de munere dives,
Quod petit invenit, quod cupit ecce tenet.
Vos fratres veniae petitores obsecro vobis
Poscite factori dona superna domus.
Haec tibi constitui, Illidi magne sacerdos,
Quae nitet hic Domini . . . clara domus,
Bernowinus ego sanctorum parvus amator
Qui tibi praecipue vota precesque fero.
Te rogo suppliciter pro me prece posce tonantem
Ut purget venia crimina cuncta mea.
Et Carolo augusto, cuius pietate fovemur,
Praebeat aetherei praemia larga soli. (1)

Item sequentes.

Qui cupiat rerum studiosus forte viator
Auctorem scire carminis aut operis;
Cum redit quaeso modicum subsistat eundo,
Et legat hunc titulum qui sibi cuncta refert.
Bernowinus ego nam dicor humillimus epus
Culmina quae feci carmina quae cecini.
Qui veniet veniam scelerum deposcere fletu,
Transeat has portas ad loca sancta situs.
Corpore Illidius celsa qui pausat in aula
Eximius meritis et pietate potens.
Illic inveniet solatia certa salutis.
Et quam cum lacrymis poscet, habet veniam.

1

In ecclesia priorali s. Hadriani prope Legionem iuris monasterii s. Petri de Esconza.

Hanc Christi aulam sanctorum Adriani et Nataliae nomine dicatam instruxit Dei famulus Gisundo cum coniuge Leubina

(1) Mabillon ann. Ben. T. II. p. 372. 668. ex codice ottoboniano ad an. 811; et in saec. Ben. T. V. p. 105. V. Bolland. T. III. febr. p. 94. T. VI. iun. p. 15. — Mr.

Era discurrente novies centena octava quinquagena. Sit tibi Domine ratum famulorum rarissimum votum quod tibi alacri devotione in honorem tuorum testium paraverunt. Suscipiantur a te pie Deus orationes miserorum. Quisquis Hic tristis ingreditur, fusa prece laetior inde redeat. Consecratumque est templum ab episcopo Cixilanensi, era DCCCCLXIIII. IIII. idus octobris. (1)

1

Romae in ss. Iohannis et Pauli.

Bi . . . . . . sordius qua
nuditate deforme
locavit ϭ (2)

2

Ibidem infra ecclesiam.

Templum ingens Dño Salomon rex dedicat, (3) adstant
Pontifices et plebs magno circumflua coetu.
Iustus Asa simulacra patrum lucosque profanos
Sustulit et matrem regni privavit honore. (4)
Iosaphat sola confidens laude tonantis
Perculit adversas acies hostilibus armis.
Ezechias pius in Dñum perquae (5) omnia clarus,
Cui Deus ad vitam ter quinos addidit annos.
Claret mira Dei bonitas in rege Manasse,
Quem regno et vineae post multa piacula reddit. (6)

3

Ibidem in introitu.

Antistes domini celsa sacraria XPI
Vestibulum decorat gratia pulchra (7) loci.
Quae quia compta nitet primaque in fronte renidet, (8)
Ostendit quantum numinis intus inest.

(1) Morales lib. XVI. cap. 5; et los cinco libros p. 213. 1; Mabillon. annal. Ben. T. III. pag. 340. cum his varietatibus: *aula*, *dicata*, *Gisvalo*, *Leduvina*, *purissimum votum*, *honore*, *inde recedat episcopis Ciailla nomine Tresnimio et Fortis era DCCCCLVIII.* — Mr.

(2) E schedis Suaresii in bibliotheca barberinia. — Mr.

(3) Cod. pal. *dedicant.*

(4) Cod. pal. *honores.*

(5) Ita cod.

(6) Cod. pal. (p. 31); Fleetw. p. 524; Grut. p. 1164. 9. more suo cum variet. — Mr.

(7) In cod.; at Grut. *pulchra.*

(8) Ita Grut. p. 1169. 8. Sed cod. pal. p. 31. *renitet.*

Quis tantas $\overline{\text{XPO}}$ venerandas condidit aedes
Si quaeris, cultor Pammachius fidei. (1)

1

Viennae Allobrogum.

Heroas Christi geminos haec continet aula,
Iulianum capite, corpore Ferreolum. (2)

2

Lapis repertus in pago dicto Alcazar do Sal *duobus milliariis infra Terranum in Lusitania, litteris valde inter se implicatis.*

✝ Hunc denique edifi-
cium sanctorum no-
mine ceptum Iusti et
Pastoris martirum
quorum constat esse
sacratum consu-
matum est oc opus
era DCCXX. (3)

3

Lugduni in abside memoriae s. Iusti.

Christi sancta domus, praepollens aula piorum,
Hospita sanctorum, virtutum sedula mater,
Haec est quam cernis, semper ubi rite precanti
Gratia larga patet per tot cumulata patronos,
Quos propriis titulis distinguit gloria consors:
Convexo varia rutilant in sydera caelo. (4)

4

Augustae Veromanduorum in basilica s. Quintini litteris aureis.
In prima tabella.

Cum denis lustris ternos minus inclytus annos (5)
Rex ageret Karolus sceptra tenendo pia;

(1) Lege Fleetw. p. 463; Arring. T. II. p. 175; Ugon. ex eoque Rondanin. de SS. Ioh. et Paul. p. 169; Mazoch. calend. N. p. 723. V. Venant. Fort. T. I. p. 5. Raban. T. VI. p. 204. Baron. T. VI. p. 262. Bolland. T. VI. aug. p. 557. — Mr.

(2) Sirmond. T. I. p. 1716. Baron. T. VIII. p. 334. Bolland. T. II. mai. p. 630. T. V. sept. p. 761. — Mr.

(3) Grut. p. 1053. 11. ex Regendic. AA. lusitan. lib. IV; Fleetw. p. 423; Flores. T. VII. p. 189. ex Morales X. 9, aitque pertinere ad an. 682. Regendic. in epist. ad Morales edita a Schot. Hisp. ill. T. II. p. 1031. ait scriptam epigraphem litteris admodum inter se complicatis, habetque *martyrum*, Flores autem *consummatum.* — Mr.

(4) Martenius T. V. thes. nov. anecd. p. 618. inter opuscula quaedam poëtica Flori lugdunensis eccl. diaconi, ex museo Rigotiano. Vide et p. 596.

(5) Sunt versus Theodulphi apud Sirmond. T. II. p. 1058. Mabill. annal. T. II. p. 383. Duchesne H. F. supplem. p. 648. Sammart T. IX. p. 1041.

Rebus et humanis exemtus, culmina regni
Linqueret ingentis, rex Ludovice, tibi;
Datque octingentis Christi incarnatio felix
Addere curriculis quattuor atque decem;
Condere coepit opus huius venerabilis aulae
Abbas Fulradus nobilitate cluens.
Namque huic Hieronymus, Carolus pater exstitit illi,
Qui propriae specimen gentis ad alta tulit,
Bella gerens, pacemque tuens, qui culmina regni
Ad prolem misit, auxiliante Deo.

In secunda tabella.

Martyris egregii Quintini hic membra quiescunt
Mens haeret Christo cuius in arce poli.
Huius honore pio veteri fundamine templum
Constructum hoc fuerat, constitit atque diu.
Tertius in Francos regmine Karlus. (2)

3

In pyxide argentea reperta initio saeculi XVII. in effossionibus sub ara maxima ecclesiae SS. IV. Coronatorum Romae.

+ Ad decorē capitis beati Sebastiani Greg. IIII episopp.

4

Romae in museo Albaniorum discus argenteus Perusiae effossus.

De donis Dei et domni Petri. Utere felix cum gaudio. (3)

5

In cathedrali Fori Cornelii, patena argentea.

+ Quem plebs tunc cara crucis agnus fixit in ara
Hostia fit gentis primi pro labe parentis.

6

Epigramma Sidonii inscriptum conchae argenteae oblatae ab Evodio reginae Gothorum Ragnahildae Enrici coniugi.

Pistrigero quae concha vegit tritone Cytheren,
Hac sibi collata cedere non dubitet.
Poscimus, inclina paulisper culmen herile,
Et munus parvum, magna patrona, cape.

(1) Marinius legendum censet: *hoc vas Christi tibi*, ut mox n. 2.

(2) Felibien. hist de l' abb. de s. Denys p. 545. Vide mus. vat. T. V. p. 20. Supple autem *devota* et *sublimis*. — Mr.

(3) Fontanin. disc. arg. excus. p. 3; Vermil. inscr. perus. T. II. p. 474. Est in bibliotheca vaticana persimilis argenteus discus, sed anepigraphus in quo tamen eques perimit aprum, habetque sub pedibus canem. — Mr.

Evodiumque libens non aspernare clientem,
    Quem faciens grandem, tu quoque maior eris.
Sic tibi, cui rex est genitor, socer, atque maritus,
    Natus rex quoque sit cum patre, postque patrem.
Felices lymphae, clausae quae luce metalli,
    Ora tamen dominae lucidiora fovent.
Nam cum dignatur regina hic tingere vultus,
    Candor in argentum mittitur e facie. (1)

7

In theca argento contexta, in qua an. 946. collocatae videntur reliquiae Hidulphi episcopi. In antica parte.

Quorum munere sum tali vestitus honore,
Digni reddantur divino semper amore.

In postica vero.

Hac si me tunica quisquam nudaverit ultra,
Conquerar hoc iustis in dextra parte futuris. (2)

8

Metis in stylobato tholi argentei quatuor columnis suffulti in cathedrali ecclesia.

Ut scelerum noxas redimam tibi, conditor orbis,
Offero templi huius humilis Adventius arcem.
Irradiat Trinitatis honor splendifluus aram;
Redde medullata in templo holocausta sacerdos.
Ast quin purus amor dedit hanc in honore superno,
Hostia pura Deo, sindupla talenta reportans;
Haec danti in terris bona reddas praemia caeli,
Compuncti cordis lacrymas hinc suscipe clemens. (3)

(1) Sirmond. T. I. p. 535. Saveronus p. 251. legit *Theoderici coniugi.*

(2) Mabill. an. bened. T. II. p. 16; Mur. AA. m. aev. T. III. p. 702. — Mr.

(3) Sammart. Gall. ch. T. XIII. p. 718 — Mr.

1

In basilica monasterii Petershusani, cuius fundamenta iecit S. Gebehardus episcopus Constantiensis saec. X labente, in quatuor tabulis argenteis littera aurea legebatur.

Hoc opus exiguum diversis artibus auctum
Fert tibi Gregori supplex devotio servi
Praesulis indigni, quem tu cum plebe fideli
Coniungas turmis precibus pater alme supernis.

2

Modoëtiae in corona aurea gemmis ornata.

✝ Agilulf grat. Di vir glor. rex totius Ital. offeret
sco Iohanni Baptiste in ecla Modicia. (1)

3

Romae in museo Francisci Barberini viri eminentiss. vetus corona argentea reperta an. 1632 in horto PP. Carmelitarum ad titulum Equitii.

✝ Sancto Silvestro ancilla sua votum solvit. (2)

4

In corona Pipini.

Christe fave votis Pipini gratia regis,
. . . quam misit supplex dignare coronam.
Corpore quo passus iacuisti vita sepulchro,
Et de quo surgens solvisti vincula mortis,
Illum tu firma regno pariterque salute,
Coniuge quin etiam, necnon et stirpe nepotum,
Pro quorum vita partimque haec munera regno
Obtulit aeternum sperans Pippinus honorem. (3)

(1) Mur. S. R. I. T. I. p. 460; Fris. M. Modoët. p. 42; Fontanin. de cor. ferr. p. 72; Oltroch. H. L. p. 453. aliique. — Mr.

(2) Philippin. hist. s. Silv. etc. p. 51. — Mr.

(3) Second. voyag. de deux Bened. p. 292. ex vet. cod. biblioth. coenob. s. Maximini trevirensis. — Mr.

1

Tabella aerea reperta Mediae in Transilvania anno 1779.

Ego Hemonius votum posui.

2

Romae in S. Mariae transtib. Gregorius IV PP. obtulit signum XPI habens navicellas II, ac murenas III, in catenulis III. lilio et uncino, cum epigraphe. (1)

De donis Dei et sanctae Mariae domn. Gregor. PP. IV.
Qui puro corde obtulit III. gabatas saxiscas.

Item canistra argentea IV. sic inscripta.

Sanctae Dei genetrici Gregor. IV. PP.

Item in S. Mariae ad praesepe donavit vestem auro textilem habentem in circuitu albas virias cum eius nomine sic.

Domni Gregorii IV. PP.

3

In operculo codicis insignis evangeliorum S. Eusebii episcopi vercellensis et martyris. (2)

✝ Praesul hic Eusebius scripsit, solvitque vetustas:
Rex Berengarius sed reparavit idem.

EVSEB. EPS.

Argentum postquam fulvo deprompsit et auro,
Ecclesiae praesul optulit ipse tuae.

(1) Severan. hist. p. 309. ex Anastas. T. III. p. 17. 1823. 26.; Thes. dipl. T. III. p. 247; Oldoin. ad Ciac. T. I. p. 600; Baron. T. XIV. p. 240. — Mr.

(2) Ephem. flor. T. II. p. 519; Blanchin. vindic. script. div. et in evang. quadr. T. II par. II. p. 575; Donat. diptych. p. 115. aliique. — Mr.

1

In diptycho. (1)

✝ Pr ꝯ esulis imperi ꝗ is

Bertoldi clauditur omnis

ὁ ἅγιος
Ἀνδρέας

ὁ ἅγιος
Πέτρος

M̄P̄ Θ̄Ῡ

Mater Christi
cum ipso
filio

ὁ ἅγιος
Παῦλος

ὁ ἅγιος
Θωμᾶς

te ꝗ X̄tus evan ꝗ gelii

redimitus honore decenti

2

Modoëtiae in secretario, in tabulis quibus evangeliorum codex integitur, ex lamellis quae aureis gemmis ornantur.

Parte dextera.

De donis D̄i offrit (sic) Theodelenda reg.
gloriosissema s̄co Iohanni Bapt.

Parte sinistra.

In baselica quam ipsa fund.
in Modicia prop. pal. suum. (2)

3

Ratisponae in duobus lapidibus, qui servantur in monasterio S. Hemeramni, in quo insignis codex evangeliorum A. 870 furtim ablatus cum corpore S. Dionysii mart. ex parisiensi S. Dionysii monasterio, et dono Arnulpho imperatori datus, qui ecclesiae sanctorum concessit.

Sub Ebulone abbate mon. s̄ci
Dionysii Gisalbertus furavit.
Furatus est V. non. iun.

Huc venit II. non. dec.
tempore Tutonis ep̄i. (3)

(1) Vide addenda ad T. III dipt. p. 21; Borg. de cruc. velit. p. 92. — Mr.

(2) Sic lamellas octo confusas ordinat legitque Frisius monum. Modoët.. diss. I; Maff. M. V. p. 369. 8, et rursus p. 182. Cyriacus nov. fragm. p. 46; Thes. dipl. T. II. p. 208; Mur. S. R. I. T. XII. p. 1070; Paciaud. de. S. Io. Bapt. p. 267; Bascap. hist. Mediol. p. 10; Fontanin. disc. arg. p. 26. ex Mabill. It. ital. T. I. p. 11; et de cor. ferr. p. 32. — Mr.

(3) Mabill. analect. T. IV. p. 54. — Mr.

1

Fuldae, versus Rabani in theca evangeliorum.

Hanc thecam ad laudem Christi sic condere iussit,
Rhabanus praesul, servus et ipse Dei.
In quo et evangelium sanctum gestetur honeste,
Quando lecturus hoc diaconus erit. (1)

2

Ratisponae in monasterio S. Hemeramni exstat insigne evangeliarium scriptum A. 870 iussu Caroli Calvi; prima tabula, qua tegitur, obducitur aurea lamina gemmis margaritisque ingentis pretii ditissima, et sculpturis graphio seu viriculo ductis illustri. In medio visitur imago Servatoris sedentis, dextra benedicentis, sinistra librum apertum ostentantis, cui inscripta haec verba leguntur ego sum via veritas et vita. *Adstant in angulis quatuor evangelistae sedentes, scribentesque cum eorumdem symbolis. In S. Iohannis est* in principio. *In volumine explicato S. Matthaei:* liber generationis. *Ibidem eodem artificio oculis subiiciuntur quatuor historiae evangelicae, vendentium scilicet et ementium a Christo eiectorum, leprosi mundati, caeci illuminati, item adulterae mulieris absolutae, quae stat ante Iesum digito scribentem* si quis sine peccato. (2)

3

Versus Hincmari archiep. remensis inscripti tabulis aureis evangeliarii.

Sancta Dei genitrix et semper virgo Maria,
Hincmarus praesul defero dona tibi.
Haec pia quae gessit, docuit nos Christus Iesus,
Editus ex utero, casta puella, tuo. (3)

4

Ravennae in evangelio, quod auro et gemmis iussit ornari Petrus archiepiscopus.

Domnus Petrus antistes ob diem ordinationis suae
sanctae ecclesiae sic obtulit. (4)

(1) Rabanus T. I. p. 218. n. 107. — Mr.
(2) Sanftl. dissert. de cod. s. Hemeramni p. 29. — Mr.
(3) Sammart. G. C. T. IX. p. 41. — Mr.
(4) Mur. S. R. I. T II. part. I. p. 57. 58; Amades. T. I. p. 103. 104; de Rubeis p. 133. — Mr.

1

Ibidem in S. Ioh. evang. circa lucernam ex auro optimo, cum cereo rostrato.

Parabo lucernam Christo meo. (1)

2

Florentiae in museo Mediceo in antiqua lucerna reperta Romae in hortis Ioh. Francisci Morellii coelimontanis in vicinia ecclesiae S. Stephani.

Dominus legem
dat Valerio Severo.
Eutropi vivas. (2)

3

Auximi in bractea argentea super arca S. Leopardi episcopi.

+ Scs Leopardus. (3)

4

Metis in bractea aurea circulari, ad imaginem Mariae virg. caelata ab Tutilo circa annum 912.

Hoc panthema pia caelaverat ipsa Maria. (4)

5

Ravennae in vasculo chrismatario argenteo ex opere anaglyptico.

Servus Christi Maximianus archiepiscopus hoc chrismatarium
ad usus fidelium fecit fieri. (5)

6

Oveti, in camera sancta, inter prisca regum donaria, arca est duos pedes longa, tabellis pretiosissimis ex achate auro circumclusis compacta, gemmis etiam undique dives, cum hoc titulo in fundo, qui totus argenteus est.

Susceptum placide manet hoc in
honore Dei, quod offerunt famuli
Christi Froyla et Nunilo cognomento
Scemena. Hoc opus perfectum est
et concessum est sancto Salvatori ovetensis.
Quisquis auferre hoc donaria nostra
Praesumpserit, fulmine divino intereat.
Ipse operatum est era DCCCCXLVIIII. (6)

(1) Mur. ibid. p. 57; de Rubeis p. 95. — Mr.

(2) Mamach. T. III. p. 99; Blanchin. H. E. quadr. T. I. part. II. p. 340; Bellor. lucern. p. 31; Gor. tab. I. p. 68; Foggin. de itin. S. Petri p. 484. — Mr.

(3) Compagnon. T. I. p. 39; Raffaell. A. A. di Cingoli p. 124; osserv. sopra Cingoli p. 145. — Mr.

(4) Mabill. annal. bened. T. III. p. 315. — Mr.

(5) Agnell. p. 108; de Rubeis p. 164. 165. — Mr.

(6) Morales exscripsit ediditque in scholiis ad lib. III. oper. s. Eulogii cordub. p. 59. Vide inscriptionem similem, ubi de Adenulfo, Bibl. PP. T. XV. p. 274. — Mr.

1

Romae in pallio altaris ecclesiae S. Petri.

Pastor ovile Dei servans sine crimine Petre,
Qui praebes XPI pabula sancta gregi;
Tu Caroli clemens devoti munera regis
Suscipe, quae cupiens obtulit ille tibi.
Hildegarda pio cum quo regina fidelis
Actibus insignis mentis amore dedit. (1)

2

In velo quod a Chintila rege Romae dicatum est.

Discipulis cunctis Dominus prelatus honore,
Dignus apostolico primus honore coli,
Sancte tuis Petre meritis hec munera supplex
Chintila rex offert. Pande salutis opem. (2)

3

Modoëtiae in corporali, quod a magno Gregorio missum ferunt Theodolindae.

Extat inscriptio excusa apud Mabillon. in itin. ital. p. 214; cuius plane insolitas litteras quoniam nec ipsi doctissimi explicare potuerunt Mabillonius atque Marinius, ponere nobis heic non licuit.

4

Lugduni in ecclesia S. Stephani extat insignis palla altaris Remigio archiepiscopo dono data a Berta comitissa, uxore Gerardi de Rossilione comite Provinciae saec. IX, in cuius medio agnus depictus est, cum litteris aureis A *et* Ω, *et in orbem hi versus.* (3)

Agne Dei mundi qui crimina dira tulisti,
Tu nostri miserans cunctos absolve reatus.

In dextra parte circuli.

Hic panis vivus coelestisque esca paratur.

(1) Grut. p. 1163. 9, ex cod. pal. (p. 29); Fleetw. p. 416; Baron. T. XIII. p. 97. Vide Venant. Fort. T. I. p. 100. 107. — Mr.

(2) Ex cod. clostend. exscripsit Garampius. Porro nescio cur Marinius titulum ponat his diserte verbis: *in velo quodam Chintilane rege Rome dictum est.* Num ita mendosissime in codice se habebat titulus? — A. M.

(3) Mabill. annal. bened. T. III. p. 133. — Mr.

In sinistra.

Et cruor ille sacer qui xpi ex carne cucurrit

Per longum.

Sumat perpetuam pro facto Berta coronam,
Haec cuius studio palla hoc effulgurat auro.

In extremis vero pallae circumquaque partibus.

Remigius praesul Christo per saecula vivat.

1

Remis in bombycino panno, quo corpus S. Remigii ab Hincmaro involutum fuit, intextis ex filo argenteo et serico litteris.

Sancte Remigi pontifex Domini pretiose, cum pietate memento mei Hincmari, nomine non merito episcopi, indigni quoque sed devoti servi tui. (1)

2

Ravennae in duabus endothis byssinis, quas fierit iussit S. archiep. Maximianus.

In una circa eius imaginem scriptum fuit.

Magnificate Dominum mecum, qui me de stercore exaltavit.

In altera.

Parce Domine populo tuo, et memento mei peccatoris, quem de stercore exaltasti in regno tuo. (2)

3

Ibidem in museo Classeusi laciniae casulae diptychae ex serico et argento contextae, cui appictae erant tamquam in clypeis plures sanctorum nec non episcoporum imagines suis quaeque nominibus distinctae. (3)

Montanus eps	Lucillus eps	Felix eps
Innocentius eps	Gricinus eps	Silvinus eps
Petronius eps	Zeno eps	Theodor. eps
Scs Firmus eps	Agapitus eps	Concess. eps
Michael eps	German. eps	Verecund. eps
Saturnin. eps		

(1) Ibid. p. 17. ad an. 852.
(2) Agnell. p. 108. — Mr.
(3) Collectio ferrariensis T. XVI. p. 156. — Mr.

1

Ibidem in basilica Ursiana inscriptum endothae ex auro puro cum staminibus sericis, in qua imagines quinque.

Victor episcopus Dei famulus hunc ornatum ob
diem resurrectionis domini nostri Iesu Christi
anno V. ordinationis suae obtulit. (1)

2

Remis in pulvino ex panno rubeo bombycino supposito capiti s. Remigii ab Hincmaro, litteris aureis.

Hoc opus exiguum praesul clarissimus Hincmar
Alphedi iussit condere sicque dare.
Ille quidem iussit, sed et haec mox laeta peregit,
Protulit et factum quod modo cernis opus.
Quae sub honore novo pulvillum condidit istum,
Quo sustentetur dulce sacrumque caput.
Remigii meritis Alphedis ubique iuvetur,
Ipsiusque preces hanc super astra ferant. (2)

3

Balignae, secundo ab Aquileia lapide, in nolario.

Summū sume bonū Ds hanc turrim accipe donū
Ansfredi patria quem tuus a propria
Egit amor. Merces sit ei, qui cuncta coerces.
Pax sit, amena quies, perpetuusque dies. (3)

4

Cordubae in monasterio S. Hieronymi, olim in ecclesia S. martyris Zoyli, inscriptum campanae litteris implexis.

Offert hoc munus Sanson abbatis in domum sancti
Sabastiani martyris Christi, era DCCCC et XIII.

(1) Agnell. p. 103. — Mr.
(2) Mabill. annal. bened. T. III. p. 17. ad an. 852. — Mr.
(3) Mur. p. 1828. 2; Bertol. p. 413. 595. 596. — Mr. Verba *hanc turrim* habet Marinius, non tamen Bertolius vel Muratorius qui scribunt *DS E ... S accipe donum*. — A. M.

1

Arelate in archivio ecclesiae maioris inscriptum campanae maximi moduli.

Mentem sanctam spontaneam voluntatem et patriae liberationem.
Amalricus archiepiscopus me fecit fieri anno millesimo· (1)

2

Fuldae in nolario Capituli·

Praeceptis fratres hoc signo convocat omnes ,
Exemplo Domini cum lavat unde pedes·
Nec non consilium constat si forte gerendum,
Nec moniti signo conveniunt subito.
Laudibus et noctis interdum vita peractis
Captamus somnum si dederit sonitum·
Caeperit at radiis Phoebus conspergere lucem ,
Hoc resonante sopor ocius omnis abit. (2)

3

Cymacli in nolario maioris ecclesiae.

+ Tem· dn· Feli· T· R· B· arep· sce eccl·
Rav· edf· Vincentius primu
eps ecc· sci Cassianici cum
primu edific· per ind· VI· +
felici·

(1) Petrus Saxinius hist. pontif. Arelat. p. 196. — Mr.

(2) Ex Bibl. P. P. lugdun. T. XXVII. p. 523. post versus Strabi galli monachi fuldensis, discipuli Rabani. — Mr.

CAPUT III.

BONA IN COMMODA ECCLESIARUM DONATA LEGATA.

1.

Romae ingens tabula affixa parieti atrii basilicae vaticanae (1).

Dominis sanctis ac beatissimis Petro et Paulô apostolorum principibus Gregorius indignus servus ❦

Quotiens laudi vestrae usibus servitura quedam licet parba conquirimus, vestra vobis reddimus, non nostra largimur ❦

ut haec agentes non simus elati de munere set de solutione securi. Nam quid unquam sine vobis nostrum est ❦

qui non possumus accepta reddere, nisi quia per vos iterum et ipsum hoc ut redderemus accepimus. Unde ego vester

servus reducens ad animum multum me vobis beati apostoli Petre et Paule esse devitorem propter quod ab uveribus

matris meae divinae potentiae gratia protegente intro gremium ecclesiae vestrae aluistis, et ad incrementum

per singulos gradus usque ad summum apicem sacerdotii licet inmeritum producere estis dignati; ideoque

hoc privilegii munusculum humili interim offerre devotione praevidi. Statuo enim et meis successoribus

servandum sine aliqua refragatione constituo, ut loca vel praedia cum olibetis qui inferius describuntur,

quos pro concinnatione luminariorum vestrorum a diversis quibus detinebantur recolligens vestra vobis dicavi,

inmutilata permanere. Id est in patrimonio Appiae mass. Victoriolas olibetu in fund. Rumelliano in integro.

Olibetu in fund. Octabiano in integro. Mass. Trabatiana. Olibet. in fund. Burreiano ut sp. Olibet. in fund. Oppiano ut sp.

Olibetu in fund. Iuliano in integro. Olibet. in fund. Viviano ut sup. Olibet. in fund. Cattia

Olibet. in fund. Solificiano ut sp. Olibet. in fund. Palmis ut sup. Olibet. in fund. Sagaris ut sp.

Olibet. in fund. Marano ut sup. Olibet. in fund. Iuliano ut sp. Olibet. in fund. Saturniano ut sp.

(1) Donius p. 51; Bullar. vat. T. I. p. 7; Severan. hist. 113; Fontanin. disc. p. 34. 35; Marin. papyr. p. 225.; Bolland. T. VII. iun. p. 43; Blanchin. praef. ad Anast. T. I; Rocca T. II. p. 411; Gallett. T. I. p. 11; Bullar rom. T. I. p. 142.; S. Gregor. M. T. IV. p. 327; Baron. ad an. 604. n. 14. De massa Caesariana Symmachus lib. X. ep. 48.

Olibet. in fund. Caniano et Carbonaria ut sup. Mass. Cesariana. Olibet. in fund. Florano ut sup.

Olibet. in fund. Prisciano et Grassiano ut sup. Olibet. in fund. Pascurano ut sp. Olibet. in fundo

Variniano ut sup. Olibet. in fund. Cesariano ut sp. mass. Pontiana. Olibet in fund. Pontiano ut sp.

Olibet. in fund. Casa Romaniana ut sp. Olibet. in fund. Tattiano ut sp. Olibet. in fund. Casa Florana ut sp.

Mass. Steiana. Olibet. in fund. Berrano ut sp. Olibet. in fund. Cacclano ut sp. Olibet. in fund. Pontiano ut sp.

Olibet. in fund. Aquiliano ut sp. Olibet. in fund. Steiano ut sp. Olibet. in fund. Cassis ut sp. Mass. Tertiana

Olibet. in fund. Camelliano et fund. Tortilliano ut sp. Olibet in fund. Casaculi ut sp. Mass. Neviana

Olibet. in fund. Arcipiano ut sp. Olibet. in fund. Corelliano ut sp. Olibet. in fund. Ursano ut super.

In patrimonio Labicanens. Mass. Algisia. Olibet. qui est ad tufu iuxta Anagnias in integro ☧

Olibet. qui est in Silbula et Modicas Talias Catagemmulum ac milit. Olibet. in Aplineas in integro ☧

Olibet. qui est in Claviano. Olibet. quem tenet Franculus colonus in fundo Ordiniano in integro ☧

1

Romae in cryptis vaticanis (1).

. . . .

*Pet*ro, Theophanio, Sergio, Io*rdane*,
seu Iohanne; adstantibus quoque diaconib. Moscho archidiacono, Zaccharia, Iohanne, Theophulacto, atque Gemmulo, vel cuncto clero; antefatus domnus Gregorius apostolicus papa dixit: reduco ad animum, sanctissimi fratres mei, qualia mihi et quanta mirabiliter XPS DS noster contulerit bona, et quomodo me indignum ad tanti apicis fastigium (2) sua pietate dignatus fuerit evocare; et stupesco, nihil aliud valens retribuere potentiae eius, nisi solas age-

(1) Dionys. crypt. vat. tab. IV. et V; Turrig. p. 70. 71; Blanchin. praef. ad Anast. T. I. n. 37. — Mr.
(2) *Fastigium* mendose deest in scheda Marinii; sed extat apud Ciampin. A. S. p. 101. — A. M.

re gratias, et indesinenti prece gloriosum eius conlaudare nomen. Quis enim, ut ait propheta, loquatur potentias Dni, auditas faciat omnes laudes eius? Vel quid retribuam Dno pro omnibus que retribuit mihi? calicem salutaris accipiam et nomen Dni invocabo.

1

Ibidem.

. . . . .
trae s . . .
Gregorius . .
apostolicus . .
sanctissimi inten . .
positioni ea quae anc . .
quoram beati Petri apo . .
sub interdictu anath . .
Sanctissimi episcopi et vene . .
teri responderunt: gra . .
ter dictu apostolicae . .
haec quae salubri cons . .
visa sunt stabiliri deb . .
quis audeat exsistere t . .
Gregorius scimus ac *beatissimus apos*tolicus papa dixit. Si qu . .
privilegii definitionem ve . .
rit, anathema sit. Et res*ponderunt om*nes tertio anathema *sit*.
Gregorius gratia Di epis*copus ca*tholicae atque apost*olicae ur*bis Romae huic privileg*io* . . .
. . . . . .

2

Romae in SS. Iohannis et Pauli in monte Coelio.

S. Gregorii magni PP. praeceptum confirmationis bonorum, praesertim fundorum Muciani, Cosconis, Pretorioli, et Casacatelli, in agro Veliterno, pro titulo Pammachii, nempe ecclesia urbana SS. Iohannis et Pauli, duabus marmoreis tabulis insculptum, ibique adservatum, Stephanus Borgia diligentissime exprimi curavit anno MDCCLXXVIII.

✝ Gregorius eps servus servoru
Di dilectissimis in xpo filiis Dsdedit car.
et Iohi arhipbro . tt scor Iohis et Pauli ☧
et per vos in eode tt . im pp (1). Credite speculationis impellimur (2) cura etiam ardore xpiane

(1) Id est *in perpetuum*, heic et in fine inscr. — A. M.

(2) In tabula excusa *impellimus* — A. M.

religionis et studio divini cultus permovemur
pro venerabilioru pioruq· locoru percogitare
stabilitate atque Do servientiu securitate
ut hoc proveniente pio labore et anime XPO
dicatae eiq. se illi diebus vite eorum servi-
re decreverunt, perseverent inperturbate
nec non in illa maneant e fine tenus firma·· que
a xpianis in Di laude cstructa sunt
Quia igitur dilectio atque religiositas vra
petiit nobis quatinus hos fundos
in integro sitos · territ · Bellitrinensi
mil· XXII· ac in aliis locis

† Territ · Beltr · mil · XXII.
Fund. Mucianus in integro.
Fund. Cosconis in integro ubi sup·
Fund.Pretoriolus in int. ubi supra.
Fund.Casacatelli in integ. ubi supra.
Fund. Proclis in int. via Appia ml· XIII.
Fund.Virginis in int. via Appia ml. II cum pantan.
Fuud. Capitonis via Ardeatina mil. III.
Fund.Fonteianus in int. via ssta ml. V.
Fund. Fausianus in int. via ssta mil. pl. m· XII.
Fund·Lausianus in int. via ssta ml. ssto.
Fund.Carbonariorum in int. via ssa m. p· VIIII·
Fund.Publica in int· via Latina mil. pl. m. XI·
Fund.Casaquinti in int. via Latin. m. pl. m. XI.
Fund.Lacitianus in int. via Lavicana m. XV.
Fund·Sergianus in integro ubi supra.
Fund.Septeminis (1) in int. via *sic*
Fun. Cesarianus in int. via Penestrina m. XXX.
Fn. Stagnis in int. via Latina ml· pl. m. XXX.
Fun· Casa luci in int. ubi supra·
Fun. Casacellense via Apia ml. XIII.
vre aeccle cfirmaremus
et nos ita cfirmamus ut si quisque (2)
temerator extititerit, anathe-
matis vinculo subiaceat in pp.

(left margin, vertically:) † N O † T I T I A F U N D O R U M I U R I S T I T U L I H U I U S

(right margin, vertically:) † C O N S T A N T I N U S S E R V U S S E R V O R U M

(1) Ita scheda Marinii. At *Septenius* Blanchinius T. I. praef. ad Anastas. n. 49 — A. M.

(2) Ita Blanchin. At scheda Marinii *si quis D.* Denique in dextro latere Blanchinius habet *notitia fundor. iuris huius titul.* — A. M.

1

Romae in ecclesia S. Pauli in cornu evangelii.

✠ Gregorius episc. servus servorum Di Felici subdiac. et rectori patrimonii Appiae.
Licet omnia quae haec apostolica habet ecclesia beatorum Petri ac Pauli, quorum honore et beneficiis adquisita sunt,
Do sint auctore communia, esse tamen debet in amministratione actionum • • diversitas personarum, ut in adsignatis cuique
rebus cura adhiberi possit impensior. Cum igitur pro ecclesia beati Pauli apostoli sollicitudo nos debita commone-
ret ne minus illic habere luminaria isdem praeco fidei cerneretur qui totum mundum lumine praedicationis implevit; et val-
de incongruum ac esse durissimum videretur, ut illa ei specialiter possessio non serviret, in qua palmam sumens marty-
rii capite est truncatus ut viveret, utile iudicavimus eandem massam, quae aqua [sic] salvias nuncupatur, cum omnibus
fundis suis, id est, Cella vinaria, Antoniano, Villapertusa, Bifurco, Primianiano, Cassiano, Silonis, Corneli,
Tesselata, atque Corneliano, cum omni iure instructo instrumentoque suo et omnibus generaliter ad eam
pertinentibus, eius cum xpi gratia luminaribus deputare. Adicientes etiam eidem cessioni hortos duo po-
sitos inter Tiberim et porticus ipsius ecclesiae euntibus a porta civitatis parte dextra, quos dividit fluvius
Almon, inter adfines horti monasterii sci Stephani, quod est ancillarum Di, positum ad scm Paulum et ad-
fines possessionis Pisiniani; simul et terrulas quae vocantur fossa latronis positas. Idem iuxta ean-
dem porticum euntibus similiter a porta parte sinistra, ubi nunc vineae factae sunt, quae terrulae co-
haerent ab uno latere possessioni Eugenitis qd scolastici, et ab alia parte possessioni monast. sci Aristi. Quae
omnia quoniam Do adiuvante per antedictae ecclesiae praepositos qui per tempora fuerint a praesenti sep-
tima indictione volumus ordinari. Et quidquid exinde accesserit luminaribus eius inpendi, atque ipsos exin-
de ponere rationes. Idcirco experientiae tuae praecipimus ut suprascriptam massam aquas salvias cum prae-
nominatis omnibus fundis suis, nec non hortus atque terrulas, quae superius continentur, de brevibus suis delere debe-

at ac auferre; et cuncta ad nomen praedictae ecclesiae beati Pauli apostoli tradere: quatenus servientes sibi praepositi
omni post hoc carentes excusatione, de luminaribus eius ita sine nostra studeant sollicitudine cogitare, ut nullus il-
lic umquam neglectus possit exsistere. Facta vero supra scriptarum omnium rerum traditione, volumus ut hoc prae-
ceptum in scrinio ecclesiae nostrae experientia tua restituat. Bene vale.
Dat. VIII. kal. februarias imp. dño Fhoca (sic) pp. aug. anno secundo et consolatus (sic) eius anno primo ind. septima. (1)

1

In basilica S. Pauli grandis tabula, litteris optimis et rubricatis.

+ In nomine dñi Di salvatoris N.
IHU XPI breve facta a me
Gregorio tertio papae
de oblationes quae offer-
re debentur per singulos
dies in ecclesia beati
Pauli apostoli. Statui
enim offerri id est in
prima missa ad cor-
pus oblatam unam. In sec-
unda missa ad scm Timotheum
oblatam unam. In tertia mi-
ssa ad imaginem Salvatoris
qui et apostolorum, oblatā
unam. In quarta missa ad
scm Gregorium ad ianuas
oblatam unam. Deinde in
missa quinta ad altare
maiore oblatas duas: quod
simul fiunt cotidianis di-
ebus oblatas sex; quae
ab ecclesia offerantur in
basilica tua, domine meus
beate Paule apostole. Quē
breves titulum auctorita-
te apostolica omni tempo-
re confirmamus sub
anathematis interdi-
ctu, ut nulli liceat suc-
cessorum nostrorum
minueri predictas obla-
tiones: sed si voluerit ad
laudem et ad honorem eius-
dem beati Pauli apostoli
augeri, augeat. Nos vero
ideo dedimus hoc maiore al-
tare monachi (2) ut hec omnia fiant
omni tempore. (3)

2

Ibidem in pavimento.

+ Agapitus et . .
Henes Prima fi . .
descendes
et in ipso
currente i . .
cuas rebus desu . .
novi esse donata . .
confirmo in ecla beati . . (4)

(1) Margarin. n. 245; Baron. ad an. 604. n. 14; inter epistolas S. Gregorii M. ed. vet. lib. XII. ep. 9. p. 539; Ciampin. A. S. p. 110; Rocca T. II. p. 401; Gallett. T. I. p. 5. — Mr.

(2) Dic *monachis*. — A. M.

(3) Nullam invenio Marinii illustrationem huius inscriptionis, quae soloecismis non caret. — A. M.

(4) Margarin. n. 217. saec. VIII. vel IX. — Mr.

1

Ibidem in columna optimis litteris.

✝ Leo eps servus servorum Dei omnib. xpianis. Notitia contestationis. Quicuq. dona vel oblationes sacratissimi altaris gloriosi Pauli apli totiusq. templi eius ab usu et utilitate hic Do servientium tollere presumpserit aut qui rectore per pecunia vel aliquod malu ingenium in hoc loco contra statuta patru nostrumq. praeceptu ordinaverit; sive qui hereditate huius loci destruendo vendere vel coparare ausus fuerit; omnipotentis Di maledictione in corpore suo suisq. reb. habeat. Quod facere presupsit, evacuetur: infamis sacrilegus ab omnibus habeatur: testimoniu eius in nullo placito recipiatur: quicquid possederit, ad rem publica transferatur: et si non resipuerit, auctoritate caelorum principu in inferno dapnetur. Fiat fiat fiat. (1)

2

Romae in pavimento basilicae S. Mariae maioris effossa an. 1743, cessit marmorario, mox advecta Florentiam apud Rinuccinios.

In hoc tumulo dormiunt Sergia et Bonif*acius* g-
ermani filii Theophilacti vesterarii et Theodor*ae*
vesterarisse, quae vixit mensib. VII. et qui vixit anno I . . *co*-
ncessim. nos Theophilactus vesterarius et Theo*dora*
vesterarissa fundum integrum qui nomi*natur*
nzanus positum territorio nepisino cum *om*-
nibus suis emolumentis in ecclesiae sce D*ei gen*-
itricis virginis Mariae domine nre in u*sum t*-
antumodo mansionariorum pro animab. ser . .
t Bonifatii filiorum nrorum. Siquis vero hoc
novis sup. scriptis ingalib. scae Di genitric*i vi*-
rgini Mariae oblatu subtraere voluerit, vel vo . .
senserit a do patr. et dno IHU XPO perpetuo ana*themate i*-
nnodetur; et ipse fundus sub iuris nri heredum qui . .

(1) Margarin. n. 384; ex eoque Mur. p. 1901. 5. cum adn.; Panvin de VII. U. E. p. 72; Gallett. T. I. p. 17. — Mr.

In alio latere.

D.

Sulpiciae Sergi fil . . .
magistrae matri . .
blato publicae ei sepultur . .
decurionum ob honorem et . .
quod sola novo exemplo hono . . *U-*
lpia M. F. Sabina mater adempt . .
cluso ab eadem republica pi . .
c monumentum a solo cum aedificiis et t . .
circumdatum testamento fieri praec . .
marito suo. Quod ne de nomine excedat su . . *Au-*
reli Erasini generi sui et Aureliorum er . .
nepotum suorum et Sulpici Quint . . . . . *li-*
bertis libertabusque posteris*que eorum.* (1)

I

Tabula II. in porticu S. Mariae in Cosmedin.

✝ Haec tibi preclara vir-
go caelestis regina sca su-
per exaltata et gloriosa do-
mina mea Di genetrix Maria
de tua tibi offero dona ego
humillimus servulus tuus
Eustathius inmeritus dux,
quem tibi deservire et huic
scae tuae diac. dispensato-
rem effici iussisti, tradens
de propriis meis facultati-
bus in usu (sic) stius scae diac. pro
sustentatione XPI pauperum
et omnium hic deservient-
um diaconitarum, ob meorum
veniam delictorum. Haec
inferius adscripta loca id
fund. Pompeianu cum casis et
vineis fundorum Trea Scrofa-
nu et Mercurianu seu campis
cum casis et vin. seu olibetis.

(1) E schedis abbatis Taninii Gallettus de vestarar. p. 45. 46. cui dedit Garampius, non sine varietatibus in secunda inscr. *publice honorem ei.* Gallet. *Eracini.* Vide Cancellarium de secretar. T. I. p. 374. — Mr. Apud quem excidit unus versiculus. — A. M.

fund. antiq. unc. IIII sem. cu casis
et bin. nec non holibetis si-
mul bineas qu sunt in portis
tabulas VI ꝺ ✝ Item ego Ge-
orgius gloriosissimus offero
unc. III. fund. anticu cum casis
et bineis seu olivet. fund. Agellii
in integro cum omnib. ad se pertinenti-
bus. Quod visus sum ego qui supra
offerere una cum germano mio
. . oavi. . .

✝ Et bu · · · nec non · · · et
bineas qui sunt iu Pincis ber-
suras III ꝺ seu alias V. bersuras b-
ubaricas qui sunt in fund Ar · · ·
ani cum casis et bin. simul V
bersuras in ssto fund. quod da-
ta sunt ab eredib. germanae
meae: mola quem data est
ab eredibus Pauli iuxta eadem di
III. uncias : molae qui datae s
bineas tabul. XI. qui sunt in
Ageit: bineas tabul· iis qui su
in Testacio: nec non tabul. XVIII. q
sunt in sco Gordiano: nec non
tabulas II ʠ q sunt in sco e . .
uplum de bero diptic. p
qui pro temp. fuerit faci . .
quodtidiana miss. accipiat a pa-
tre solid. III ꝺ Et si quis pre-
umpser. tam de his locis q-
ae a me offerta sunt et or-
dinata, bel a ceteris xrian.
oblata sunt, bel in posmod.
offerta fuerint, ab usu
et potestate huius sce diac·
alienare, aut monitzionem
exinde cuiquam facere,
sciat se districtus ra-
tziones redditurum
esse eidem Dei genetri-
cis in futuro iudicio. Insup-
er et anathematis binculo
sit innodatus, et a regno Di
alienus, atque cum diabulo
et omnibus impiis aetern-
no incendio deputatus ☧ (1)

1

Treviris in S. Paulini, in lapide pulcherrimo.

Hoc est sanctuarium Deo
dilecti Trevirorum
archiepi Modaldi, cuius
sanctitatem xpo devotus
rex Dagobertus, sicut
in precepto eius de eccle-
sia trevirensi continetur,
verbis magnificavit, et citra
Renum et fluviu Ligerim
rebus magnifice ditavit· (2)

(1) Mur. p. 1867. ex Crescimben. hist. S. Mariae in Cosm. p. 62. 72; Fontanin. disc. p. 23; Gallett. T. I. p. 418. 419. et de primicer. p. 62; Nerinius p. 48; Brut. T. XVII. p. 30. V. Carl. A. A. italic. T. IV. p. 97 —Mr.

(2) Grut. p. 1056. 3. ex Apiano; Brower. annal. trevir. T. I. p. 353; Fleetw. p. 446. — Mr. Grut. et Fleetw. *Modadi*. Sed iidem ridicule *grel* et *grell* pro *citra*. — A. M.

1

Romae in S. Nicolai in carcere, in columna, quae secundo loco se offert intrantibus parte dextra.

+ De donis Di et
sce Di genetrici Marie
sce Anne scs Simeon et sce
Lucie ego Anastasius ma-
ior domu ofero bobis pro nata-
licies bestre binea tabul. VI
QP in portu seu
bobes paria II, iumentas V, pecora
XXX, porci X, furma de rame libras
XXVI, lectu sitratu in utilita-
te pbr seu aleo lecto sitra-
to at mansionariis equi
sequentibus
+ Ic requiescit in ante (1).

2

Romae in porticu S. Mariae in Cosmedin e ruinis dirutae ecclesiae S. Valentini, grandis lapis.

Sume Valentine martir hec dona beate.
Que tibi fert opifex Teubaldus corde benigno.
Hec itaque sunt que tibi beatissime
martir idem Teubaldus concessit, quatinus sint in usu
sacerdotum in perpetuum Do tibique hic servientium.
Id est domus duas solaratas iunctas in vicino tuae ecclae
cella iuxta eande ecclam. Orticellu cu olivis retro ecclam sci
Nicolai. Vinea in Antoniano, missa-
le. I, antifonaria. II, unu diurni aliuq nocturni officii, feriales II,
libru geneseos cu istoriis canonicis, passionarium, dialogu, cum
scintillario, imnaria. II, libru ex moralibus, calice argenteu exaura-
tu cu calamo et sua patena, turibulu argenteu, manuale. I.
Si quis vero beatissime martir ex his que tibi a iamdicto Teubaldo conces-
sa sunt, et vel ab illo aut ab aliis concedentur temerario ausu aliquid
abstulerit, distraxerit, vendiderit, vel fraudaverit, sit sepatus a Deo omiu
que xpianor. consortio; quin et perpetuo percussus anathemate, atque cum
diabolo et omnibus impiis iunctus aeterno incendio exuratur.
Tempore pontificis noni summique Iohannis
Est sacrata die suppremo hec aula novembris
Dum quinta elabentem indictio curreret annum. (2)

(1) Mur. p. 1826. 4, ex Fontanin. disc. p. 25. cum variet.; Turrig. p. 414; Mur. A. m. a T. II. p. 1011. *Lectus stratus* apud S. Greg. M. lib. XII. ep. 211. *Lecti strati* meminit regula S. Bernardi cap. 53. — Mr. Perperam Fontanin. et Mur. *tabulum* pro *tabul. VI.* Moxque Mur. *PP*; at Font. *RP.* Item uterque *iumenta su* pro *iumentas V.* Sed prae ceteris aberrat Turrigius, apud quem tamen est ultimus versiculus, qui deest apud Font. et Mur. — A. M.

(2) Mur. p. 1946. 1. ex Crescimben. p. 92; Blanchin. praef. ad Anast. T. I. n. 49; Turrig. p. 320; Mur. T. III. A. M. A. p. 839; Brut. T. XVII. p. 29. 1; Gallett. T. I. p. 420. — Mr.

I

Ibidem grandis tabula. (1)

✝ Ego Romanus pbr divinae dispensationis gratia scissimi confessoris xpi Nicolai aecclae, quae in carcere dicitur, procurator vel rector decerno et firmiter statuo ut quecumq. bona tam ex parentibus et affinibus meis qua ex multis amicis divine bonitatis largitione acquisivi, et hactenus possidere videor, praedicta scissimi patris Nicolai aeccla pro salute animae meae post obitu meu perpetuo iure possideat, hec scilicet: aquimolum unum, unam pedicam de terra quam campsi cum monasterio sce Mariae in Aventino: aliam pedicam quam emi ab Albertucio cum vineis: item pedicam quam emi a Crescentio filio Benonis de Sergio. Similiter terram quam emi simul cu pantano a Rustico filio Iohis Hirsuti, et terra quam emi a Georgio fratre predicti Rustici. Item duas pedicas quas campsi cu aeccla sce Mariae in campo martio. Terrae quidem iste omnes sunt in Mustaciano. Item in Casaferrata terra quam cum vineis suis emi a Stephano de Paulo, et terra quam acquisivi a Buccone cum orto. In territorio vero Albanensi ad cantarum quatuor petias vinearum. Similiter III domus, unam quam emi ab Eudo, aliam in qua modo habito, aliam quae intra se puteum continet. Item unus pluvialis, unu optimu atq. integru paratu, dalmatica I, tunica I, tres albe, cum tribus stolis et manipulis et amictibus atq. cingulis. Ite V libri de pentateuco, moralia Iob, Beda super psalterium, liber prophetarum, liber sermonum I, liber concordiae, liber manualis I, calix argenteus cum patina, crucem argenteam I, unum integrum paratum minoris pretii. Ex

(1) Crescimb. hist. S. Nic. in carc. p. 246; Gallett. T. I. p. 421.; Turrig. p. 322; Ugon. stat. p. 266. — Mr.

his autem bonis quaecumq. meo studio vel labore vel quolibet modo prefate aecclae sua bonitate largitus est Ds mei temporis regimine, fideliter ac devotissime omnia ista que subscribuntur praeparare studui. In Mustaciano pedica I de terra. In Casaferrata XI orti cum IIII petiis vinearu. Item ad S. Mariam, que appellatur in Parvi, VII petiae vinearum. Et in Albanensi territorio ad cantarum IIII petie vinearum, una domus que fuit Iohis de Griso. Item alia domus que est sub domo Theophilacti Manducafarina. Similiter alia domus que fuit Eudonis. Item textus evangeliorum cum tabulis deauratis, I. crux, et I. calix argenteus, et II. turibula, et dorsale I. C. solidorum, et II casselle argentee, et II parata integra, unius aquimoli medietas in insula; in macello argasteria IIII. Quicumq. igitur scorum canonum trangressor vel violator et sce religionis inimicus tremdum Dei iudicium non pertimescens, aliquid ex supradictis bonis a sci Nicolai aeccla quolibet modo alienare praesumpserit, excepta pauperu causa tempore famis, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum principum Petri et Pauli et beatissimi Nicolai, cuius res agitur, et omnium scorum, nec non dni UR. PP atq. omnium romanorum pontificu iudicio, una cum catholicis omnibus, quorum consilio et auxilio anathema hoc conposuimus non solum a corporis et sanguinis Domini perceptione eum separamus, sed etiam a sce aecclae liminibus in praesenti et in futuro excludimus et a totius xpianitatis societate eum sequestramus, perpetue quoque maledictionis anathemate illum constringentes, cu diabolo et angelis eius omnibusq. reprobis in aeterno supplicio condemnamus, nisi resipuerit et per condigna emendationem aeccle satis fecerit. Fiat, fiat, fiat. Amen.

1

Romae in SS. Michaëlis et Magni.

✠ In nomine Domini. Tempore Leonis IIII. imperante Carulo magno imperatore eo tempore, quo Petri basilica a Saracenis capta fuerat, tunc
denique pro totius mundi capite turbato totus mundus turbatur, omnis Gallia cum rege Carulo ad tuendum illam venerunt: unde contra inimicos domini bella
Domini decertando quidam mortui sunt, et in cripta iuxta Neronis palatium sepulti. Eodemque tempore a Leone papa et rege Carulo ad honorem Michaëlis archangeli super illos facta
est ecclesia. His ita peractis rex Apuliam adiit eamquė sancto Petro et Romae subiugavit. Per idem tempus exercitus in Galliam revertens, tres illorum milites de Frisia,
Ilderado de Groninga, et Leemoth de Stavera, et Hiaro, et Celdui ancilla Dei de Slinga: hi beati Magni corpus in loco
qui dicitur Fundi invenerunt: quo invento, in illorum provinciam portare, et condere decreverunt; sed divina gratia cooperante, postquam ad Sutrinas partes ventum esset, amplius
deferre non prevaluere; qui bis et ter territi et per somnium moniti, Romam revertentes, sanctum corpus secum tulerunt. Unde factum est quod illorum devo-
tionis causa partem brachii a se segregari ab illis permisit; partes autem ceterae in cripta praedicta remansere; super quam, sicuti dictum est,
ecclesia iam fuerat facta. Deinde omni anno simul beneficium optimum dare ibi decreverunt, scilicet trecentas marchas
argenti pro illorum, et ubique requiescentium redemptione, et im (sic) perpetuum, seu divites seu pauperes, in eadē supra-
dicta Archangeli basilica et beati Magni ecclesia iuxta eam ab eisdem constituta, hospitalia, quando a suis
partibus venirent, agerent. Idcirco nostrorum aliorumque omnibus pateat, si ipsi vel quicumque hoc decretum rumpere temptaverint,
sciant se perpetuo dampnatos et maledictos, et praedicti pontificis anathomatis vinculis in inferno, nisi
resipuerint, cum diabolo colligatos; in hac autem vita miseros, pauperes, et dispersos, et iterum de libro vitae caelestis deletos,
et de regno Christi deiectos. Confirmantibus fautoribus huius decreti. Et gratia sit benedicti Christi, et fruantur utriusque vitae gaudiis. Am. (1)

(1) Ughell. T. VII. p. 891; Severan. de VII. U. E. p. 296; Baron. in not. ad martyr. ad diem 8. aug.; Bolland. T. VIII. sept. p. 69. seqq. T. VII. iun. p. 41. 2. 3. T. III. aug. p. 710.; Gallett. T. I. p. 27; Oldoin. ad Ciacc. T. I. p. 574; Bullar. vat. T. I. p. 24; Turrig. p. 487. — Mr. Sed enim in dubium revocatur monumentum hoc apud Marinium in schedis, citata Ciampinii ms. adnotatione. — A. M.

I

Romae in basilica S. Mariae maioris.

Noto rogatarioq. meo scribendam dictavi cuiq. subter manu propria litteris grecis subscripsi et testib. a me rogitis optuli subscribendam; allegandi etiam gestis quib. placuerit et tempore quo volueritis, si necessum, non spectata denuo mea professione, ex more concedo licentiam de qùare quibus q. omnib. sstis stipulatione et sponsionem sollemniter interposita. Act. Rom. imp. die cons. et indict. ssta ƍ
+ Fl. Xanthippi filia qd Megisti imperialis a secretis huic chartul. usufructuarie donationis de ssta massa qa pagani cense in integro cum fundis et casalibus suis, idest F. Arturianus, F. Garganus, F. Mattianus, F. Viarus, F. Criscianus, F. Turita, F. Solinianus, F. Casa Porcinari, F. Calvisianus, F. Rubianu, F. Sipicianus, F. Bubianus unc. sex, F. Ucupia, F. Casa Viti, F. Eruttianus, F. Ferratulas, F. Casulari, F. Calgianus unc. quattuor, F. Pistore, F. Petrociana, F. Casa Basili, F. Optavianus, F. Arbuscianus, F. Gurgus, F. Casa Gini, F. Turanus, F. Rubianus, F. Felianus, F. Manilius, F. Oclata, F. Cottianus unc. sex, F. Filipianus, F. Orcianus, F. Triscasas et ortu vineatu intro civit. Signina; nec non et F. Candicianu in integro et omnibus ad eis generaliter pertinentibus. Fact. a me in omnes mansionarios essentibus et introeuntibus perenniter basilicae scae Dei genetricis Mariae qa ad presepe pro oblatione animae nostrae sicut superius legitur ad omnia ssta relegens consensi et subscripsi et testes qui subscribent rogavi ƍ + Fl. Anastasius tribb. sci Petri ƍ + Theodatus adorator numeri Theodosiac. ȯ + Ego Georgius opt. num. mil. Sermisiani ȯ Fl. Epiphanius aurifex ȯ + Theodorus acol. scae rom. eccl. huic chartul. usufructuarie donationis de ssta massa qa Paganicense cum fundis et casalibus suis in integro, nec non et fund. qa Candiiani in integro, omnibusq. ad eis generaliter pertinentib., excepto mancipiis et mobilibus rebus seseq.mobentib. Fact. a Xanthippi GLF. in omnes mansionarios essentibus introeuntibus perenniter basilicae scae

Dei genetricis qa ad presepem sicut superius legitur rogitis a ssta donatrice qnp. scripsimus ipsa presente testes subscripsimus et hanc donationis chartulam in presenti traditam vidimus &

+ Ego Theodorus UH tabell. urb. Rom. scriptor huius chartul. usufructuariae donationis post testium subscriptones et traditione facta complevi et absolvi.

+ Temporibus domini nri sanctissimi Gregorii quarti papae ex rogatu Radonis not. reg. scae rom. eccl. Hoc ex authenticis scriptis relevatum pro cautela et firmitate temporum futurorum his marmoribus exaratum est. (1)

1

Romae in hypogeo ecclesiae S. Sabae in magna et longa tabula, cuius tamen quatuor lineae tantum scriptae olim fuerunt.

+ Gregorius eps servus servorum Dei dilecto filio nro Eugenio a nobis consecrato egumeno in subscripto loco qui nominatur cella Muroniana supra portam beati Pauli apli ubi est aeccla recondita ad honorem imaginis dni Di.

2

Romae in S. Barbarae.

+ In nomine dni nri ihu xpi. Ille praesidet bene reb. in saeculo qui sibi de caducis conparat praemia sempiterna, et de rebus transitoriis mercatur caelestia. Proinde ego Iohs de Crescentio de Roizo cum coniuge mea Rogata pro redemptione animae nrae et parentu omnium nostrorum renuntiamus et emittimus eccla beate Barbare virginis tibi dno ihu xpo cum omnia sua pertinentia et nulla condi-

(1) Marin papyr. p. 141 cuius vide adnot. p. 299. Ipse Marinius collocat hoc monumentum circa medium saeculum sextum.

cione nec ad nullum hominem concebimus
aliqua potestate nec iure in nulla
ecclam. Si qui contra hanc refutationem
quam sponte fecimus causare voluerit,
anathema sit, et abead (sic) parte cu
Iuda traditore et os qui in nece Dni
conspiraverunt, usque dum emenda-
verit· Fiat, fiat. Agathe. (1)

1

Romae in S. Mariae transtiberinae in summitate arae principis in tabula marm.

Digna licet nequeam offerre praemia donis
famulis sed propria vota quaeso domina libens
suscipe ut fundi Puliani omnem portionem
mihi generaliter pertinentem cum vinei-
s et terris erga seriem documentorum
eius Veliterno siti terr*it*-
orio, miliari XXV. Domus haec sancte et *sem*-
per virginis et Dei genetricis *Ma*-
riae quae Calisti vocatur· Haec te
hereditate possideat quam quis-
quis ex eius conditione pri . . .
liquo modo ipsam inven . . .
nis tempore ultricem sit . . .
rariam ✝ Γenerto (2)
Mexuisnave Τpemma

2

Romae in S. Clementis reperta tabula an. 1725. apposita arae aversa facie.

✝ Hisraeliticus Deo offerebat populus ruri ꝺ
alius quidem aurum, alius namque argentum ꝺ
quidam quoque aes, quidam vero pilos caprarum ꝺ

(1) Gallett. primicer. p. 331. — Mr.

(2) E schedis abb. Terribilinii. — Mr. Ego heic lego graece γινέσθω *fiat*. Infra autem latine *me exuis nave*? denique graece θρέμμα? — A. M.

Infelix autem ego Gregorius primus pbr almae ꝺ
sedis apostolice huiusque tituli gerens ꝺ
curam, ac beati suppremus cliens Clementis .
offero de tuis haec tibi XPE. thesauris ꝺ
temporibus sciss. Zacchariae presulis summi ꝺ
per martyrem et scm parva munuscula tuum ꝺ
Clementem, cuius meritis merear delictis carere ꝺ
atque ad beatam aeternam ingredi vitam ꝺ
Aisti, quantum habes, regnum valet caelorum ꝺ
Suscipe hos Dne velut minuta viduae queso ꝺ
veteris novique testamentorum deniq. libros ꝺ
octateuchum, regum, psalterium, ac profetarum ꝺ
Salomonem, Esdram, storiarum ilico plenos ꝺ
Require syllabarum lector sequentiam harum ꝺ

1

Romae in S. Gregorii ad clivum Scauri.

. . . .

suavitate perpetui regni terroreq. aeter-
ni supplicii pensans. Unde ego servorum
Di servulus offero vobis bea-
to (*sic*) Andrea apostole beateque Gregori parvum munusculum, quod
flagitamus Dei clementia vestraq. opitula-
tio ut in vestro cenobio dignemini defensa-
re, videlicet calicem et patenam cum gemmis
deauratis, aliu cero unius libre, et patenam
dimidie, liber antiphonariis diurnis et noc-
turnis horis separatis voluminibus, misseque
paratu cu planeta de paleo, et liber
comite . . . ita vo si abbas vel
mane in huius . . . (1)

(1) E schedis barberinianis Suaresii. De libro *comite* videsis Cangium voc. *comes*, et Mabill. annal. lib. XXVI. n. 61. Gallettius inscr. rom. T. III. p. 507. dicit extare bumi apud S. Gregorium, sed ipse edidit imperfectiorem. — Mr. et A. M.

I

Romae in S. Susannae fragmenta sex ingentis tabulae marmoreae, cuius particula nunc est in xystis vaticanis. (1)

✝ Dilectissimo filio Iohanni per . . . .
.. virginis et martyris XPI Susannae, et per eum eidem vene . .
.. Sergius (2) episc. servus servorum Di dum apostolicis pontific*ibus*.
.. providentiae suae dignatione dns noster IHS XPS eccles su*ae* . .
.. t ecclesiasticarum rerum dispensationem commiserit pr . . .
.. ate qui vicem apostolorum principis gerit libratione per . . .
.. est ut peraequari debeant ecclesiarum subiacentium q . . .
.. gentiam sustinenti succurri quatenus non altera la*boret* . . .
. . ae quocirca considera . . .
. . martyris XPI Susannae qu . . .
. . tuta est ad luminaria ve . . .
. . aestus nec ulla in eode . . .
. . qui pro tempore consti . . .
. . ius inveniat aequum es . . .
. . is eiusdem ecclae emolum*entis* . .
. . *mi*sericors Ds noster inter*cessione*
. . scae virginis et martu*ris* . . .
ad apostolicum culmen non pro meritis . . .
. . humanitatis suae gratu . . .
. . meam praedestinaverit . . .
. . . .
. . tem solidos tres fundo . .
. . via numentana fun . . .
. . fundu Caesarianu posi tu
*in territo*rio Nepesino omnes ssto*s*
*f*undos in i*nt*egro. Item de p*atrimonio* Appiae fundu Casulam *cum* vineis et om*nib*. ad eu pertinentib. positu in clivo Aricino ex *co*rpore mass*ae* Ocranae, et de fundo Curtiano uncias III cu *ca*sis et vinei*s* p*osit*. ssta bia sub campo barbarico pariter et i . . et alias in *u*ncias fundi Capitonis cu casis et vineis servo . . . *terri*torio sca*e* Faustinae posito via Latina miliar. pl. m. XII. iux*t*-

(1) Edidit Marinius papyr. p. 215. 216, cuius videsis adnotationes.

(2) Secundum vel tertium Sergium intelligit Marinius.

a massa *Ma*rulis. Item ex patrimonio urbano intra hanc ur*bem* Romam do*mum* et hortu q apo dd Catelli Siricarii, in qua mansit N*abi*-ra vidua pos*it*u regione quarta praestantem solidu unu tr*an*-s confirm*an*tes et donatione quam Petrus subdiac. scae ni . . ecclae in ea*d*em eccla scae martyris Susannae visus est op*tu*-lisse de por*ti*one domus iuris sui cu horto vineato posit*o in r*-egione qu*a*rta praestantem solidu unum. Item in regione q . . ta domu e*t* hortu Cata qd Anniboniu, in qua mansit Cur*ti*-us macell*a*rius praestantem solidu unum trians (1) hort*um* vineatu *iu*xta scam Susannam *quem* tenet Curiacu . . *di*aconat*us* praestantem sedeci *auri siliqu*as. Haec au*tem* quae in ead*em* e*c*cla ex donis Iuuctoris (sic) nr . . . aet . . *pr*-ovidentia pbr pro tempore a nobis vel *a successoribus nostris deput*-atus ibide fu*erit* dispensanda stabimus (2) ....
cenda nullo *mod*o dedero scae nrae ecclae . . .
um disposi*ti*one de eisde locis efficere . .
nri praecept*i au*ctoritate de brevib. ecclae . .
ctasis et pro *o*blatione ac lum*i*nariis eiusdem mart-yris Susannae memoria concessa . . *i*-bide ex largi*tat*e atq. instinct. . . . . . .
contulimus , inde praesupse . .
rit se inventu . . di iudicio eide XPI . .
gori propt*ere*a comonemus iu . .
. . . . . erint constitut . .
*nutri*toris nri princi*pis apostol* . . .

1

Sublaci prope maiorem ianuam ecclesiae S. Scholasticae.

✝ In nomine dni nri IHU
XPI anno IIII. pontificatus
domni Leonis noni pape
Humbertus venerabilis ab-
bas edificavit hoc opus
egregie turris ad onorem
XPI confessoris Benedicti eiusq.
sororis sanctae Scolastice
virg. ubi breviter annotavit
ea que continentur in preceptis
huius vener. monasterii.
In primis specum, II. lacus,
fluminis decursum , cum
molis et piscariis suis, Gennam

(1) Corrigo *trans.* — A. M.

(2) Malo *stabilimus.* — A. M.

Puceium, Opinianum, Augustam, Cervariam, Maranum, Anticulum, Ruvianum, Arsulam, Auriculam, Carsolum, Cantoranum, Roccaconoclam, Trelanum, Cerretum, Roccasarram, Geniscum, Sabuculum, Bicilianum, massam S. Valerii, Roccam de ilice, Roccam Iuvencianum, Apollonium, Collenaium. (1)

1

Ravennae in S. Apollinaris in Classe.

In N. patris et filii et sps scti. Imp. piissimis DD NN Leone et Constantino a Deo coronat. pacific. magnis impb. Leone
quidem clementiss. imp. anno XV. Constantino vero a Deo coronato imp.
anno XI. guvernantem (sic) Italia dn Eutychio excell. patricio
et exarch. IIII kal. februarias ind. XIIII. Hic titulus monstrat opus
laudabile factum, quod pio consilio concepit mente psul
Iohannes almus pontifex iunior in nomiue quintus, qui cura pervigili aeterni praemia regni fidus ut possideat, aegenorum agmina
praecantur liminibus sacris hoc sibi monumentum locavit Apollenari sco
commendans pulverea membra quae surrectura credit
carnis resumpto vigore. Contulit et donum quod servis Dni prosit
qui laudes adsiduas martyri sc libant. Fundum Gammillaria casalibus
undique vallatum cum suis terminibus sicut textus donationis designat
aptum servis Dni ravennati terr. situm fertilem fecundum ignis
ad usum lignamen. et suest (sic) quod pabulent silvarum glandifera
poma dans scae eccl. commutata ad invicem loca fundum Tregintula
Faventin. terr. constituto atque fundum Pitulis Cornil. terre reiacentem. Simulque argenti quaterdena pundera mundum, quod sibi legitime
genitorum contulit iura, quod sit inlivatum nec revocetur unquam,
quod uhic (sic) collegio monachorum stipendiis ad vicem cessit, ex cuius
redditibus praeparentur affaviles dapes. Hisque ius nomini annuae coluerint diem quo iussu dominantis migraverit
ad caelestia regna. Hoc quoram concilio statuit atque firmavit, ut si quis
successor sedis ecclesieque actor vel abba
praepositus huius veneravilis templi praenominat. fundum. Gammillaria
ex partem (sic) vel totum per quovis ingenio ab (sic) usum servorum Dni
hic deservientium alienare praesumserit vel commutare aut

(1) Tradidit Marinio Gallettius.

sic
per enfyteuseos chartula largire , aeternam condemationem
sustineat cum traditore Iuda. Et his qui petierit et qui largire temtaverit, constrictus
anathematis vincùls sanctorum trecentorum decem et octo patrum ✝ (1)

I

Olim in porticu monasterii S. Anastasii ad aquas Salvias. (2)

In noie dni dei salvatori nri Iesu xpi
Leo servus servorum Dei et . .
Carolus imperator augustus nullo
. . . contradicente set propria . .
sua voluntate . . . bus tradidit . . . tibi . .
existenti ex affectu in perpetuum donat tibi . .
sancte Christi pater an . . . int per te tuoque monast-
erio quod est positum ad aquam Salviam supradictam et
. . . utilitate vadat ab hominibus. At si don . .
. . totum quod inter foenilia et inter portum
et montem totum ducentem . . . . cum . . .
meram . . . miliaria centum et miliaria . . . vocatur
Masianus . . . vocatur Argentarius
. . . tale . . . habentur miliaria
montem . . . . elegum quod est infra civitatem
. . . vocatur Gilium , et quae sunt inter . . .
. . . vocatur Orbitellum cum suis . . .
. . . ex illa . . . suis . . .
volenti di . . .
eius interponere . . .
. . . matis de sub . . .
*Ian*nuti desunt tibi et
nuncupatur Alvegio . . .
cinit sibi et . . .
nunc . . .
propriis vocibus et . .
ut exin faciat quodcunque . . .

(1) Blanchin. praef. ad Anast. T. I. n. 51; Annal. camald. T. I. p. 16; Rubeus T. I. p. 219. 220; Amades. T. I. p. 198; Agnell. p. 271; Mittarell. rer. Favent. p. 391. Spret. T. I. p. 293. — Nemo Blanchinii certe recitationi credat, quae plurimis mendis scatet; id quod in aliis quoque apud blanchinianam praefationem monumentis saepe legens dolui. — A. M.

donatur in perpetuum . . .
cae et ad vestram voluntatem omni in tempore; et nullus alius nisi solus summus pontifex in sui . . . .
construere, videlicet aedificare, nisi per voluntatem abbatis sancti Anastasii consentientis
. . . quod volueritis episcopum tam catholicum quam dni N. I. C. indignum servulu missione nobis videre fecerunt
ut victoriam et nos ita talia fecimus nra auxiliante Domino et iste . . .
. . . . f . . . uso . . . secum possideri qui . . . .
. . . supra multa te constituam, intra in gaudium Dni promissoris tui, dum confidit
. . . voluerit non valeat ut ex . . . . tuerit
. . L. libras auri purissimi. Actum est hoc et tractatum anno dominicae incarnationis . . .
+ Ego Leo episcopus romanae ecclesiae subscribo + Ego Carolus imperator augustus subscribo + Robertus aquisgran. subscribo + Hugo dux aquitan. subscribo + (1)

1

Viterbii prope ianuam nosocomii sutorum intrantibus parte sinistra.

Ego Vuido et diletta
uxore mea pro redentione
anime nostrumque parentorum
omniumque fidelium dono hanc
domum in ospitium peregrinorum cum omni possessione
sua servis servorum Dei
usque in perpetuum sine ulla
condicione. Nullus episcopus vel
abbas vel aliquis homo hic potestatem aliquid auferendi vel ordinandi habeat, sine cum consilio
omnium clericorum et laicorum
maior et minor ipsius civitatis. Si quis aliter facere
voluerit, maledicatur ex parte
omnipotentis Dei et beate Marie
semper virginis sanctor. angelor.
apostolorum et omnium sanctor.
condepnetur cum Iuda, Pilato, Anna, Caifa, Datan, Abiron, Erode,
omnibusque qui dixerunt domino
Deo recede a nobis. Fiat, fiat.
Similiter hoc precipimus
possidentibus hanc domum
. . . posse colere . . . sancte Marie
virginis sancti Iohannis ev. (2)

(1) Ughellius T. I. p. 50. praelongum diploma recitat, quod spurium recte iudicant Muratorius A. m. ae. T. III. p. 10, et Maronius in episcop. ostiens. p. 15. Fraudem non sensit Ughellius, neque interpolatam auctamque scripturam hanc agnovit ex hoc genuino fortasse fragmento, quod exscripsit olim Turrigius p. 239. — Mr. et A. M.

(2) Butius p. 70.

1

Mediolani in coenobio S. Ambrosii.

✝ In nomine sanctae Trinitatis ego Petrus presbiter et cimiliarca sancti Laurenti, una cum patre meo Iohanne, volo et indico seu per iudicatum inviolabiliter confirmo, ut petia illa de terra, quae est extra portam ticinensem iuxta Neronem, quae est per mensuram sex perticas, post meum et patris decessum, deveniat proprietario iure in manus et potestatem sancti Ambrosii, eo tamen ordine ut sacrista et camerarius, qui pro tempore fuerit, de censu et reditu, quae inde annue exierint, emant camisia et femoraria fratrum, et nihil aliud inde fiat. Et si quaelibet persona aliud inde fecerit, redeat in potestatem parentum, donec unus eorum cum praedictis fratribus, ad remedium et vitae aeternae praemium, id adimpleverit. Amen. (1)

2

Apud sanctam Agatham, vulgo Santia, *qui pagus est dioeceseos Vercellensis, in lapide quadrato ecclesiae S. Stephani.*

. . . .
iam Aesculapio sacrum
et D. Stephano Limenius
ep. pientissimus cum consueta annona confirmavit. (2)

3

Tibure in S. Laurentii, in qua ecclesia tribus in arculis coluntur ossa SS. virginum Romulae, Redemptae, et Erundae. (3)

✝ Adtendite lumen cuncti qui cernitis hanc Fulbi (4) domum quam sarcire curavit egreg. P. magister militum cultor ecclesiarum et largitor pauperum. Eo magis scaevum (5) tempus transierat quod huius vetusta fabrica casu ruitura multis esse videbatur: nunc ea facit vigil P. cum hac natos suos, pro redimendis facinoribus

(1) Iulinus T. I. p. 83. — Mr.

(2) Durand. de antiq. condit. agri Vercell. p. 89. Limenius autem episcopatum gessit saeculo IV. — Mr.

(3) Crochiant. eccl. tiburt. p. 246; Blanchin. praef. ad Anast. T. I. n. 50 In codice barberinio 2975, quo antiquitates tiburtinae continentur, multus sermo est de hac inscriptione, sanctisque feminis in ea memoratis. — Mr. Sed variat, more suo, Blanchinius. — A. M.

(4) Blanch. *fulli*. — A. M.

(5) Blanch. *saevum*. — A. M.

suis, seu et pro anima coniugis suae Agathae, sacaciter ampliavit a solo usque ad summum, et picturis bariis decoravit. Itaque obnixe quaeso, o Christe, et genitrix virgo, simulque beate Paule vas electionis, sociique tui Romula, Redempta, Erundoque, quarum corpora recondere in tribus sacris altaribus studui, ut suscipere dignemini hoc exiguum munus, quod ad utilitatem templi exhibuit, id est patenam, calicem, cortinas, candelabra, thuribulum (1), canthara ex argento, canistrum ex aere, vestes, cortinas, codices, imagines, tribus cum signaculis ad resonandum laudem Dei, quae super camera istius templi statuere feci. Casas vero fundum Valvianum, simulque vineam in Laureto et silva, et in Barvatiana petia de terra, et clausuram pergulasque unam, et in prata pratum. Si quis de his donis, quae ego offerre curavi, aliquid suptrahere presumpserit, sive episcopus sive magna parvaque persona, heredes meos in sua teneat potestate. Nunc autem qui aliquid temerari eorum praestiterit, sit illi alienum regnum Dei, et a trecentorum decem VIII. patrum sententia seu decreto (2) anathematis vinculo subiaceat, et cum Iuda traditore Domini partem omnem (3) habeat. Felices qui hic ingressuri estis, pro me, quaeso orate: et gaudere temporibus multis donet dominus, ut hic celere mente deprecari eum valeatis. Amen. Factum temporibus dom. Gregor. IIII. PP. ROMA per indictio III.

1

Fragmentum tabulae Volceiae in Lucanis nuper repertum, ubi inserebatur muro arcis quae dicitur lo vallo.

. . sacro dd. nn. Constantini maximi venerandissimorumque Caesarum vulceianae civitatis Acilio Severo et Vettio Rufino cons. Peturci . . .

(1) Blanch. *thuribolum*. — A. M.

(2) Verba *sententia seu decreto* perperam desunt in scheda Marinii. — A. M.

(3) *Omnem* deest apud Blanch. — A. M.

. . Paco ... ana . M. D. CCCCXCI.	F. Ferocianus. M. XII.
. . XL. F. Macerianus. M. LVI.	F. Castra . . . M. XXIIII.
. . X. F. Marcellianus. M. LVI.	F. Fornianus. M. XXVI.
. . X. F. Micerianus. M. XV.	F. Modianus. M. XVIII.
. . VI. F. Casinianus. M. X.	K. Corviana. M. XII.
. . VIII. K. Oppiana. M. XI.	F. Pecuriaria. C. Per. XXVIII.
. . XV. K. Postumia. M. I. . .	F. Clodianus. M. XXVI.
. . LXX. lug. quinquaginta. M. III.	F. Spetianus. M. XI.
. . XVIII. Paco. Forensi. M. D. CCCVIII.	F. Venerianus. M. XXIIII.
	F. Auricius. M. XXVIII.
. . XI. F. Publicianus. P. M. XI.	F. Campus. Nar. XXXX . . .
. . XVI. F. Pescenianus. P. M. XIII.	F. Ciceralis. M. XXX . . .
. . IIII. F. Pupianus. P. M. VIII.	Paco. Aporiana . . .
. . VI. F. Agellus. M. VIIII.	F. Muscinianus. M. . .
K. Velliana . . . M. XVIII.	F. Luporianus. M. . .
F. Fuficianus. C. Sal.	F. Ceronianus. M. . .
F. Curianus. M. XVIIII.	F. Oppianus. M. . .
F. Furianus. M. XL.	Paco Trasim . . M. D. C. . .
F. Agellus. P. M. X.	K. Cedriana. M. X. . .
F. Agellus. inf. nob. M. X.	F. Cesinianus. M. X . .
F. Mecianus. M. XVI.	F. Vivianus. M. X . .
F. P . . . nianus . . . XLVII.	Fab. Augustaliana. M. X . .
Paco. Narano. M. ∞ CLXXXIII.	F. Visciieianus M. LX.
. . . . . . an	F. Paterianus M. XX . .
Pr. Sicinianus. C. P. M. CXX.	F. Vene . . nus M. X . .
F. Visupianus. M. XX.	F. Caecin . . M. X . .
F. V . . . . us . . . . XXIII.	F. . . citus. M. X . .
F. F . . . vanus. M. XLV.	F. . . Ulpi . . (1)

1

In porticu cathedralis civitatis Castellanae. (2)

+ Beata Di genetrix semper virgo Maria
de tua tivi dona Leo indignus epc. te

(1) Gruter. p. 209. 2. ad quem misit Ursinius ex apographo Gutenstenii. In cod. vat. 5253. p. 598. habentur aliquot variae lectiones — Mr.

(2) Maffeius M. V. p. 359; Fontanin. disc. p. 33. — Mr.

largiente reparavit. Et si quis ex successo-
rib. nostris qui pos (sic) nos benturi sunt epcopi, et
ex ea quod hic scripta sunt alienare voluerit, anatema
sit. Et de tribunib. vel comitib. clero aut populo
qui consenserit, anatema (1) sit. A. DCCCLXXI
Fund. Cassianum in integrum.
Fund. Statilianum in integrum.
Fund. Macclinione ut sit semp. in scm Gratiliam.
Clusura Pomata in Tampiana sub balneum,
cum mola et ortum qp. ad funtes omnia in integr.
Olivitu in fund. Agellu. Nucito (2) qp. in Falari
Fund. Terrani uncias (3) octo.
Fund. Tibilianu unc. octo. Fund. Marta unc. octo.
Fund. Agellu in integr. Fund. Mitilianu in integr.
Domucella qp ante scm Clemente cum ortua sua, et domu-
cella cum ortua et curte ubi manet Alaricus prb. ut sit semp.
ambas de mansionarii. Fund Bassani unc. III.

I

Mediolani in basilica S. Simpliciani.

✝ In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Guilitionus de loco Summa, iudico ut ecclesia quam ego noviter aedificavi super meam proprietatem in honore sanctae Fidei in ipso loco Summa, ubi dicitur Brecallo, una cum castro et turre et solariis et salis et cassina, cum areis earum seu curte, cum omnibus aliis rebus in ipso loco Summa, vel in aliis locis reiacentibus, cum piscaria una in Ticino ad Pedrinam, quis iudicatis habeo vel quis iudicavero praedictae ecclesiae sanctae Fidei sicut legitur in cartis iudicati mei praesenti die ipsa ecclesia cum praenotatis omnibus rebus deveniat in pote-
state et regimine seu ordinatione monasterii sancti Simpliciani fundati foris prope civitatem Mediolani, ita ut duo monachi habitent in ipsa ecclesia, et de ipsis rebus vivant cottidie, pro remedio animae meae. Et hoc iudico ut nullus archiepiscopus vel abbas aut ulla perso-

(1) Ita scheda Marin. At Font. et Maff. *anath.* — A. M.

(2) Ita scheda Marin. At Font. et Maff. *Nucitu.* — A. M.

(3) Scheda Marinii mendose *uncius.*

na non habeat potestatem de ipsis rebus invasionem facere: et si fierit, irrita sit et res aliena, et in parentum meorum perman eat potestate, quamdiu ipsa invasio destructa fuerit. Et qui hanc ordinationem fregerit, anathema sit, et cum Iuda traditore damnatus sit. (1)

1

In agro Praenestino, in fundo le Quadrelle, *effossus lapis utrimque litteratus.*

In uno latere.

. . quod dedicaver. in honr
. . de tern unc. ff. dd. cori
. . II. dess unc.
. . que una cum casa
. . . .
. . . .
. . m quod
. . man for. c
. . erevei comtaru
. . cida su DIII ka

In altero latere.

C. Flavius C. F. fi . .
faciendam . .
scriberetur . .
. . . . .
M. fecit HS ccIↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ . . .
us duomviri
barunt (2).

2

In ecclesia cathedralis Anagniae.

. . . . po
. . . . le
. . . Di genitrix Maria qui dignasti abere ta-
. . . maldu eps parba parabimus intra vre ecclesia
cum . . . olibaru cot nos plantabimus seu me do . . . .
taeum qui N. VI. kasalis positi sunt quos DN. Leo PP. intra . . . am
abit et nos det . . . tibi donis cumparabimus domina mea
uncias II. et in fund. orti diaconorum uncias duas cum lasa
suas seu mediu fund. Pelegrini uncias II.
. . . . vinea in ipso fund. quod Eubarbarika cum
. . . dicitur at balneu seu met. vinea qui es Suico ge-
. . . in fund. Quoriiano quantum Odo ibi tenere dibetur
. . . . iussione dni N. apostolici. Recolissim fund. Macerata in

(1) Iulinus T. I. p. 418. — Mr.

(2) Cecconius hist. Praenest. p. 81. — Mr.

. . . do Sinprinianum uncias nobe, ed in fund. Ilariano unciam
. . . ani uncia III de fund. Balnearea uncias sex seu met. fund.
integro cum casis et bineis silbis terris et in ipso kasali
. . . scta Di genetrix . . . . et binea. (1)

1

Parisiis in S. Germani ad prata lapis quadratus, in quo crucis figura pingitur cum veteri in gyrum inscriptione saec. VIII. sculpta, litteris inter se intextis, maioribus permixtis cum minoribus, ut aliae aliis inclusae minus spatium occuparent.

Hic pauzante sco Germano die translationiz
dedit ei rex Pipinus fiscum palatioli cum appenditiis
zuis omnibus. (2)

2

Romae in monasterio S. Erasmi.

✝ ΥΠΟ ΘΕΩΔΟCΙΟΥ ΕΛΑΧΙCΤΟΥ ΠΡΕC-
ΒΥΤΕΡΟΥ ΕΓΡΑΦΗCΑΝ ΤΑ ΩΝΟΜΑΤΑ ΤΟΝ (sic) ΩΝΙΑΚΟΝ ΠΡΟ-
ΑCΤΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΙ (sic) ΕΝΔΟΞΟΥ (sic) ΕΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟ (sic) ΕΡΑC-
ΜΟΥ : ΚΟΡΝΙΦΚΙC ΚΑΜΠΙ (sic) : CΒΙΛΛΙΚΙC ΩΠΙΑΝΟΝ : ΦΟΥΝ-
ΔΟC ΑΦΡΙΚΑΝΙC: ΚΑΙ ΗC ΤΟ ΠΑΛΟΥΜΒΑΡΙΝ. ΩΝΟΡΑΝΟΝ. ΩΛΕ-
ΡΑΝΟΝ. ΠΑΤΑΝΟΝ. ΦΟΥΝΔΟC ΑΝΤΙΚΤΙC ΠΟΝΠΙΝΙΑ-
ΝΟΝ : ΛΟΝΓΙΑΝΟΝ (sic) ΜΙΚΡΟΝ. ΛΟΝΓΙΑΝΟΝ ΜΕΓΑ.
ΜΑΡΜΟΡΑΤΟΥΛΑ ΛΑΚΚΟΥΜΕΓΙΑΝΟΝ : ΒΟΥΞΙΤΟΥΛΑ : ΦΟ-
ΥΝΔΟC ΠΑΤΡΕΓΙΑΝΟΝ. ΜΟΥΚΙΑΝΟΝ : ΚΟΥΑΡΤΙΝΙΑ-
ΝΟΝ : ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΝ : ΚΑCΑΦΕΡΡΑΤΑ : ΦΟΥΝΔΟC ΜΟΥ-
ΚΙΑΝΟΝ : ΤΕCCΕΡΑΡΟΡΟΥΜ : ΑΡΙΠΟΥ : ΚΑCΤΕΗC : ΦΟ-
ΥΝΔΟC ΓΡΗΦΗC. ΦΟΥΝΔΟC ΚΑΝΚΕΛΛΑΤΟΥΛΑ :
ΦΟΥΝΔΟC ΤΡΟΥΜΑΚΙΑΝΑ. (3)

(1) Blanchinius praef. ad Anast. T. I. n. 50. notat *Grimaldum* hunc episcopum anagninum incidendam curasse fundorum notitiam. Verumtamen hic memoratus videtur episcopus *Romcaldus* an. 826. — Mr.

(2) Ruinartius ad Greg. turon. p. 1370. — M.

(3) Edidit Amadutius anecdot. rom. T. IV. p. 543. Videsis Blanchin. praef. ad Anast. n. 49; Fabrett. p. 757. Ex codice sublacensi pleniorem hanc inscriptionem sic eruit Constantius. — Mr.

CAPUT IIII.

INSCRIPTIONES HONORI AUGUSTORUM REGUM DYNASTARUM.

1

Salerni prope aedes praetorias.

Dominae nostrae Flaviae augustae
Helenae divi Constanti castissimae
coniugi procreatrici D. N. Constantini
maximi piissimi ac victoris augusti
aviae dominorum nostrorum
Constantini et Constanti beatissi-
morum ac felicium Caesarum
Albinus magnus VC. corr. Lucaniae et
Brittiorum statuit devotus excellen-
tiae pietatique eius ❦ (1)

2

Romae in basilica Sessoriana in sacello hypogeo, quod dicitur Hierusalem, *basis reperta in ea vicinia, Sixto V. P. M.*

Dominae nostrae Fl. Iul.
Helenae piissimae aug.
genetrici D. N. Constan-
tini maximi victoris
clementissimi semper
augusti aviae Constan-
tini et Constanti beatis-
simorum ac florentis-
simorum Caesarum
Iulius Maximilianus V. C. comes
pietati eius semper dicatus. (2)

3

Romae iuxta sacellum dictum sancta sanctorum *in Laterano.*

Dominae nostrae vener.
Helenae augustae

(1) Mur. p. 261. 1. — Mr. Ipsemet Salerni adhuc prostantem inscriptionem me legere memini. — A. M.

(1) Besutius p. 70; Panvin. de VII. urb. E. p. 212; Grut. p. 285. 1; Scaliger apud Euseb. chron. p. 246. — Mr.

genetrici D. N. Constantini maximi
victoris et triumphatoris
semper augusti
L. Pistrius V. P. PP. rerum privatarum
pietati eorum
semper devotissimus. (1)

1

Catinae in monasterio S. Nicolai de arena.

Dominae nostrae Flavin *sic*
Elene pisimae *sic* aug. gean-
atrici (2) D. N. Constantini ma-
ximi victori clementisi-
mi . . . S. F. N. R. (3)

2

Neapoli in Iesuitarum collegio.

Piissimae et clementissimae
dominae nostrae augustae
Helenae matri
domini nostri victoris
semper aug. Constan-
tini et aviae
dominorum nostrorum
Caesarum beatorum
uxori divi Constantii
ordo Neapolitanorum
et populus. (4)

3

Neapoli ante locum, qui vulgo dicitur sedile montis.

Piissimae ac venerabili
dominae nostrae Helenae
augustae matri
domini nostri victoris
semper aug. Constantini et
aviae dominorum nostrorum
beatissimorum Caesarum
ordo et populus Neapolitanus. (5)

4

Surrenti in porticu ad templum maximum.

Piissime ac veneravi-
li D. N. Helenae aug.
matri D. N. maximi
Victoris aug.
Constantini et
. . . DNN . .
. . Constantis . . .
. . . . Surrentinor. (6)

(1) Mur. p. 261. 2. e schedis Cyriaci plenius quam apud Rein. p. 323. Mr.

(2) Sic est in scheda Marinii.

(3) Inscr. Sicil. p. 36.

(4) Grut. 1086. 2. ex Sirmondo qui vidit. Extat etiam apud de Prato in Sulpic. Sev. p. 186. Verumtamen in commentariis Valvansens. T. V. P. I. p. 21. falsissima dicitur. — Mr.

(5) Panvin. de VII. urb. E. p. 213; Grut. p. 284. 2; Ciampin. de S. A. p. 144. — Mr.

(6) Exscripsit Iuvenatius. Anastas. lucubr. Surr. T. II. p. 285. et de Stabiis p. 145; Reines. p. 323; Gud. p. 95. 5; Capac. T. II. p. 134; Spon. miscell. p. 197. — Mr.

1

Romae in hortis Matthaeianis.

Piissimae ac felicissimae
dominae nostrae
Helenae augustae
genetrici
D. N. Fl. Val. Constantini
propagatoris imperii romani
triumphatoris semper augusti
P. Ianuarius Primus V. C.
corr. Apuliae corr. Campaniae
cos.
maiestati eius
dicatissimus. (1)

2

Curiae in Rhetia reperta basis an. 1530.

Divae Helenae
nobilissimae ac venerabili
matri D. N. Fl. Val.
Constantini pii felicis
victoris semper
augusti
M. Avidius Priscus
proc. hered. in Dalmatia
D. N. M. Q. eius. (2)

3

Romae in arcu Constantini M. ad amphitheatrum Flavium.

In eodem arcu sub sacrificiis insculptis.

VOTIS X.

Item

VOTIS XX.

Imp. Caes. Fl. Constantino maximo
P. F. augusto S. P. Q. R.
quod instinctu divinitatis, mentis
magnitudine, cum exercitu suo
tam de tyranno quam de omni eius
factione uno tempore iustis
rempublicam ultus est armis
arcum triumphis insignem dicavit.

In eodem arcu sub sacrificiis insculptis.

SIC. X.

Item

SIC. XX.

Intra fornicem maiorem eiusdem arcus legitur

hinc

Liberatori urbis

inde vero

Fundatori quietis

(1) Exhibet illustratque Gallettius in posthuma quadam dissertatione, quae legitur in calce biographiae ipsius Gallettii, auctore Paulio, p. XXXVII. — Mr.

(2) Gallet. loc. cit. p. XXVII.

1

Mazarae in Sicilia.

. . . . .
Hel. aug.
respub. Coihly
devota numini
eorum. (1)

2

Mutinae in columna ad S. Faustini.

Imp. Caesari Flavio
Constantino maximo
semper augusto
divi Constanti filio
bono reip. nato. (2)

3

Albae Pompeiae.

Imp. Caesari Fl. Val.
Constantino pio fel.
invicto aug.
divi Const*antii* pii aug.
filio civitas Albae
Pompeiae bono
reip. nato. (3)

4

Tergeste.

Imp. Caes.
Fl. Constantino
maximo P. F. aug.
R. P. Terg.
D. N. E. F. (4)

5

Arelate.

Imp. Caes. Fl. Val. Constantino
P. F. aug. restitutori. (5)

6

Romae in basilica Lateranensi.

Imp. Caes. Fl. Constantino maximo triumfatori
pio fel. aug. P. P.
ob res bene armis consiliisq. gestas et rempubl.
pacatam
S. P. Q. R. (6)

(1) Mur. p. 260. 6. — Mr. Muratorius acute suspicatur legendum *Libyb.* pro inaudito vel potius mendoso *Coihly.* — A. M.

(2) Mur. p. 258. 6; Grut. p. 1160. 1; Gud. p. p. 95. 6. — Mr.

(3) Vernazza " Romanorum litterata monumenta Albae Pompeiae etc. p. 56. — Mr.

(4) Mur. p. 1085. 7. — Mr.

(5) Mur. p. 258 7. ex Petro Saxio — Mr.

(6) Grut. p. 282. 1. ex Mazochio et Metelli schedis. — Mr.

1

Nicaeae Ligurum pro foribus aedis ruralis S. Stephani.

Imp. Caes. Flavio Valerio Constantino aug.
Constanti pii augusti filio· (1)

2

Antipoli in porta basilicae.

Imp· Caes· Val. Constantino aug. (2)

3

In pago Falerione Piceni.

D. D· N. N. Constantino maximo
et Liciniano Licinio augg.
et Flavio Crispo et Liciniano Licinio
et FL. CL. Constantino Caesaribus
B. R. P. N. (3)

4

In urbe Martinacht, quam veteres Octodurum nominant, in grandi columna e rudi lapide, sub posteriore porticu templi S. Mauritii.

Imp. Caesari Val.
Constantio pio
fel. invicto aug.
divi Constantii pii aug.
filio for. cl. val. bono
rei publice nato. (4)

5

Romae in museo vaticano.

in uno latere.

Q.
. . anno
. . ntissimo
. . nes. au
sic
. . unalici
. . to
. . runt
. . iem

in altero latere.

Val . . .
no f . . .
cas . . .

6

In ruinis municipii Chidibbalensis in Africa.

T. FL. . . .
Constan . . .
nobilib . . .
Caesaribus numi-
ni eorum
. . . .
sua pecunia
municipi Chidibb. (5)

(1) Mur. p. 259. 7. ex Ioffredo. — Mr.
(2) Grut. p. 284. 3. ex Scaligero. — Mr.
(3) Ex ephemeridum arcadicarum volumine XCVII. ian. an. 1827. p. 52: quae inscriptio notabilis est ob cumulata principum nomina. — A. M.
(4) Grut. p. 284. 5. ex Simlero. — Mr. Sed *Constant.* in quarto versu, ut notat Gruterus, legebat Stumfius — A. M.
(5) Shaw voyages T. I. p. 217. Vide Donatum p. 348. 6. — Mr.

1

Romae in mus. vatic. pessimis litteris repertus lapis in castro Arci *in Sabinis an.* 1765.

Imp. Caesari
Caio Flavio
Constantio p*io*
felici augusto . .
do Curium sabi*no*-
rum
D. N. M. Q. E.

2

Cordubae ad puteum S. Zoili.

Imp. Caes . . .
Fl. V. Constant . .
P. F. invicto aug . .
Octavius Rufus . .
P. prov. Baet.
D. N. M. Q. eius.

3

In castro Leibnicz.

Dn. Fl. Constantino
maximo beatissimo ac
supra omnes retro pri-
ncipes piissimo semper
augusto B. R. P. (1)

4

Risingamiae in Nortumbria.

Imp.
D. C. Val.
Constan-
tino
pient.
aug. (2)

5

Messagniae in coem. eccl. collegiatae.

Imp. Caes.
divi Constanti fil.
Fl. Val. Con-
stantino pio fel.
invicto aug. cos. IIII
P. P. proconsuli
liberatori rei roman. (3)

6

Cordubae 1752.

D. N. fortissimo
*a*dque indulgentissimo
*Con*stantino invic.
. . . . F. aeterno aug.
. . . . s Faustinus V. P.
. . . . s prov. Baet.
*de*votus numini
*maie*statique eius. (4)

(1) Grut. p. 283. 11 ex Lazio; Hansizius Germ. sacr. T. I. p. 44. — Mr.

(2) Grut. p. 1179. 9; Donat. p. 151. 1; Cambden. Britann. p. 627. — Mr.

(3) Pratill. p. 491. — Mr.

(4) Floresius II. S. T. XII in praef.

1

Romae prope templum Concordiae, cuius adhuc supersunt octo columnae, prope arcum Severi.

D. N. Constantino pio felici ac triumphatori
semper augusto ob amplificatam toto orbe
rem publicam factis consiliisque
S. P. Q. R.
aedem Concordiae vetustate collapsam
in meliorem faciem opere et cultu splendidiore
restituerunt. (1)

2

Aquis Flaviis in Lusitania.

Dom. N. Constantin. NB. Caes. (2)

3

Spinatiolae ultra Venusiam.

D. N. Constantino
pio fel. aug. perp. PP.
triumphatori orbis
ordo et plebs univer-
sa Venusinorum
D D. (3)

4

Nolae.

D. N. FL. Valerio
Constantino
pio felici imp.
semper aug.
ordo populusque
Nolanus
D. N. M. Q. eius. (4)

5

Celeiae in circuitu monasterii Minoritarum.

D. N. Fl. Constantino
clementissimo atq. vict. aug.
Martinianus V. P. praeses
provinc. Norici mediterr.
D. N. M. eius. (5)

6

Ticini in impluvio monasterii canonicorum regularium.

D. N. imp. Caes.
Fl. Constantino maximo
victori aug.
pont. max. trib. pot. XXIII. imp. XXII.
cons. VII. P. P. proconsuli. (6)

(1) Venut. Rom. antiq. T. I. p. 46; Grut. p. 100. 6. Edidit ex codice einsildensi saec. XI. Mabillonius T. 4. analect. p. 492. n. 33.

(2) Mur. p. 1994. 9.

(3) Mur. 1092. 5. ex P. Vulpio; Pratill. p. 478.

(4) Grut. 1086. 4. ex Sirmondo; Capac. T. II. p. 463.

(5) Grut. p. 283. 5. ex Apiano, Lazio, et Boissardi schedis. V. Mur. anecd. gr. p. 5; Hansiz. G. S. T. I. p. 44; Bertol. A. Aquil. p. 351.

(6) Zacharias excurs. p. 206.

1

Romae in basilica Constantini.

Domino Constantino max. pio
felici ac triumphatori
semper aug.
ob amplificatam toto orbe R. P.
factis consultisque
S. P. Q. R.
dedicante Anicio Paulino iuniore
V. C. cons. ord. praef. urbi (1)

2

Cordubae reperta A. 1624.

D. N. imp. Caes.
Flav. inv. Constantino max.
pio felici aeterno aug.
Q. Aeclanius Hermias V. P.
A. V. praef. praet. et
iudex sacrarum
cognitionum
numini maiestatiq.
eius semper
dicatissimus. (2)

3

Prope Ilachim in Africa.

D. N. Aur . . .
Constantino nobi-
lissimo Caesari
munic. Aurel . . .
. . . devot*um* . .
numini maiest*atique*
eius
D. D. P. (3)

4

Altini in marmore longe pulcherrimo, versicolori, maculoso, quod custoditurque Patavii apud Contarenos.

Dn. imp. Caesari
Fl. Constantino maxim.
Pl. F. victori aug.
pon. max. tri. P. XXIII.
imp. XXII. cons. VII.
PP. pro cons.
humanarum rerum
optimo principi
divi Constanti filio
bono RP. nato. (4)

5

Pennae in Vestinis.

D.N.Constantino piissimo foelicis- (sic)
simo victori semper
augusto
C. Axenius Sex. Tranq.
IIII vir. ex S. C. (5)

6

Romae in hortis Farnesianis.

Omnia magno
virtute praecipue
D. N. Constantino max.
victori ac triumphatori
semper augusto
Postumius Isidorus V. C.
praef. vigil. D. M. M. Q.
eius. (6)

(1) Grut. 1086. 5, e schedis Sirmondi. V. Baron. T. III. p. 522.

(2) Floresius H. S. tom. I. p. 251, ex Petro Dias de Ribas antiguedades de Cordoba. Floresius recte legit *agens vices*; et adnotat, vocem *maximo* reiicere inscriptionem post an. 311, quo datus Constantino hic titulus fuit in votis quinquennalibus. Rursus T. XII. in praef.

(3) Gorius T. III. p. 124. n. 120. V. Maff. mus. Ver. p. 459. 8; Donat. p. 148. 6. 150. 7.

(4) Grut. p. 283. 3.

(5) Notit. flor. an. 1754. p. 394. ex ms. hist. civit. Pennae nescio cuius Transmundi. V. Allegrantiam opusc. p. 280.

(6) Maff. p. 287. 9; Donat. p. 189. 2.

1

Romae in Capitolio basis marmorea, nunc tabella dissecta.

Magno et invicto
imp Caes. C. Val. Aurel.
Constantino pio fel.
invicto aug. pontif. max.
trib. potest. cos. III. P. P. proc.
D. N. corpus corariorum
magnariorum solaiariorum (sic)
devoti numini maiestatiq.
eius.

In latere sinistro.

dedicatae (sic)
kal. ian.
DD. NN. Diocletiano III et
Maximiano coss.
curante Thessio Secundo P. C.
corariorum.

2

Romae inventa A. 1547. prope domum M. Antonii antiquarii.

Magno et invicto
Flavio Constantino
pio felicissimo sem-
per augusto et fun-
datori pac. public.
Hipponiatenses
D. N. M. Q. E. (1)

3

Alexandriae in Aegypto repertus lapis A. 1746.

Piissimo et felicissimo
D. N. Fl. Val. Constántino
P. F. invicto augusto
Val. Epifanius V. P. mag.
privat. aeg. et lib.
D. N. M. Q. eius. (2)

4

Romae in vinea cardinalis Carpensis basis marmorea.

Piissimo ac fortissimo
fundatori pacis
ac publicae
libertatis
auctori
D. N. Flavio Val.
Constantino
nobilissimo Caes.
Val. Honoratus V. P.
RAT. S. R. D. N. M. Q. eius. (3)

5

Mazarae.

Clementissimo et
victoriosissimo
D. N. Flavio Valerio
Constantino maximo
pio felici invicto aug.
Betitius Perpetuus
V. C. corr. prov. Sicil.
devotus numini maies-
tatique eius
semper dicatus. (4)

(1) Gud. p. 95. 1. ex Ligorio.
(2) Bonada cl. II. n. 17; Donat. p. 148. 8.
(3) Grut. p. 282. 6. Vidit Smetius.
(4) Inscr. Sicil. p. 36, ex Gualterio n. 123; Mur. p. 259. 2.

1

Romae in Capitolio, olim in museo albanio.

Piissimo ac fortissimo
fundatori pacis
et restitutori publicae
libertatis victoriosissimo
D. N. FL· Val.
Constantino maximo
pio felici invicto aug.
Val. Rusticus V. P. RAT. SR.
D. M. Q. eius
Curante Val. Pelagione proc.
S. M.V. una cum PP. et offici-
natoribus. (1)

2

Tarracone in templo vetere divae Theclae.

Piissimo fortissimo
felicissimo Dñ
Constantino maxi-
mo victori semper
augusto
Badius Macrinus
V. P. P. P· H· Tarrac.
numini maiesta-
tique eius semper
devotissimus. (2)

3

Extra Mirabellam, prope montem Miletum, ex ruderibus civitatis Eclanensis.

Orbem terrae
romano nomini
subiuganti
domino nostro
Fl· Constantino
pio fel.
semper aug.
Annius Antio-
chus V· P. corr·
Aemil· et Flam· senat· (3)

4

Surrenti.

Instauratori orbis
terrarum perpetuo
ac clementissimo imp.
D. N· Flavio Valerio
Constantino
maximo pio
felici semper vic-
tori aug. resp.
Surrentinorum. (4)

(1) Mur. p. 260. 3. quem videsis. Item Guasc. T. I. p. 197. Lege autem *procur. sacrae monetae urbis.* De *sacra moneta* Maff. p. 462. 2. Mr. — Muratorius explicat *V. P. RAT. S· R. vir perfectissimus, rationalis sacrarum remunerationum.* Scheda Marinii *Pelagione.* — A. M.

(2) Grut. p. 383. 9, e Schotti Verderiique schedis.

(3) Mur. p. 1994· 8, ex Vulpio. Vitiatam dederat Grut. p. 281. 2.

(4) Mur. p. 1083. 6, e schedis Cyriaci et ex Donio. In schedis barberin. *ac piissimo imperatori*; et in fine *D. D.*

1

Alexandriae in Aegypto repertus lapis A. 1746.

Defensori quietis publicae
dñ humanissimo
invictissimoque
Constantino
aeterno augusto
Arrius Diotimus V. P.
nat. aeg. N. M. Q. eius
dicatissimus. (1)

2

Romae in atrio S. Clementis cippus erutus in viridario coenobii A. 1745.

Fundatori pacis
et restitutori
rei publicae
D. N. FL. Constantino
maximo victori
ac triumphatori
semper aug. (2)
. . . .

3

Ravennae in porticu S. Apollinaris, olim in pariete templi divi Iohann. ev.

Propagatori roma-
ni imperii, fundato-
ri quietis publicae D.
Fl. Costantino
maximo victori
semper aug. divi
Claudi nepoti, divi
Costanti filio
Sertorius Silanus
VP. praepositus
fabriae devotu
N. M. Q. E. (3)

4

Romae in basi marmorea.

Restitutori publicae
libertatis, defensori
urbis Romae, communis
omnium salutis auctori
D. N. Imp. Fl. Val. Constantino
pio felici invicto semper aug.
codicarii nabiculari
infernates devoti N. M. Q. eius
curante Aur. Victoriano V. P.
praef. ann. (4)

(1) Bonada cl. II. 16, cui dedit Rid. Venutus. Item Donat. p. 148. 7.

(2) Mur. p. 259. 1.

(3) Grut. p. 283. 4; notit. flor. an. 1750. p. 666; Donat. p. 148. 2. — Donatus scriptum docet *Costantino*. *Costanti fabriae* non *fabricae*. At scheda Marinii aliter habet ex Grutero. Item mendose Mar. *Setorius* pro *Sertorius*. — A. M.

(4) Grut. p. 1086. 6. ex Sirmondo.

1

Bagiennae in Pedemonte.

Optimo . . .
Flavio Valerio
Constantino nobilissimo Caesari
augustales Baggienn.
ex voto. (1)

2

Salerni ante collegium PP. Soc. Iesu.

Reparatori orbis sui
D. N. Flavio Valerio
Constantino pio
felici invicto
ordo populusque Salernitanus
devoti numini maiestatique
eius. (2)

3

Veronae in mus. publ. in columna. Fuit olim Rivolellae in agro Brixiano.

DN. Flavio Constantino
maximo pio felici
invio *sic* augusto

MP. XXIII. (3)

4

In fracto lapide castri Leibnicei.

DN. NN.
Constantino maximo bi . . .
. . . a pis (4) . .
. . . .

5

In foribus claustri S. Petri.

Virtute fortissimo et
pietate clementissimo
D. N. Flavio Constantino
invictissimo maximo P. P.
invicto aug.
M. Alfius Apronianus V.C.
P. P. Flam. Viennae
D. N. M. Q. eius. (5)

6

Cordubae ad D. Mariae.

Fortiss. et indulgentiss.
principi domino nostro
Constantino victori
perpetuo semper augusto
Decimus Geminianus
vir. clariss. consularis
provinciae Baeticae
N. M. Q. E.
dicatissimus. (6)

(1) Durand. Pedemont. cisp. p. 175.

(2) Mur. p. 260. 1.

(3) Maff. M. V. p. 105. 1; Ver. ill. P. I. p. 264; Mur. p. 463. 5. ex Rubeo p. 274. habet *invicto.*

(4) Grut. p. 283. 10, ex Lazio.

(5) Grut. p. 283. 8. ex Sirmondo. Corrupta est apud Ioh. a Bosco in bibl. floriac. p. 9.

(6) Grut. p. 283. 8, e schedis A. Augustini; Mur. p. 258. 3, qui ponit *Decimius Germanianus.*

1

In oppido Divitensi, in quo nunc est coenobium Ivitium vulgo Teusch.

Virtuti D. N. Constantini
max. pii fel. invic. aug. sup-
pressis domitisq. Francis
in eorum terris . . . mil.
castr. Divitensium sub
praesentia principis sui
devoti numini maie-
statiq. eius duodevigin-
ti haec vota fecer. (1)

2

Viennae Allobrogum prope portam avenionensem.

Virtute for-
tissimo et pie-
tate clementis-
simo D. N. FL.
Constantino
maximo et
invicto aug.
M. Alfeus Apronia-
nus P. P. F. Viena
dev. N. M. S. Q. eius. (2)

3

In regno neapolitano.

D. N. Fl. Val.
Constant-
ino pio fe-
lici invicto
. . . augusto
divi Constan-
ti pii filio (3)
XVIII.

4

Neapoli.

VII
D. N.
Fl. Val.
Constantino
pio fel.
invicto aug.
divi Constanti
pii filio. (4)

5

Primo a Tuneto lapide.

DD. NN. Imp.
Constantino maximo felici pio aug.
bono RP. nato (5) . .
. . . .

6

Veronae in museo publico, in columna.

Orbis . . .
piissimo . . .
ac felici . . .
Fl. Val. Co . . (6)
. . . . . .

(1) Mur. p. 259. 4, ex Browero. V. Duchesn. hist. Franc. script. T. I. p. 142; Gelen. de adm. Colon. Agripp. magn. p. 89; Donat. p. 220. 3. Duchesnius sumpsit a Ruperto qui vivebat an. 1120. sic: *castrum* etc. *principis sui milites cum inter-turrio fecerunt* etc. *XX. vot.*

(2) Grut. p. 283. 7. Vide. Gudii indices p. LVII.

(3) Mur. in app. T. IV. p. 6. 6.

(4) Grut. p. 1078. 9, ex Sirmondo qui vidit. Pratill. p. 31.

(5) Maff. M. V. p. 460. 1; Donat. p. 148. 3.

(6) Maff. M. V. p. 105. 3.

1

In vico Cabassa iuxta Brinoniam lapis miliaris.

Imp· Caes·
Fl. Val·
Constantino
P. F· A·
. . . .
. . . .
nepoti
divi Constanti
aug. pii
filio (1)
XXXIII·

2

Parmae ad fores basilicae S. Mariae della Steccata, *in columnae fragmento litteris satis barbaricis.*

D. N. Imp· Caes· Fla.
Constantino P. F·
victori aug. pont-
ifici maximo trib.
potestas XXIII· imp. XXII.
cons. VII. P. P. procos.
rerum *sic* umanarum opti-
mo principi divi
Constanti filio
B. R· P.nato.
I

3

In castro dicto olim Maria *regionis Pedemontanae lapis miliaris.*

Imp. Caes.
Constantino
pio felici invicto
augusto
XXII. (2)

In parte aversa.

XLVII

4

Prope Canosam in columna, ubi eadem inscriptio legitur in utraque saxi parte.

Valerio Constantino
pio fel· invicto aug·
cons· III imp· VII. P. P.
procos. (3)

5

Fani Fortunae in porta, quam ab Augusto primum erectam, posteri in honorem Fl· Constantini, superimpositis columnis, additisque ornamentis, in arcum triumphalem verterunt.

Divo Augusto pio Constantino patri dominorum
curante L. Turcio Secundo Approniani praef· urb. fil.Asterio V. C.
corr· Flam· et Piceni. (4)

(1) Fabr. p. 413. n. 359. e schedis barb. ubi habetur *P. F. Aug.* et XXXIIII. Vide adv. barb. p. 140. 6. Mur. p. 463. 7. ponit in Provincia.

(2) Durand. Pedemont. cisp. p. 59.

(3) Chaupy T. III. 499.

(4) Donat. p. 219. 7; Grut. p. 165. 2. Vidit et exscripsit Smetius.

1

Caesenae.

D· N· Imperatori Caesari
Fl. Constantino
maximo
P. F. vict. aug·
pont· max.
trib. pot. XXIII.
imp. XXII. consuli VII.
P. P. proconsuli
humanarum rerum
optimo principi
divi Constanti fil.
bono R. P. nato
M. P. XV· (1)

2

Belgentiaci in dioecesi Tolosana.

D N
Flavio Claudio
Constantino
patre avo
maioribus impp.
nato
Caesari nob.
semper orbi terrae
profuturo. (2)
V

3

In Africa, in loco Seluquia *dicto.*

. . . .
et Fl. Va . . .
Constan . . .
nobilis. . . .
Caesarib· numi-
ni eorum
dicatissimi
sua pecunia . . . .
municip. Chidibb· (3)

4

Theani prope carceres episcopales in columna.

Flavio Valerio Con-
stantino nobilissimo
Caesari
resp· Teanensium de-
dicante Pompeo Faus-
tino V· C. corr. Campan. et
Quinto Gallicano V· CC. VI·
numini maiestatiq. eorum
dicatissimis· (4)

(1) Mur. p. 463. 6, ex Claramontio et Donio ad an. 328. aut 329. Aliam plane similem habes apud Grut. p. 159. 8.

(2) Fabrett. p. 747. n. 549 Rursus e schedis barb. p. 413. n. 357. V. adv. barb. p. 140. 5. De Constantini origine ex Claudio gothico vide Grut. p. 283. 4, et Rupertum in synopsi Besoldiana p. 416.

(3) Maff. M. V. p. 459. 7. — Mr. Mihi eadem videtur atque illa superior in libro nostro p. 241. 6. Porro mendose scheda Mar. *sun* pro *sua*. Item Mar. *nobiliss.* At Maff. *nobilis.* — A. M.

(4) Chaupy T. III. p. 479. habet. VCC. ORD. CAMPANIAE et IOVINIO (an OVINIO?) Pratill. via App. p. 234. et consol. p. 56. dicit positam inscriptionem Constantio Chloro (scribit enim *Constantio*) a Faustino qui fuit Romae praefectus an. 300.

1

Prope Falerium in Piceno, in columna. (1)

In parte recta.

DD. NN.
Flavio Valereo (sic)
Constantio et
Galerio Maxime- (sic)
ino invictis et
clementissimis
augg. et DD. NN.
. Flavio . . rio
. . . .

In parte aversa.

conservatori
pacis et conservatori
inperi romani DN
Constantio maximo
victori ac triunpa-
tori semper aug.

2

Neapoli in museo Herculanensi in columna miliari e coenobio Augustianorum retinensi translata.

In parte recta.

D. N. imp. Caes.
M. Aureli Valeri
Maxenti invicti
aug.
VI.

In parte contraria.

D. N. imp.
Fl. Val. Constan-
tino
augusto. (2)

3

Romae in thermis Constantini.

Q. Fabius Honora-
tus T. Annaeus
Placidus amplifica-
tori urbis Romae
domino nostro
Constantino ma-
ximo pio felici vi-
ctori ac trium-
phatori semper
aug. Anicius Paulli-
nus iun. V. C. con-
s. ordinarius praef.
urbis et iudex sa-
crarum constitu-
tionum pietati
eius semper dica-
tissimus. (3)

(1) Catalan. de orig. Firm. civ. p. 92.
(2) Rosin. dissert. isagog. I. tab. 1. n. 22.
(3) Grut. p. 282. 3, ex Mazochio et Appiano.

1

Nolae.

sic
Domi. Domitianum barbarorum
D. D. N. N. patria don. I . .
audavit Vesta im. statuam
Nolanus ordo et populus
consecravit
curante ac dedicante
Ortensio Conviaro
provinciae Campaniae· (1)

2

Romae in atrio domus card. Caesii, in basi·

Flavio Valerio Crispo
nobilissimo Caes. filio
Constantini maximi
adque invicti semper aug·
et nepoti divi Constanti
Ovinius Gallicanus V. C.
prael. urb. et iudex sacrarum
cognitionum devotus
N· M· Q. eius. (2)

3

Romae in Coelio monte, in templo SS· Iohannis et Pauli.

. . . .
· Constanti . . .
. . beatissimo . . ·
. . ob perennem . . .
. . de Quadis e . . .
. . ex eorum te (3) . .
. . . .

4

Romae cippus defossus A. 1792. in S. Michaëlis de regione Ripae.

Divo
Constantino
augusto

corpus
salariorum
posuerunt. (4)

5

Arausione, in basi fontis aquae lustralis nescio cuius coenobii.

Constantino pio
nobili Caesari
divi Constantini
pii augusti
filio. (5)

6

Prope castrum, Maria olim dictum, in Pedemontana regione·

Imper· Caesari
Flavio Valerio
Constantino
Constantini pii aug·
filio. (6)

XL.

(1) Reines. cl. III. n. 56, ex Capac. T. II. p. 463. Mr. — Reinesius sapienter corrigit *domitori gentium barbararum DN. FL. Valerio Constantino aug. invicto equestrem statuam* etc. Tum infra *Conviaro* corrigit *Consulari.* — A. M.

(2) Mur. p. 1995·2, ex Masdeu hist. Hisp. T. II. p. 329.

(3) Grut. p. 282. 5. Vidit Smetius.

(4) Videsis Marinium arval. p. 294.

(5) Mur. p. 259. 8, cui misit Bimardus; voyage litt. de deux Bened. part. I. p. 265.

(6) Durand. Pedemont. cisp. p. 60.

1

Romae in Capitolio basis eruta prope eccl. S. Mariae in Cosmedin.

Divo ac venerabili
principi Constantino
patri principum
maximorum

L. Crepereius Madalianus V·C.
praef. ann· cum iure glad. (1)

2

Romae in Capitolio, olim in museo Albanio.

Inlustri et divinae prosap . . .
genitae venerabili soror . . .
D. N. Constantini aug. et . . .
amitae
sic
D.D·N.N. baeatissimorum Caes.
D· N. Flavi Constanti (2) . . .
. . . .

3

In pago Lamar *in Lusitania.*

Divo
Flavio
Iulio
Crispo
nob·
Caes. (3)

4

Constantinopoli in columna ingenti.

Ἀγαθῇ τύχῃ
Κωνσταντίνου
μεγάλου βασιλέως
τοῦ εὐσεβεστάτου
νικητοῦ
ἡ Βενετῶν
sic
εὐνωόντων. (4)

5

Extra Bononiam primo ab urbe lapide ad Bertaliam, in columna cuius primi quatuor versus, prioribus scalpro detritis, refecti.

DN· Fl· Valerio Co-
nstantio pio feli-
ci invicto augu.
Fl. Valerio Constanti d-
ivi augusti pii filio
Bono LXXVII. reip. nato.

DD· NN· Magno Maximo
et Fl· Victori piis
felicibus perpetuis
semper aug.
bono R. P· natis· (5)

(1) Maff. M. V. p. 251. 3; Donat. p. 149. 1. *Madaliani* mentio est in cod. theod. XVI· 10. 2. in lege Constantii ad ipsum scripta an. 341. — Mr. et A. M.

(2) Mur. p. 260. 5, qui habuit a. Fr. Blanchinio, ponitque *beatissimorum Caes. D. N. Flaviae Constantiae.*

(3) Grut. p. 284. 7. Vidit Smetius.

(4) Mur. p. 622. 2. Sed diversa est apud eundem p. 1995. 1.

(5) Maff. M. V. p. 106. Confer Malvasiam p. 164; Reines. cl. III. n. 63.

1

Veronae in mus. publ. in columna.

Imp. Caes. M. Aur. Val.
Maxentio P. fel.
invicto aug.
MP. XI.

In parte contraria.

DD. NN. Iul. Crispus et
Cl. Constantinus nobb.
Caess.
MP. XI. (1)

2

In eccl. Bottonagi agri Brixiani, in columna.

D.D. N.N. D.D.D.D. N.N.N.N.
Magno . . . Fl. Constantino max.
. . . tori semper augusto et
. . . . tori invicto
. . . et perpetuis
aug. Fl. Constantio nob. Caes.
. . . tis R. P. N.
IIIIII (2)

3

Romae, inventa in foro Caesaris basis, cuius uno in latere sequens erat inscriptio, in altero ea quae legitur de Gabinio Probiano.

Domino nostro
Fl. Claudio Constantino
fortissimo hac (sic)
beatissimo Caesari
Fl. Ursacius V. P.
tribunus cohorti-
um urbanarum
X. XI. et XII. et fori
syari (3) . . . .

4

Romae in horto S. crucis in Hierusalem.

Divo Flavio Iulio Constan-
tino augusto pio felici
divae Helenae
invictiss. principi fundatori
quietis pop. rom.
conservatori pacis
Flavius Iulius Maximilianus
V. C. comes sacri palatii
pietati eius D. D. (4)

(1) Maff. M. V. p. 104. 2; V. ill. part. I. p. 367; Mur. p. 462. 5.

(2) Mur. p. 463. 8. ex Rubeo. Mr. — Mendose in scheda Marinii *perpetuus* — A. M.

(3) Grut. p. 282. 4, ex Panvinio, et sch. Knibii et Ursini; ex Grutero Fabrettus p. 127. n. 45. Spuria fortasse est Mr. — Ursinus legebat *Vitrasius*. Mr. — *Syari* intellige *suarii*. — A. M.

(4) Gud. p. 95. 2, ex Ligorio.

1

Ousati in agro Brixiano.

Constantino max.
DDD.NNN· Flavio Licinio
Liciniano iu . . .
L. Constantino iun.
. . . Caesar. (1) . .
. . . .
VIIII. .

2

Monteri, decimo a Corduba lapide.

DD. NN
Constantino
et
Constantio
BB· beatissimis-
que Caess.
RP. EP. (2)

3

Spoleti in basi.

Fl. Constanti
nobiliss· ac feliciss.
Caesari
coll. fabrum . . .
. . . Veneris (3) .
. . . .

4

In civitate Pennensi in templo maximo.

D. N. Constanti piissimo felicissimo
victori semper augusto
C. Axeninus Sex· Tranq.
IIII vir ex S. C· (4)

5

Augustae Taurinorum, in regia academia, in columna.

*Repar*atoribus
pop. romani con-
servatoribus reip·
omnium provinciar . .
DD· NN. Fl· Iul. Constantio
aug· et Fl. C . . dio
Constantio Caesari. (5)

6

Lunae.

Faustinae
Constanti aug.
piissimae et
nobilissimae
C· Iunius Vitrasius. V. C.
augur D· N. MQ. E.
D D. (6)

(1) Mur. p. 464. 1, ex Rubeo p. 213; Donat. p. 220. 2.

(2) Grut. p. 284. 6, ex Moralio.

(3) Grut. p. 281. 3, ex Ursini schedis. Muratorius p. 261. 3. e schedis Antonii Gigantis, qui ponit Salonae, scribitque: *Cl. Constantino nobilissimo ac praestantissimo Caesari.* Lucius e sch. M. Marulli ponit integre *coll. fabrum Veneris.*

(4) Mur. p. 261. 4. Misit P. Pomp. Alex. Berti cl. congr. Matris D.

(5) Maff. M. V. p. 213. 1; marm. taurin. P. II. p. 233; Donat. p. 220. 6; Mur. p. 261. 5. V. Catalan. orig. Firm. p. 93. Mr. — Maff. *orbis* pro *pop.* in secundo versiculo. Item in 4. Maff. *provincial.* Mur. *provinciar.* Denique Mur. legendum docet in fine *FL. Claudio Constantino.* At Maff. *Constantio*, sed dubitans. — A. M.

(6) Fabr. p. 58. n. 339, e schedis Holstenii; Reines. cl. III. n. 59; Mur. p. 263. 2, ex Ligorio.

1

Arelate in nosocomio.

Imp. Caes.
Fl. Val.
Constan-
tino
P. F. aug.
divi
Constan-
ti aug.
pii
filio. (1)

2

Arimini apud Ianum Plancum in columna.

. . . .
. . . tino pio
. . Valerio . . . divi Co . . .
. . . . pio felici
. . . . VVC
. . . .
CCXI.

In parte altera maioribus litteris.

DD. NN. . . .
Maximo . . . .
vict . . .
sem (2) . .

3

Parmae.

Imp. Caes. Fl. Val. Constantio et Fl. Val. Constanti
D. NN. mag. maxim. et clement. vict. perpetuis
semper augg. Parmenses optata devotione
dedicarunt. B. R. N. (3)

4

In pago de Campo *in Lusitania.*

D N.
imperatori
semper aug.
Maximo
Magnentio
terra mariq.
victori Prov.
dedicavit (4)

5

Cartamae in Hispania fragm. columnae.

D N
Magno
Decentio
imp. nostro
piissimo
florentis-
simo Cae-
sari. (5)

(1) Mur. p. 260. 3. Misit Bimardus. Rursus p. 258. 8, ex ephem. trevolt.; Donat. p. 151. 2.
(2) Donat. p. 220. 5; notit. flor. an. 1751.
(3) Mur. p. 1067. 5.
(4) Mur. p. 1995. 3, ex Masdeu hist. Hisp. T. II. part. V. p. 330.
(5) Mur. p. 263. 3; Masdeu loc. cit. p. 332.

1

Ad Plebem Aquaeductus in agro Foroliviensi, columna.

Liberatori
orbis romani,
restitutori libertatis
et reipublicae,
conservatori militum
et provincialium
domino nostro
. . . .
victori et triumphatori
semper augusto.

In parte inversa.

Imp. D. N.
Fl. Iulio Constantio
nobilissimo Caes. (1)

2

Veronae in museo publico, olim Bononiae in curia, columna ex marmore africano.

Liberatori orbis
romani, restitutori
libertatis. et R. P., con-
servatori mili-
tum et provinci-
alium D. N.
Magnentio
invicto prin-
cipi victori
. . . trium . . (2)
. . . .

3

In Volta de Cobo *in Hispania.*

D. N.
Magno Decentio
et florentissimo Caesari
B. R. P. nat. (3)
M. P. XXXII.

4

Sestini in hortis archipresbyteri, in basi.

D. N.
Const-
antio P.
F. inv. aug.
O. M. S. (4)

5

In insula Gauli in basi.

In uno latere.

❦ D. N. Aur. Valerio ❦
Constantio aug.
R. P. Gaul. cur.
F. Pollione . . Rufo
M. F . . . . III virr.
❦ . . . . ❦

In alio.

❦ DN. M. Galerio ❦
Valerio Maximiano
aug.
P. Gaul. cur. Lu . . .
D . . . omioni et Rui-
a . . . . ann . . . II virr. (5)

(1) Mur. p. 262. 1.

(2) Maff. M. V. p. 105. 2; Grut p. 281. 10; Donat. p. 157. 9.

(3) Masdeu lib. cit. p. 331.

(4) Mur. p. 261. 6, ex Gorio T. III. p. 350; Grut. p. 1023. 3.

(5) Iscr. Sic. p. 34, quas vide, nec non Lupium op. posth. T. II. p. 120; Spon. p. 192; Bandur. T. II. p. 92; Donat. p. 150 5. Prima tantum apud Mur. p. 263. 1. — Mur. scribit *D. N. C. Aurel.* et *T. Pollione.* Tum pro *C. Aurel.* monet scribendum *Flav. Iul.* aut *Fla. Val.* — A. M.

1

In monte Iviel, *in Catalaunia.*

D N
Fl. Veterennioni
pio
T. N. O. C. (1)

2

In palatio conservatorum Urbisveteris.

Imp. Caes.
Flavio Cons-
tantio pio
fel. invicto. (2)

3

Prope castrum Arci, *ubi olim Cures Sabinorum, erutus cippus A.* 1776.

Imp. Caes . . .
Caio Flavio (3) . . .
Constantio P . . . .
felici augusto . . .
Po. Curium Sab*ino*-
rum . . . . . .
D. N. M. Q. E . . .

4

Romae apud Mutium, in basi.

DN Fl. Iul. Constanti
nobilissimo ac
fortissimo Caes.
Rupilius Pisonianus V. C.
praefectus vigilum
D. N. M. Q. eius. (4)

5

Romae in hortis Carpensibus, effossa in foro romano ante aedem S. Hadriani.

Maximo principi
indulgentissimo
domino Valenti tri-
umfatori semper aug ꝺ
C. Ceionius Rufius Volusianus
V. C. praef. urbi ꝺ iterum iud.
sacrarum cognitionum
serenitati eius dicatus. (5)

6

Romae in Capitolio ex museo Albanio.

D. N. Constantio
augusto
Fl. Leontius V. C.
praef. urb. iter.
vice sacra iudic.
D. N. MQ. eius. (6)

7

In oppido Tabersoc *regni Tunetani, in arcu.*

Invictissimo imp. Constantio aug.
et DD. NN. Caesaribus (7) . .
. . . .

(1) Masdeu loc. cit. legit *Tribertum Narbonensium omnium civitatum*, citatque Finestres cl. II. n. 39. p. 64.

(2) Donat. p. 150. 6, ex mss. Passerii.

(3) Scheda Marinii *Fabio.* Item *Curae* in titulo. — A. M.

(4) Fabrett. p. 683. n. 75, e sched. barber.

(5) Ex cod. vat. 5253. n. 387; Grut. p. 286. 2. Vidit Smetius.

(6) Mur. p. 262. 4, cui misit P. Blanchinius.

(7) Maff. M. V. p. 460. 2, e mss. P. Ximenii hisp., qui vidit; Donat. p. 150. 3.

1

Romae basis reperta ad arcum Septimii Severi A. 1547, litteris oblongis et rudibus..

Restitutori urbis Romae atque orb. . . .
et extinctori pestiferae tyrannidis
D. N. Fl. Iul. Constantio victori ac triumfatori
semper augusto
Neratius Cerealis V. C. praefectus urbi
vice sacra iudicans D. N. M. que eius. (1)

2

Ferrariae in S. Annae.

DD. NN. Impp.
sic
et Caesarum
Fl. Val. Constantio
et Constantino
feliciss. ac tiumph.
Vic.
P. R. (2)

3

Asculi in suburbio.

Propagatori romani
imperii D. N. Fl. Valen-
tiniano aug. sem-
per victori or-
do devotus M . .
mes P. C. Auc . . .
D. D. (3)

4

Veronae in museo publico in columnis. (4)

DN. FL. Ioviano
victori ac
triumfato-
ri semper aug.
B. R. P. N.
X.

DN FL. Ioviano
victori ac tri-
umfatori sem-
per augusto
B. R. P. N.
XV.

5

In agro Laudensi.

Div. Fl. Ioviano
triumphatori
semper aug. (5)

6

Augustae Taurinorum.

Valentini-
ano et Fl. Valenti felicis-
simis augg.

(1) Grut. P. 280. 6; Castal. var. lect. p. 46.
(2) Mur. p. 258. 3, ex hist. Ferrar.
(3) Mur. p. 264. 2, ex Donio.
(4) Maff. M. V. p. 106. 1. 2; Ver. ill. P. I. p. 364; Mur. p. 464. 4; Donat. p. 221. 4.
(5) Fabrett. p. 686. 92, e. sch. vatic. Vide Grut. p. 285. 5; Donat. p. 151. 7; Zachar. inst. lapid. p. 368.

1

Romae in Capitolio, olim in museo Albanio, basis marmorea nunc dissecta et bifariam divisa.

In sinistro latere.

DN. Constantio
augusto
Memmius Vitrasius
Orfitus V. C. praef urb.
iud. sac. cogn. iter.
D. N. M. Q. eius
curante Publilio
Caeionio Iuliano C. V.

In dextro latere.

Ἰωάννης Παλαιώτης σμυρναῖος
ἄπτωτος

ob fortitudinis merita et virtutis cu-
mulum hoc quod excellens artis ro-
bur, ex praecepto invictissimorum
principum DDD. NNN. FFF. LLL. Valenti-
niani Theodosii et Arcadii Iohan-
nes ut inter omnis pollens
loc. st atuae videatur. (1)

2

Gortyniae in Creta.

Τ. ΦΛ. Ὑπάτιον τὸν λαμπρότατον ἀπὸ
ὑπάρχων πραιτορίου δόγματι τοῦ
κοινοῦ πάσης τῆς ἐπαρχίας
Οἰκουμένιος Δοσίθεος Ἀσ-
κληπιόδοτος ὁ λαμπρότατος
ὑπατικὸς τῆς Κρητῶν ἐπαρ-
χίας ἀνέστησεν. (2)

3

Constantinopoli in templo S. martyris Procopii in Chelone, inscriptum statuae Platonis eunuchi, qui sub Basilisco imp. vivus combustus fuit.

Ὁ μετατεθεὶς θεμάτια
τῷ βρόχῳ παραδοθήτω. (3)

4

Messanae in aedibus senatus.

Ἐλπὶς ἡ τοῦ Βοέθου. (4)

(1) Exscripsit Lupius.

(2) Grut. p. 1094 4; Cornel. Cr. sacr. T. I. p. 142. Wesseling. itin. Ant. qui hunc T. Fl. Hypatium ait fuisse pr. praet. ex Ammiano lib. XXIX. 2. V. Grut. 1090. 20.

(3) V. Suidam Προκόπιος.

(4) Inscr. Sicil. cl. XIX. n. 24. p. 304. n. 36. inter spurias. Vide inscriptionem metricam cuius initium *Helpis*.

CAPUT VI.

LEGES, AEDIFICIA, LOCA PUBLICA PRIVATA.

1

Stratoniceae in Caria ingens lapis a cl. viro Bankio anglo circa annum MDCCCXVI. exscriptus, quo continetur Diocletiani de pretiis rerum venalium lex. Eiusdem legis aliud exemplar in lapide item exaratum, atque ex Aegypto, ut aiunt, advectum, extat Aquis Sextiis in Gallia; in eoque solo tituli legislatorum Impp. ac Caesarum, et quidem mutili, superfuerunt; quos deinde italus vir doctissimus, inclinatis ob distinctionem litteris, feliciter supplevit. (1)

DD · NN · IMPERATOR · CAESAR · C · AVREL · VAL · DIOCLETIANVS · P · F · INV · AVG · PONT · MAX · GERM · MAX · VI · SARM · MAX · IIII · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · ARMEN · MAX · MEDIC · MAX · ADIABENIC · MAX · TRIB · P · XVIII · COSS · VII · IMP · XVIII · P · P · PROCOSS ·

ET · IMP · CAES · M · AVREL · VAL · MAXIMIANVS · P · F · INV · AVG · PONT · MAX · GERM · MAX · V · SARM · *MAX · IIII · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX · ADIABEN · MAX · TR*IB · P · XVII · COSS · VI · IMP · XVII · P · P · PROCOSS ·

ET · FLA · VAL · CONSTANTIVS · GERM · MAX · II · SARM · MAX · II · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · SARM · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX · ADIABEN · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES ·

ET · C · VAL · MAXIMIANVS · GERM · MAX · II · SARM · *MAX · II · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX · ADIAB* · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · II · NOBIL · CAES ·

(1) De hoc insigni monumento verba fiunt in libris per eruditissimos viros Romae nuper editis, nempe *Memorie romane di antichità e belle arti T. II. p. 29. an.* 1825. Item *Atti della Archeologia rom. T. II. p.* 683. *an.* 1825. Denique *Giornale arcadico T. XCVII. gennaio* 1827. p. 41. Ego vero ne hoc meum inscriptionum volumen tali monumento carere sinam (quod diu post cl. Marinii obitum lucem aspexit) hoc iure uti videor, quod Constantius, Constantini magni pater, auctor legis cum Diocletiano est; ideoque ad christiana tempora pertinere hoc monumentum quodammodo potest. Observarunt romani editores notam fuisse hanc legem ex Idatio fast. cons. ad an. CCCII; item (sed obscurius) ex Mamertino geneth. ff. XV; praetereaque Gisbertum Cuperum (anno MDCCXII.) narrare in epistola, se accepisse stratonicensis inscriptionis exemplar ms. ex Asia. Nemo tamen praedictorum adnotavit extare huius legis palmare testimonium apud aequalem Diocletiani Lactantium de mort. pers. cap. VII. ff. 9. quod ego idcirco libenter recitabo, quia legis ipsius historiam ex hoc testimonio belle cognoscimus. *Idem* (Diocletianus) *quum variis iniquitatibus immensam faceret caritatem, LEGEM PRETIIS RERUM VENALIUM statuere conatus est. Tunc ob exigua et vilia multus sanguis effusus, nec venale quicquam metu apparebat, et caritas multo deterius exarsit; donec LEX necessitate ipsa, post multorum exitium, solveretur.* — Ang. Maius.

DICVNT (1)

1 Fortunam rei publicae nostrae, cui iuxta immortales deos bel-
lorum memoria quae feliciter gessimus gratulari licet, tranquil-
2 lo [a] orbis statu, et in *gremio* altissimae [b] | quietis locato, etiam
pacis bonis, propter quam sudore largo laboratum est, disponi
fideleter [c], adque [d] ornari decenter, honestum publicum et ro-
3 mana dignitas | maiestasque desiderant; ut nos, qui benigno favo-
re numinum aestuantes [e] de praeterito rapinas gentium barba-
4 rarum, ipsarum nationum clade conpres|simus [f], in aeternum
fundatam [g] quietem *populorum nostrorum* saepiamus. Etenim
si eos [h] quibus nullo sibi fine proposito ardet avaritia desaeviens,
5 qua [i] sine res|pectu generis humani, non annis modo vel men-
sibus aut diebus, set [k] paene horis ipsisque momentis, ad in-
6 crementa [l] sui et augmenta festinant [m], aliqua continentiae | ra-
tio frenaret; vel si fortunae communes aequo animo perpeti
possent hanc debachandi [n] licentiam, qua pessime in dies eius-
7 modi [o] sorte lacerantur; dissimulando [p] | forsitam [q] adque [r] reticen-
do religiosi in deos videremur; cum detestandam inmanitatem [s] con-
dicionemque [t] miserandam communis animorum patientia tempera-

(1) Monumenti huius textus, expletis coniectura sapiente lacunis, in ephemeridibus arcadicis exhibetur. Ego tamen textum meum malui ex ipso lapidis stratonicensis apographo, quod inter acta archaeol. rom. excusum in aere est, desumere; haud neglectis ubi visum est supplementis; ita tamen ut universam palaeographiam ad normam lapidis stratonicensis revocaverim; haud equidem ut alienam libertatem consiliumve reprehenderem, sed ut institutum meum in his vulgandis vetustae aetatis monumentis sequerer. Utinam vero aquisextiensis quoque lapidis apographum in aere similiter excusum fuisset! Tum demum de tota re longe facilius ac tutius constituissemus. Verum id aliquando factum iri non dubitamus. Interim ad fidem meam declarandam, dicam subinde in minoribus adnotationibus varietates omnes, quibus lapis stratonicensis ab exhibito in ephemer. arcadic. textu differt: supplementa vero coniecturalia modo retinebo, modo secus, prout instituti mei ratio suadebit. Lapidis tamen intolerandos aliquot errores corrigam; sed de re fideliter lectorem admonebo. Versus denique ipsos praelongi lapidis lineola distinguam, et ob legentium commodum numerabo. A. M.

a Lapis *licetranquillo*, vitiosa erasi.

b Editio *altissimo*. Sed spatium erosi lapidis demonstrat legendum *altissimae*.

c Ita lap. Ed. *fideliter*. Sed e pro i saepe Symmachus et inscriptiones.

d Ita lap. Ed. *atque*. Sed *adque* archaismus perfrequens est.

e *Aestuantes* plane mihi non placet neque satis credibile videtur, quamquam in tumida abnormique et exorbitante elocutione versamur. Certe in lapide stratonicensi non legitur nisi . . *antes*. Verumtamen si forte lapis aquisextiensis perspicue habet *aestuantes*, contradicere veritati nequeo.

f Ed. *compr*. At *conp*. pro *comp*. saepe in codd.

g Sic lap. *fundatam*; ita ut sequentis vocabuli *quietem* lateat *m* in lapidis litura. Igitur in alieno supplemento *populorum nostrorum universitatem* delevi meo iure vocab. *universitatem*.

h Lap. *ea*. Ed. *eos in*. Mihi tamen *in* necessario addendum non videbatur.

i Ita lap. At ed. *quae*.

k Ita lapis, ut saepe in codd.; at idem infra *sed*. Ed. *sed*.

l Lap. *increnta*.

m Ita lapis; et recte, quia respondet τῷ *eos*. At ed. *festinat*.

n Ita lapis, non *debacch*.

o Lap. *diesmsmodi*, vitiosa erasi.

p Lap. *dissimulandi*, at mox *reticendi*.

q Ita lap. *m* pro *n*, ut in aliis monumentis non semel. Adi indicem orth. Frontonis, et ind. palaeogr. in T. II. class. auct. vat. p. 388.

r Ed. *atque*.

s Ed. *imm*. In codd. saepe *inm*. pro *imm*.

t Lap. vitiose *quae*.

8 ret. | Sed, quia una est cupido [a] furoris indomiti, nullum communis necessitudinis habere [b] dilectum [c]; et gliscentis avaritiae ac rapaci-
9 tatis [d] aestuantis ardoribus [e], | velut quaedam religio apud inpro*bos* aestimatur [f], in lacerandis fortunis omnium, necessitate po-
10 tius, quam voluntate destitui; adque ultra | conivere [g] non possunt [h] quos ad sensum miserrimae condicionis [i] egestatis extrema
11 traxerunt; convenit prospicientibus nobis, qui parentes sumus | generis humani, arbitram rebus in*tolerandis curam adhibere*; ut quod speratum diu humanitas ipsa praestare non potuit, ad [k] com-
12 mune omnium temperamen|tum remedii provisiones nos*trae suppeditent* [l]. *Huius* quidem causae, quantum communis omnium con-
13 scientia recognoscit, et ipsarum | rerum fides clamat, paene sera pro*curandae* [m] consilia molimur, et remedi inventa [n] comiubemus [o]; ut
14 quod expectandum fuit per iura naturae, | in gravissimis deprehensa delictis ipsa se emendaret humanitas: longe melius existimantes
15 non ferendae direptionis notas a communibus indiciis | ipsorum sensu adque arvitrio [p] supmoveri [q], quos cottidie in peiora praecipites [r], et in puplico [s] nefaria [t] quadam animorum caecitate
16 vergentis [u], inimicos [x] singulis, | et universis reos atrocissimae [y] inhumanitatis gravis noxa ediderat [z]. Ad remedia igitur iamdiu rerum necessitate desiderata prorumpimus [aa]: et securi quidem que-
17 rellarum [bb], | ne aut [cc] intempestivo aut superfluo medelae [dd] nostrae interventu [ee], vel apud inprobos [ff] levior aut vilior aestimaretur [gg],
18 qui tot annorum reticentiam nostram, | praeceptionem [hh] mode-

a Ita lap. At ed. vel *quum illi quibus est cupido.*
b Ed. *habere velint.* Ego delevi supplementum *velint*, respiciens ad superiorem lapidis lectionem *quia una est.*
c Ita lap. *dil.* pro *del.* Et quidem sic in mss. non semel vidi. Ed. *del.*
d Lap. (si recte se habet impressio in aere) *atrapicitis* pro *ac rapacitatis.*
e Lap. *ardoribos.*
f Ita lap. At in ed. *quaedam religione apud improbos firmatum aestimetur.* Ego mutationes et supplementa omisi.
g Ita lap. At ed. *atque se ultra continere.*
h Ed. *possunt.*
i Ed. *conditionis.* Sed *condicio* constanter fere in codd. antiq. V. ind. Fronton.
k Lap. *at.*
l Heic supplementa mutationesque alienas non recepi.
m Ne heic quidem aliena supplementa recepi.
n Lap. *ut remedii vocibus.*
o Ita lap. *com* pro *c n.* Ed. *componi iubemus.*
p Ed. *atque arbitrio.* Porro lapidis lectio archaismum retinet *v* pro *b.* Et quidem fortasse etiam *arvitrio.*
q Ita lap. Ed. *subm.* Sic mox *puplico*; et in fragm. necnon vet. *suptiliter, optulit.*
r Lap. *precipites.*
s Ita lap. At ed. *publico.*
t Lap. *nef.* cum apocope. (Si certe bene expressus fuit lapis.) Vel potius *nefanda* latet in sequentibus litterarum formis.
u Lap. *vergentis.* Ed. *vergentes.* Ego archaismum praetuli.
x Lap. *nimicos* absorpta prima *i* a praecedente.
y Lap. *atrocissima.*
z Ita ed. Mihi placeret *reddiderat.* Certe lapis stratone non habet in litura nisi *rat.*
aa Lap. *prorumpimus.*
bb Ita lap. At ed. *querelarum.* Sed *querella* est sollemnis archaismus.
cc Lap. *ute.*
dd Sequitur scriptum in lapide *medellae.* Sic enim legi solet in vetustis monumentis.
ee Lap. *interventus.* Sed antea *intempestivo* et *superfluo.*
ff Lap. *inprobus.* Ed. *improbos.*
gg Ed. *aestimetur.* Lap. *estimaretur.*
hh Ita lap. At ed. *praeceptionemque.*

stiae sentientes, sequi tamen noluerunt. Quis enim adeo optunsi [a]
19 pectoris, et a sensu humanitatis extorris est, qui ignorare possit, |
immo non senserit, in venalibus rebus, quae vel in mercimo-
niis aguntur, vel diurna urbium conversatione tractantur, in
20 tantum se licentiam diffusisse [b] | pretiorum, ut effrenata libido ra-
piendi, nec rerum copia, nec annorum ubertatibus mitigare-
tur [c]; ut [d] plane eiusmodi [e] hominis [f], quos haec officia [g] exercitos
21 habent, | dubium non sit senper [h] pendere animo, ac etiam de
siderum motibus (1) auras ipsas tempestatesque captare; neque ini-
22 quitate sua perpeti posse, ad [i] spem | frugum futurarum inundari
superi*acto semine* [k] arva felicia: ut qui detrimentum sui [l] exi-
23 stiment caeli ipsius temperamentis abundan|tiam rebus proveni-
re; et quibus semper [m] studium est in quaestum [n] trahere etiam
24 beneficia [o] divina, ac publicae felicitatis affluentiam [p] | stringere, rur-
susque annis sterili*bus frugum contr*actibus adque [q] institorum offi-
25 ciis nundinari: qui singuli maximis divitiis [r] | diffluentes, quae
etiam populosam [s] Asiam explere potuissent, consectentur pecu-
26 lia, et laceratrices centensimas [t] persequan|tur? Eorum avaritiae
modum statui, provinciales nostri, communis humanitatis ratio
27 persuadet. Sed iam etiam ipsas cau|sas [u], quarum necessitas tan-
dem pro*icere* [x] diu prolatam patientiam conpulit [y], explicare debe-
28 mus; ut quamvis difficile sit toto or|be avaritiam saevientem

(1) Innuit superstitiosos improbosque astrologos artis suae vanitate abutentes, ut spem agricolarum infaustis praedictionibus infringerent. A. M.

a Ed. *obtusi*. Lap. *optunse* vel potius *optunsi*. Verum lectionem secundum antiquas regulas ex *tuno*, *optunsi* ab *optundo*.
b Lap. *diffusisse*.
c Ita lap. At ed. *mitigetur*.
d Ed. *et ut*.
e Lap. *planeiusmodi*, vitiosa crasi.
f Ed. *homines*. Lap. *is* pro *es* per archaismum.
g Lap. *offici*.
h Ita lapis; ed. *semper*. Sic apud Cic. pro Scaur. ed. vat. *mecunque*.
i Lap. *ac*. Ed. *aut*.
k Ita suppleo. In ed. variatur suppleturque sic: *aut spem frugum futurarum innovari aut super annos prosperos arva felicia*.
l Ita lap. At ed. *suum*.
m Ita lap. At ed. *semper*.
n Lap. *questum*.
o Lapis videtur habere *veneficia*; cuiusmodi iusitae pronunciationis exemplum est etiam in Frontone p. 14. et in aliis monumentis a me alibi appellatis.
p Lap. *afluentiam*. Ed. *affluentiam*. Sed certe *af*, non *aff*, haud insolita veterum scriptura est. Apud Fronton. *afluere*.
q Ed. *atque*.
r Lap. *devitiis*.
s Lap. *popul*.
t Ita lap. quae est genuina vetus scriptura. Ed. *centesimas*. Videsis meos indices urb. vel palaeogr.
u Ed. *caussas*.
x Ita suppleo; neque enim mihi placuit interponere *ad*, ut deinde scriberetur *provisionem*. Liceret etiam supplere *proculcare*, *prodigere*, *profundere*, *profligare*, *prorumpere*, *prosecare*, *proterrere*, *protrudere*, *propellere*, *proturbare*. Namque in vitiosissimo edicti huius stilo quidvis fere hariolari licet.
y Ed. *comp*.

speciali argumento, vel facto potius revelari [a], tutior tamen intel-
29 legatur remedii constitutio, cum intemperatis|simi [b] homines men-
tium suarum indomi*tam cupiditatem desig*natione [c] quadam et no-
30 tis cogentur agnoscere. Quis ergo [d] nesciat utilita|tibus publicis in-
sidiatricem audaciam, quacumque exercitus nostros dirigi commu-
31 nis omnium salus postulat, non per vicos modo | aut oppida,
sed in omni itinere animo sectionis occurrere; pretia [e] vena-
32 lium rerum, non quadruplo aut oc*tuplo minus exhi*bere [f], ut |
*tale scelus cogitatio*nis et facti explicare humanae linguae
ratio non possit: denique [g] interdum, distractione unius rei,
33 donativo militem | stipendioque privari, et omnem totius or-
bis ad sustinendos exercitus collationem [h] detestandis quaesti-
34 bus [i] diripientium cedere; | *ut ea praemia quae sunt* divitiae
suae, et emeritos labores militis [k] nostri sectoribus omnium
35 comferre [l] videantur; quo depraedato|*res* [m] ipsius rei publicae
tantum in dies rapiant [n], quantum habere gestiant [o]. His omni-
36 bus, quae supra conprehensa [p] sunt, iuste ac merito | permoti;
et [q] cum iam ipsa humanitas deprecari videretur; non pretia [r] ve-
37 nalium rerum (neque enim fieri id iustum putatur, cum | pluri-
mae [s] interdum provinciae felicitate optatae vilitatis, et velut quo-
38 dam afluentiae [t] privilegio glorientur), sed modum statuen|dum
*es*se censuimus(1); ut cum vis aliqua caritatis emergeret (quod
dii omen averterent [u]!), avaritia, quae velut campis quadam
39 inmensitate dif|fusis [x], teneri non poterat [y], statuti nostri finibus
et moderaturae [z] legis terminis stringeretur [aa]. Placet igitur *e*a pre-
40 tia, quae | subditi brevis scriptura designat, ita totius orbis no-
41 stri observantia contineri, ut omnes intellegant egre|diendi ea-
dem licentiam sibi esse praecisam: non inpedita [bb] utique in his [cc]

(1) Notanda heic vis legis, ne imperite miremur cum suprascripto Cupero pretiorum magnitudinem.—A. M.

a Ita lap. Et quidem mihi ita magis placet, quam emendatio aliorum *revelli*. Etenim quod sequitur *agnoscere*, refertur reapse ad *revelari*.
b Ita lap. Ed. *intemperantissimi*.
c Alii supplent *ferociam gubernatione*. Mihi aliter visum.
d Ita lap. At ed. *enim*.
e Ed. *pretiaque*.
f Ita mihi supplendum suadebat lapidis extriti spatium.
g Ed. *sicque*.
h Ed. *conl*.
i Lap. *questibus*.
k Ita lap. At ed. *milites*, laudabiliter quidem, sed haud scio an necessario.
l Ita lap. Ed. *conf*.
m Ed. addit supplementum *orbis et*, quod spatium lapidis non patitur.
n Ita lap. At ed. *dies sibi rapiant*.
o Lap. videtur habere *sensuant* (num pro *censeant*?) Ed. *e xstituant*.
p Ed. *compr*.
q Lap. *ut*.
r Lap. *praetia*.
s Lap. *con plurima*.
t Ed. *affl*.
u Ita lap. Ed. *avertant*.
x Lap. *mensitate diffusis*. Editio libere vagatur sic: *quae velut nebula campis quadam densitate diffusa*.
y Lap. *tenere non poterant*.
z Ita lap. At ed. *moderatione*.
aa Lap. *stringiretur*.
bb Ed. *imp*.
cc Ed *huis*.

42 locis, ubi copia [a] perspicietur afluere [b], | vilitatis beatitudine ; cui [c]
maxime providetur dum praefinita [d] avaritia conpescitur [e]. Inter
43 venditores [f] autem | emptoresque, quibus consuetudo est adire
portus, et peregrinas obire provincias, haec communis actus de-
44 bebit esse | moderatio, ut cum et ipsi sciant in caritatis neces-
45 sitate statuta rebus pretia non posse transcendi, distractionis |
tempore ea locorum, adque [g] discursuum [h], totiusque [i] negotii
46 ratio subputetur, quae iuste placuisse perspicitur, nusquam |
carius vendituros esse qui transferunt. Quia igitur et apud ma-
47 iores nostros hanc ferendarum legum constat fuisse | rationem,
ut praescripto metu conpesceretur [k] audacia ; quod rarum ad-
48 modum est, humanam condicionem sponte beneficam | depre-
hendi ; et senper [l] praeceptor metus iustissimus officiorum inveni-
49 tur esse moderator ; placet ut, si quis contra formam | statuti
huius conixus [m] fuerit audentia [n], capitali periculo (1) subiugetur [o].
50 Nec quisquam duritiam statui [p] putet ; cum in promptu ad|sit per-
fugium declinandi periculi [q], modestiae observantia [r]. Eidem [s]
autem periculo etiam ille subdetur, qui conparandi [t] cupiditate,
51 avaritia [u] | distrahendi [x], contra statuta consenserit. Ab eiusmo-
di [y] quoque noxa inmunis [z] nec ille praestavitur [aa], qui habens spe-
52 cies victui adque [bb] usui neces|sarias, post hoc stulte [cc] tempera-
mentum existimaverit [dd] subtrahendas : cum poena vel gravior es-
53 se debeat inferentis [ee] paenuriam [ff], quam contra statu|ta qua-
tientis [gg]. Cohortamur ergo omnium devotionem, ut res consti-
tuta ex commodo publico benignis obsequis [hh] et debita religio-

(1) Recole testimonium Lactantii a nobis prolatum p. 296. n. 1. A. M.

a Ed. addit *rerum*.
b Ed. *affl*.
c Lap. *qui* Nam idcirco quia veteres eodem modo utrumque vocabulum pronunciabant ?
d Lap. *praefinitavaritia*.
e Lap. *conpiscitor*. Ed. *compescitur*.
f Lap. *vinditores*.
g Ed. *atque*.
h Lap. *discursum*.
i Lap. *totiesque*.
k Lap. *conpescesitur*. Ed. *comp*.
l Ed. *semp*.
m Ed. *connisus*.
n Ed. *audenter*.
o Lap. *subegetur*. Ed. *subiicitur*.
p Ed. *statuti*, cui additur *nimiam*.
q Ita lap. At ed. *declinando periculo*.
r Ita lap. At ed. *modestia et observantia*.
s Lap. *idem*.
t Ed. *comp*.
u Ed. *et avaritia*.
x Lap. *distra entis*.
y Lap. *iusmodi*.
z Ed. *imm*.
aa Ita lap.
bb Ed. *atque*.
cc Lap. *stultemperamentum*, vitiosa crasi. Editor dedit *statuti nostri temperamentum*.
dd Lap. *existamaverit*.
ee Ed. *inferenti*.
ff Ita lap. cum diphth.
gg Ita lap. Ed. *facienti*.
hh Ita lap.

54 ne teneatur [a]; *maxi*|me cum eiusmodi statuto, non civitatibus singulis ac populis adque [b] provinciis, sed universo orbi provisum
55 esse videatur, in cuius *pernici*|em pauci atmodum [c] desaebisse [d] noscantur; quorum avaritiam nec prolexitas [e] temporum, nec di-
56 vitiae quibus [f] studuisse cernuntur, *miti*|gare [g] aut satiare [h] po-
57 tuerunt. (1) | *Igitur* etia*msi summa quaevis caritatis vis ali-*
58 *quando exsisteret*, *tamen* | licitum sit *res umquam venales su*pra osten*sos a nobis pretiorum terminos con*cedere nemini. (2)

(1) Heic finis imponitur textui in arcad. ephem. In aliis autem a me memoratis libris sequuntur alii versiculi duo paene deleti, quorum pauca verba leguntur. Ego vero supputatis praeter propter lacunarum spatiis (nam paulo breviores sunt postremi duo in lapide versus) sic legem absolvere ausus sum. A. M.

(2) Mendosissimus sequitur et imperfectissimus textus de pretiis singularum venalium rerum, quem ego nec emendare satis queo nec aveo: nam et apographo bankiano careo, et in excusa aere tabula acquiescere haud tutum quandoque est: tum quia scio doctos viros tum in Italia tum extra ad hanc tabulam emendandam supplendam cognoscque illustrandam per otium incumbere, malo equidem alienorum laborum spectator esse quam prodromus. Illud mihi exploratum est, fieri non posse ut haec pars edicti satis corrigatur vel suppleatur, nisi lapis ipse stratonicensis iterum iterumque ac diligentissime inspiciatur: praesertim quia aquisextiensis, ut audio, hanc omnino partem desiderat. Ordinem quoque laterculorum, quibus pretia definiuntur, alium in excusa tabula video, alium in editione; qua de re ego quidem nullum queo iudicium ferre, qui neque lapidem neque bankianum apographum prae oculis habeo. Nunc quia pag. 296. num. 1. mentionem Gisberti Cuperi fecimus, praestat eius epistolae verba recitare, unde cognoscere videmur, tabulae tantummodo pretiorum exemplar ad eum missum fuisse, non ipsam Diocletiani legem. Inde etiam cognoscimus haud satis explicuisse Cuperum ponderum mensurarumque sigla; de quibus etsi et ego aliquantum cogitavi, definitam tamen sententiam pronunciare supersedeo. En autem Cuperi verba in epist. XXXII. ad Lacrozium p. 109.

L'on m'a envoyé de Smyrne un catalogue de médailles d'or, d'argent et de bronze, qui sont certainement excellentes, et dont la plupart meritent des réflexions sérieuses; on y a joint des inscriptions anecdotes la plupart grecques, et une latine, qui est bien extraordinaire; elle se voit à Stratonice *en* Carie *sur le frontispice d'une maison, et contient le prix des denrées, qui s'y vendoient sans doute, d'où je conclus, que ç'a été un* macellum, *où se tenoient les* cupedinarii, cetarii, lanii, fartores, piscatores, *selon Terence et* aucupes, *que j'ose adjouter selon un ms.; et qui doivent avoir eu lieu dans cette maison, puisqu'on y taxe un* fasianus pastus ✱ ducentis quinquaginta, *id est, à ce que je crois,* sestertiis, *ou* denariis, *quoique selon la derniere explication un faisan biennourri auroit été à grand marché, ou auroit, couté* 75. florenis batavis. *L'on y parle aussi du prix du miel, de la viande, des oyes, des cailles, du vin, de l'huile et d'autres choses, et même des tailleurs, et de ce qu'ils pouvoient gagner en faisant des habits. Vous voyez, sans doute, par là, Monsieur, que c'est une piece curieuse, et si cette marque* ✱ *est un* denarius, *je suis persuadé, q'il n'y a pas aujourd'hui une ville au monde, où les denrées soient si chères. Voyez en encore un exemple:* carnis bubulae italicae pondo unum ✱ octo. A. M.

a Lap. *teneantur*. Mihi placebat *teneatur*, ita ut sit [illegible]. Ed. *excipiatur*.
b Ita l. p.
c Ed. *atque*.
d Ita lapis. At idem supra [illegible].
e Ita lap.
f Ed. nec causa addit [illegible].
g Lap. [illegible].
h Ed. item aut causa addit *umquam*.

TERMINI PRETIORUM RERUM VENALIUM

EX EDICTO DIOCLETIANI.

Frumenti	K̄	°M	. .		. . .
Hordei	K̄	°M	unum		. . .
Centenum sive sicale	K̄	°M	unum	X	. . .
Mili pisti	K̄	°M	unum	X	cent . .
Mili integri	K̄	°M	. .	X	quinquaginta
Panicii	K̄	°M	. .	X	quinquaginta
Speltae mundae	K̄	°M	. .	X	centum
Scandulae sive speltae	K̄	°M	. .	X	triginta
Fabae fressae	.	.	. .	X	centum
Fabae non fressae	.	.	. .	X	sexaginta
Lenticlae	.	.	. .	X	centum
Herbiliae	.	.	. .	X	octoginta
Pisae fractae	.	.	. .	X	centum
Pisae non fractae	.	.	. .	X	sexaginta
Ciceris	.	.	. .	X	centum
Hervi	.	.	. .	X	centum
Avenae	.	.	. .	X	triginta
Faeni graeci	.	.	. .	X	centum
Lupini crudi	.	.	. .	X	sexaginta
Lupini cocti	.	.	. .	X	quattuor
Fasioli sicci	.	.	. .	X	centum
Lini seminis	.	.	. .	X	centum quinquaginta
. . e mundae	.	.	. .	X	ducentis
. . e mundae	.	.	. .	X	centum
. . . ae	.	.	. .	X	ducentis
Sesami	K̄	°M	unum	X	ducentis
Faeni seminis	K̄	°M	unum	X	triginta
Maedicae seminis	K̄	°M	unum	X	centum quinquaginta
Cannabis seminis	K̄	°M	unum	X	quinquaginta
Viciae (a) siccae	K̄	°M	unum	X	octoginta
Papaveris	K̄	°M	unum	X	centum quinquaginta
Cymini mundi	K̄	°M	unum	X	ducentis
Seminis raphanini	K̄	°M	unum	X	centum quinquaginta
Sinapis	K̄	°M	unum	X	centum quinquaginta
Sinapis conlectae	italicum	*f*	unum	X	octo
Item de vinis. (1)					
Piceni	italicum	*f*	unum	X	triginta

(a) Lap. *bigiae*.

(1) *De vinorum generibus Plinius lib. XIV. sect. 8. et seqq. — A. M.*

Tiburtini	italicum	ƒ	unum	✕	triginta
Sabini	italicum	ƒ	unum	✕	triginta
Aminnei (1)	italicum	ƒ	unum	✕	triginta
Saiti	italicum	ƒ	unum	✕	triginta
Surrentini	italicum	ƒ	unum	✕	triginta
Falerini	italicum	ƒ	unum	✕	triginta
Item vini veteris primi gustus	italicum	ƒ	unum	✕	vigintiquattuor
Vini veteris sequentis gustus	italicum	ƒ	unum	✕	sedecim
Vini rustici	italicum	ƒ	unum	✕	octo
Cervessae cami	italicum	ƒ	unum	✕	quattuor
Zythi	italicum	ƒ	unum	✕	duobus
Item caroeni maeoni	italicum	ƒ	unum	✕	triginta
Crathis (a) attici	italicum	ƒ	unum	✕	viginti quattuor
Decocti	italicum	ƒ	unum	✕	sedecim
. . itis	ital.	ƒ	unum	✕	viginti
Conditi	ital.	ƒ	unum	✕	vigintiquattuor
Apsinthi	ital.	ƒ	unum	✕	viginti
Rhosati	ital.	ƒ	unum	✕	viginti
Item olei.					
Olei floris	ital.	ƒ	unum	✕	quadraginta
Olei sequentis	ital.	ƒ	unum	✕	vigintiquattuor (b)
Olei cidari	ital.	ƒ	unum	✕	duodecim
Olei raphanini	ital.	ƒ	unum	✕	octo
Aceti	ital.	ƒ	unum	✕	sex
Liquamiuis primi	ital.	ƒ	unum	✕	sex
Liquamiuis secundi	ital.	ƒ	unum	✕	*duobus*
Salis $\overset{c}{M}$			unum		centum
Salis conditi	italicum	ƒ	unum	✕	oc . . .
Mellis optimi	ital.	ƒ	unum	✕	qu . . .
Mellis secundi	ital.	ƒ	unum	✕	biginti
Mellis foenicini	ital.	ƒ	unum	✕	octo
Item carnis.					
Carnis porcinae	ital.	Po	unum	✕	duodecim
Carnis bubulae	ital.	Po	unum	✕	octo
Carnis caprinae sive verbecinae	ital.	Po	unum	✕	octo
Bulbae (c)	ital.	Po	unum	✕	bigintiquattuor
Suminis	ital.	Po	unum	✕	biginti
Ficati optimi	ital.	Po	unum	✕	sedecim

(a) Sic ego divinabam, vel *crathidis*; nisi quis mavult *caryi*. Lapidis incerta lectio est *crhyy*. (b) Lapis (si bene expressus fuit) *vigintiquattro*. (c) Nempe *vulvae*.

(1) *Plinius XIV. sect.* 16. ammineum. *Ait enim*: P. Licinius Crassus et L. Iulius Caesar censores anno urbis conditae DCLXV. edixerunt ne quis vinum graecum ammineumque octonis aeris singula quadrantalia venderet. — *A. M.*

Laridi optimi	ital.	Po	unum	✗	sedecim
Pernae optimae petasonis sive menapieae vel cerritanae	ital.	Po	unum	✗	viginti
Marsicae	ital.	Po	unum	✗	viginti
Adipis recentis	ital.	Po	unum	✗	duodecim
Axungiae	ital.	Po	unum	✗	duodecim
Ungellas quattuor et aqualiculum pretio quo caro omnis (a) trahitur					
Isicium porcinum unciae unius				✗	duobus
Isicia bubum (b)	ital.	Po	unum	✗	decem
Lucanicarum	ital.	Po	unum	✗	sedecim
Lucanicarum bubularum	ital.	Po	unum (c)	✗	decem
Fasianus pastus	.	.	. .	✗	ducentis qninquaginta
Fasianus agrestis	.	.	. .	✗	centum bigintiquinque
Fasiana pasta	.	.	. .	✗	ducentis
Fasiana non pasta	.	.	. .	✗	centum
Anser pastus	.	.	. .	✗	ducentis
Anser non pastus	.	.	. .	✗	centum
Pullo . . .	.	.	. .	✗	sexaginta
Perdix	.	.	. .	✗	triginta
Turtur	.	.	. .	✗	sedecim
Turtu . . us	.	.	. .	✗	duodecim
Turdor. . . .	.	.	. .	✗	sexaginta
Palumbo . . .	.	.	. .	✗	viginti
Columbi . . .	.	.	. .	✗	vigintiquattuor
Attage	.	.	. .	✗	viginti
Anas	.	.	. .	✗	quadraginta
Lepus	.	.	. .	✗	centum quinquaginta
Cunic*ulus*	.	.	. .	✗	euadraginta (d)
. . pe . .	.	.	. .	✗	quadraginta
. . . .	.	.	. .	✗	viginti
. . . .	.	.	. .	✗	quadraginta
. . . .	.	.	. .	✗	sedecim
. . . .	.	.	. .	✗	quadraginta
. . bus ma . .	.	.	. .	✗	trecentis
Femina	.	.	. .	✗	ducentis
Coturnices	x.	.	. .	✗	viginti
Sturni	x.	decem	. .	✗	viginti
Aprunae	ital.	Po	. .	✗	sedecim
Cerbinae	ital.	Po I	. .	✗	duodecim
Dorci sibe caprae vel dammae	ital.	Po I	. .	✗	duodecim

(a) Lap. *ois*, quod compendium solet explicari *omnis*. Suspicabar etiam *ovis*. (b) Nempe *boum*. (c) Lap. *uno*.
(d) Ita lap.

Porcelli lactantis	ital. Po I	. .	X	sedecim
Agnus	ital. Po I	. .	X	duodecim
Haedus	ital. Po I	. .	X	duodecim
Sevi	ital. Po I	. .	X	sex
Buturi	ital. Po I	. .	X	sedecim
Item pisces.				
Piscis aspratilis marini	ital. Po I	. .	X	vigintiquattuor
Piscis secundi	ital. Po I	. .	X	sedecim
Piscis flubialis optimi	ital. Po I	. .	X	duodecim
Piscis secundi flubialis	ital. Po I	. .	X	octo
Piscis alsi (a)	ital. Po I	. .	X	sex
Ostreae	N. centum	. .	X	centum
Echiui	N. centum	. .	X	quinquaginta
Echini recentis purgati	ital. *f*	unum	X	quinquaginta
Echini salsi	ital. *f*	unum	X	centum
Sphonduli marini	N. centum	. .	X	quinquaginta
Casei (1) sicci	ital. Po I	. .	X	duodecim
Sardae sive sardinae	ital. Po I	. .	X	sedecim
Item cardus maiores	N. quinque	. .	X	decem
Spo . .	N. decem	. .	X	. . .
Intiba optima	N. decem	. .	X	. . .
Sequentia	N. decem	. .	X	. . .
Malbae maximae	N. qua .	. .	X	. . .
Malbae sequentes	N. dec .	. .	X	. . . .
Lattugae optimae	N. quin .	. .	X	*qua*ttuor
Sequentes	N. decem	. .	X	quat*tuor*
Coliculi optimi	N. quinque	. .	X	. . ttuor
Sequentes	N. decem	. . .	X	quattuo*r*
Cumae (b) optimae fascem I.	N. decem	. .	X	qua*tt*uor
Porri maximi	N. viginti	. .	X	qua*tt*uor
Sequentes	N. quinque	. .	X	*quatt*uor
Betae (c) maximae	N. decem	. .	X	*quattu*or
Sequentes	N. decem	. .	X	. . . . r
Radices maximae	. .	. .	X	*qua*ttuor
Sequentes	N. vig.	. .	X	. . . . .
Rapae maximae	N. decem	. .	X	. . . . .
Sequentes	N. bi .	. .	X	q . .
Ceparum siccarum	P .	. .	X	qu . .
Cepae birides primae	N. bigintiq*uinque*	. .	X	quattuor

(a) Ita lapis, non *salsi* ut ed. Mox tamen *echini salsi*. (b) Scilicet *cymae*. (c) Lap. *letae*.

(1) *Cur caseus inter pisces? Videtur igitur vel mendosa lectio, vel piscis alicuius inauditum nomen; nisi id forte est incredibile.*

Sequentes	N. quinquaginta	. .	X	quattuor
Alei	ital. M.	unum	X	sexagiuta
Sisindriorum fascem . .	N. biginti	. .	X	decem
Capparis	ital. M.	. .	X	centum
Cucurbitae primae	N. decem	. .	X	quattuor
Sequenter	N. decem	. .	X	quattuor
Cucumeres primi	N. decem	. .	X	quattuor
Sequentes	N. biginti	. .	X	quattuor
Melopepones maiores	N. duo	. .	X	quattuor
Sequeutes	N. quattuor	. .	X	quattuor
Pepones	N. quattuor	. .	X	quattuor
Fasiolorum fascis habens	N. XXV	. .	X	quattuor
Asparagi hortulani fascis habens	N. XXV	. .	X	sex
Asparagi agrestes	N. quinquaginta	. .	X	quattuor
Rusci fasces habens	N. sexaginta	. .	X	quattuor
Ciceris birides fasciculi	N. quattuor	. .	X	quattuor
Fabae biridis purgatae	ital. *f*	unum	X	quattuor
Fasioli biridis purgati	ital. *f*	unum	X	quattuor
Germina palmae *s*ive elatae	N. quattuor	. .	X	quattuor
Vulvi (a) agri sive fa . .	N. vigınti	. .	X	duodecim
Vulvi minores	N. quadraginta	. .	X	duodecim
Ova	N. quattuor	. .	X	quattuor
Pastinacae (b) maximae fascis habens	N. XXV	. .	X	sex
Sequen*tes*	. .	. .	X	sex
Cochliae . . .	N. viginti	. .	X	quattuor
Sequentes	N. quadraginta	. .		quattuor
Condimen . . (1) raemis quorum fasces (c)	N. octo	. .	X	quattuor
Castana	N. centum	. .	X	quattuor
Nuces optimae virides	N. quinquaginta	. .	X	quattuor
Nuces siccae	N. centum	. .	X	quattuor
Amugdalarum purgatarum	ital. *f*	unum	X	sex
Nucium abellanarum purgatarum	ital. *f*	unum	X	quattuor
Nucles pine*ae* purgati	ital. *f*	unum	X	duodecim
Psittacior*um* . . .	ital. *f*	unum	X	sedecim
Zizufor*um*	ital.	. .	X	quattuor
Cerasior*um*	. .	. .	X	quattuor
Praecoc*ium*	. .	. .	X	quattuor
Durac*inorum*	. .	. .	X	. . .
Sequentia	. .	. .	X	. . .

(a) Idest *bulbi*. (b) Lap. *pastinacae*. (c) Lap. *facies*.

(1) *Condimenta quidem viridia, olera sunt.*

Calcis (a) coctori		X	quinqua*ginta*
Marmorario . .		X	sexa*ginta*
Musaeario . .		X	sexa*ginta*
. . . ario ut *supra*		X	qu*inquaginta*
. . . ri parietario uti supra diurni		X	septuaginta
. . . ori imaginario ut supra diurni		X	centum quinq . .
Carpentario ut supra diurni		X	quinqu*aginta*
Fabro ferrario ut supra diurui		X	quiuqua*ginta*
Pistori ut supra diurni		X	quiuquaginta
Naupego iu navi maritima diurni		X	sexaginta
In nabi (b) amnica ut supra diurni		X	quinquaginta
Lateris crudi ad laterculos diurnam mercedem . .		X	duos
In laterivus (c) quattuor pedum virium (d), ita ut ipse sibi inpeusam pr*aeparet* pasto. Item lateris ex luto diuruam mercedem in lateribus n. octo, ita ut ipse sibi iupensam praeparet pasto		X	duos
Camelario sive asinario et burdonario pasto diurni		X	vigiuti
Pastori pasto diurnos		X	viginti
Mulioni pasto diurnos		X	vigintiquinque
Mulomedico tonsurae et aptaturae pedum in capite uno		X	sex
Deplecorae et purgatorae capitis per singula capita		X	vigiuti
Tonsori per homines singulos		X	duos
Tonsori pecurum in uno capite pasto		X	duos
De aeramento.			
Aerario iu orichalco mercedis	in Po I	X	octo
In cupri	in Po I	X	sex
In vasculis diversi generis	in Po I	X	sex
In sigillis vet statuis		X	quattuor
In doctilis (e) aeramenti		X	sex
Reastae imaginario diuruae mercedis pasto		X	septuagi*nta*

(a) Lap. coctor. (b) *Nave.* (c) *Lateribus.* (d) Ita lectum in lap. (e) *Ductilis.*

Reliquis plastis gupsariis pruetis (a) diurnos		X	quinquaginta
Aquario omni die operanti pasto diurnos		X	vigintiquinque
Cloacario omni die operanti pasto diurnos		X	vigintiquinque
Samiatori in spatita ex usu		X	vigintiquinque
In casside ex usu		X	vigintiquinque
In sequri		X	sex
In bipenni		X	octo
Baginas spatitas (b)		X	cen . .
Mem . . . . ione peiali (c) pergamen . .		X	. . . . .
Scriptori in scriptura optima versuum	x. centum	X	. . . . .
. . . ie . . scripturae bersuum	x. centum	X	. . . . .
Tabellanioni (d) in scriptura libelli bel tabulae . . sibus	x. centum	X	. . . . .
Bracario pro excisura et urnatura		X	centum
Pro birro qualitatis primae		X	quadraginta
Pro birro qualitatis secundae		X	vigint . .
Pro caracalla maiori		X	viginti
Pro caralla minori		X	viginti
Pro bracibus		X	viginti
Pro udonibus		X	quattuor
Sarcinatori in veste soubtili replicatorae .		X	sex
Eidem aperturae cum subsutura holosericae		X	quinquaginta
Eidem aperturae cum subsutura subsericae		X	triginta
. . o suturae in veste grossiori		X	quattuor
. . ntunclum equestrae quodetile album sive nigrum livrarum trium		X	centum
. . entunclun p . . te . . i ornatum ab usu ponderis si . . atori		X	CC quinq . . .
. . ca muliebri vulgari rudi		X	sedecim
. . . .		X	decem
. . istrictori bi . . i live tela		X	decem
. . uus . . .		X	sex

(a) Mendosa lectio. (b) Primum vocabulum intellige *vaginas*. Alterum scribitur *patitas*; sed supra *spatita*. (c) Mendosa lectio. (d) Ita lap. pro *tabellioni*.

. . nin . . ai . . oti rude	X	sex
auusu	X	dos
Sagum sive ra . . anam rudem	X	sedecim
Ab usu	X	sex
In tapete rudi	X	vigintiquattuor
Ab usu	X	decem
Geromatrita in singulis discipulis menstruos	X	quinquaginta
Paedagogo in singulis pueris menstruos	X	quinquaginta
Magistro instituto (a) litterarum in singulis pueris menstruos	X	L
Calculatori in singulis pueris menstruos	X	septuaginta quinque
Notario in singulis pueris menstruos	X	quinquaginta quinque
Librario sibe antiquario in singulis discipulis menstruos	X	quinquaginta
Grammatico graeco sive latino et geometrae in singulis discipulis menstruos	X	ducentos
Oratori sive sufistae in singulis discipulis menstruos	X	ducentos
Avvocato sive iuris perito mercedis in postulatione	X	ducentos quinquaginta
In cognitione	X	mille
Architecto magistro per singulos pueros menstruos	X	centum
Capsario in singulis lavantibus	X	duos
Balneatori privatorio in singulis lavantibus	X	duos
De pellibus babylonicis seu trallianis vel foeniceis.		
Pellis babylonica primae formae	X	quingentis
Formae secundae	X	quadraginta
Pellis tralliana	X	ducentis
Pellis foenic . . .	X	centum
Pellis vaccitena	X	trecentis
De curiis bubulis.		
Corium bubulum infectum formae primae	X	quingentis
Idem confectum ad solenda cal-		

(a) Nam institutori.

caementa	✗	septingentis quinquaginta
Ad loramenta	✗	sesentis (a)
Curium secundae formae infrctum	✗	trecentis
. . a infec . .	✗	. . . . . .
. . . . . .	✗	. . . . . .
. . a maxima infecta	✗	. . . . . .
. . fecta	✗	. . . . . .
. . e apis prima	✗	cen . . .
. . actum	✗	ducen . . .
. . dina infecta	✗	decem
. . ta . . .	✗	sedecim
. . e infecta	✗	quadraginta
. . . . . .	✗	sexaginta
. . . . . .	✗	decem
. . . . . .	✗	quindecim
. . . . . .	✗	. . . . . .
. . e formae infecta	✗	septuaginta $\overline{\text{V}}$.
. . . . . .	✗	centum
Pell . . .	✗	. . quinque
Eadem . . .	✗	. . inta
Pell . . .	✗	. . . . . .
Eadem con . . .	✗	. . . . . .
Pellis castori	✗	. . um
Eadem confecta	✗	. . . . . .
Pellis ursina ma . . .	✗	. . tuaginta
Eadem confecta	✗	. . . inta
Pellis lupi cervarii	✗	. . . . . .
Eadem confecta	✗	. . . . . .
Pellis vituli marini	✗	ducentis quinquaginta
Eadem confecta	✗	mille quingentis
Pellis leopardina infecta	✗	mille
Eadem confecta	✗	mille ducentis quinquaginta
Pellis leonina confecta	✗	mille
De tegestribus.		
Tegestrae de caprinis pellis	✗	sescentis
Pulicare tenennimum (b) et maximum	✗	sescentis
De formis caligaribus.		
Formae caligares maximae	✗	centum
Formae secundae mensurae	✗	octoginta
Formae muliebris	✗	sexaginta
Formae infantilis	✗	triginta

(a) Ita lap. (b) Num *tenerrimum*?

De caligis.			
Caligae primae formae mubonieae sive rusticae par sine clavis	. . . .	X	ducentis viginti
Caligae militares sine clavo	. . . .	X	centum
Caligae patricii	. . . .	X	centum quinquaginta
Caligae senatorum	. . . .	X	centum
Caligae equestres	. . . .	X	septuaginta
Caligae muliebres par	. . . .	X	sexaginta
Cal . . pagi militares	. . . .	X	septuaginta quinque
De soleis et callicis.			
. . icae viriles rusticanae bisoles par	. . . .	X	octaginta
. . icae viriles monosoles par	. . . .	X	quinquaginta
. . icae cursuriae par	. . . .	X	sexaginta
. . rinae mulievres . . visoles par	. . . .	X	quinquaginta
. . ae muliebres monosoles par	. . . .	X	triginta
. . eis babilonicis et purpureis et foeniceis et alvis	. . . .	X	centum viginti
. . babilonicae par	. . . .	X	sexaginta
Purpurei sive foenicei par	. . . .	X	
. . ci ol . .	. . . .	X	. . . . . .
. . ci muliebres	. . . .	X	. . . . . .
. . auratae	. . . .	X	. . . . . .
Socci babilonici pur . .	. . . .	X	. . . . . .
Taurinae inauratae	. . . .	X	. . . . . .
Taurinae lanatae	. . . .	X	. . . . . .
De loramentis.			
Avertae primae for . .	. . . .	X	mille quin . .
Scoroseum militare	. . . .	X	quingent . .
Paramma mulare seu . .	. . . .	X	octigentis
Capistrum equestre	. . li	X	septuaginta
Frenum equestre ee . .	. . usum	X	centum
Frenum mulare	. . . .	X	centum viginti
Capistrum *mulare*	. . . .	X	octoginta
De zonis militar*ibus*.			
Zona babilonica	. . . .	X	centum
Item lata	. . . .	X	ducentis
Subalare ba . .	. . . .	X	centum
Zona alba	. . . .	X	sexaginta
Item digi . .	. . . .	X	*sept*uaginta
De utr*ibus*.			
*Ut*rem primae formae	. . . .	X	centum viginti
*Ut*rem olearium prim . .	. . . .	X	centum

Utrem mercedem diur . .	. . . .	X	duos
De scortiis.			
Scortia in sextario uno	. . . .	X	viginti
Thecam cannarum	x. quinque . .	X	quadraginta
Flagellum mulionicum cum virga	. . . .	X	sedecim
Corigiam aurigalem	. . . .	X	duobus
De sactiis caprinis sive camellinis.			
Pilorum infectorum	P. 1 . .	X	sex
Pili neti ad diavernas vel factos	P. 1 . .	X	decem
De sagmis.			
Sagma burdonis	. . . .	X	trecentis quinquaginta
Sagma asini	. . . .	X	ducentis quinquaginta
Sagma camelli	. . . .	X	trecentis quinquaginta
De zabernis.			
Zabernarum sive saccorum par habens pondo trigin . .	. . . .	X	quadragentis
Saccopatitnai latitudinis pedum trium longitudinis quantum fuerit pro singulis libris	. . . .	X	sedecim
De materiis.			
Materia vigenia qubitorum quiugenta latitudinis in quadrum cubitorum quattuor	. . . .	X	quinquagiuta milibus
Cubitorum quadragiuta quinque latitudiuis suprascripti	. . . .	X	quadraginta milibus
Cubitorum x quadragiuta latitudinis SS (a)	. . . .	X	triginta milibus
Cubitorum triginta quinqne latitudinis per quadrum digitorum octoginta	. . . .	X	duodecim milibus
Cubitorum viginti octo latitudinis in quadrum cubitorum quattuor	. . . .	X	decem milibus
Cubitorum x triginta latitndinis in quadrum digitorum septuaginta duum	. . . .	X	octo milibus
Cubitorum viginti quinque latitudinis in quadrum sexaginta quattuor	. . . .	X	sex milibus
Eadem praetia etiam materiae pinae sunptae stituta materiae roboreae cubitorum quattuor	. . . .	X	quinque milibus

(a) Nempe *suprascriptae*.

Decimi in longum latitudinis in quadrum sexaginta octo	. . . . .	X	ducentis quinquaginta
Materiae praxinae qubitorum quattuor decem in longum latitudinis in quadrum digitorum quadraginta octo.	. . . . .	X	ducentis

Ab editore romano (in act. archaeol.) lapidis stratonicensis additur comparationis gratia fragmentum de pretiis similiter venalium rerum loqueus, quod Caietanus Marinius in veliternum museum borgianum intulit, nuc autem in museo neapolitano borbonico abservatur. (1).

Austoribus	in cupa una	numm.	XXX
Tabulariis	in singulis apocis	numm.	XX
Exasciatori	in cupa una	numm.	X
Palancariis qui de ciconiis ad templum cupas referre censuerunt	. . .	numm.	. . .
Custodibus cuparum	. . .	. .	. . .
De ampullis placuit ut post degustationem possessori reddantur.	. . .	. .	. . .
Professionariis de ciconiis statim ut advenceret (sic) vinum	in cupa una	numm.	CXX.

I

Romae in hypogeo basilicae vaticanae repertus lapis anno 1609. in parietinis sacelli Iohannis VII. P. M.

. . . . per auggg. Fl. Eutherio suo salut.
. . . . praecipuo cunctorum plane est tenenda consensu
. . . . no fas ducimus vel cultibus ut ulla depereat praeroga–
. . . . niudere adque insultare reliquiis praedium pro
. . . . o sacris certum est ministeriis ad quem mysteriis
. . . . m saepta consurgerent verum etiam pauperum
. . . . oc iugiter divina communiter adque humana
. . . . dem constituta possessio experiatur emptores
. . . . que perpetuam praeter venerabiles cultus ulla
. . . . s muniendis fides adque reverentia perennis
. . . . iestate perpetua certum est esse venerabilem
. . . . custodiam ꝟ data die pridiae (sic) kal. maias.
. . . . CC cons. (2)
PROSB ꝟ

(1) Videsis ephem. pisan. T. XVI. art. 6. p. 192.
(2) Don cl. XX. n. 120, ex eoque Mur. p. 1091. 1. Vide Dionys. crypt. vat. tab. 27.

1

Romae.

. . . .
. . odo iudicio repellatur utrum quicunque intentionibus suis probationes
... habeat adeundi iudicis liberam potestatem ac manifestis indiciis
.. et edat, ut pro qualitate factorum (1) conpetenter in eum qui convictus fuerit
.. ut quod si minime potuerit eaq. intentaverit conprobare, scire debet se
*sen*tentiae subiugandum (2). Sane si quis alicui maiestatis crimen intenderit
.. smodi obiectus minime quemquam privilegio dignitatis alicuius astrictiori
.. one tueatur, sciat se quoq. tormentis esse subdendum, si aliis manifestis indi-
*ciis a*ut argumentis accusationem suam non potuerit conprobare, cum in eo qui
.. e temeritatis deprehendatur. Illud quoq. tormentis erui oporteat cuius *suasu*
*a*dque instinctu ad accusationem accessisse videatur, ut ab omnibus tanti *faci-*
noris consciis vindicta possit reportari ❧
.. autem quod adeundi quoq. iudicis tam statutis parentum nostrorum quam
*no*stris sanctionibus interclusa sit facultas, omnibus cognitum est : cum eiusmodi
.. audientia non debeat commodari, quandoquidem eos pro tanti sceleris audacia
*con*veniat subiugari ❧
.. ue sive libertis qui dominos vel patronos accusare aut deferre temptant eius
.. iuxta antiqui quoq. iuris statutum observandum esse censuimus, ut scilicet
.. m atrocis audaci ae statim in admissi ipsius exordio per sententiam iudicis
.. r ac denegata audientia patibulo adfixus : qui ad eiusmodi desperationem
.. t exemplum ceteris praestet, ne quis (3) in posterum audacia (4) simili existat ❧
.. undiq. versum securitati innocentium consulatur, placet etiam famosos *libel-*
los non admitti quos sine (5) nomine propositos si qui invenerit, statim destrahere ad
.. e vel igni debebit exurere. In quibus etiam iudicium eiusmodi observa per ignem
.. sit ut si forte ad se talis libellus perlatus fuerit, is eum praecipiat concit-
.. iusmodi scripturam ab audientia iudicis penitus oportet submoveri manen-
.. os inquisitione qui libellos eiusmodi proponere ausi fuerint, ut reperti debi-
.. tatis suae potius subiciantur ❧
.. taq. omnibus tam ad praefectos nostros quam etiam et praesides et rati-
onalem magistrum privato (6) scripta direximus quorum exempla alio edicto nostro
.. smodi legem statutumq. continent plenissime declaratur ❧
.. stis conscientia vestra quae testis est praebet eam summam clementiae
.. pectibus et fuisse semper et esse curatum, ut beatitudo urbis romanae
.. nostris obtemperet adversus omnes omnino calumnias quas in universum
.. s caesarianorum desperatio porrigebat firmissimis munita securitatibus ❧ (7)

(1) Mur. et Mar. *facturum*. — A. M.

(2) Hinc vides recte me emendasse *subiugetur* in edicto Diocletiani p. 301. vers. 49 — A. M.

(3) Mur. et Mar. *ne suis*. — A. M.

(4) Mur. et Mar. *audaciae* — A. M.

(5) Mur. et Mar. *sive*. — A. M.

(6) Mur. et Mar. *privatae*. — A. M.

(7) Mur. p. 580. e schedis bibliothecae ambrosianae. Mr. — Fragmenta legum Constantini magni dicit Muratorius. Ego aliquot supplementa inclinatis litteris inserui. — A. M.

1

Anxani.

. . . .
. . . pro salute publica et
civium commodo res curare et utilia con-
stituta principis auctoritate firmata
conservare integra ne . . . . .
. . . . . quod solet acci-
dere . . . . . . congregatis
omnib. . . . . . . adiutore
V. devot . . . .
. . . . foro conciliab . . .
. . . annonam . . . venalia
. . . . dare ali
. . . .
aug. Anxian. adstant ordin. tribus Avienus.
Iustinianus rector tam decurionum quam etiam
collegior. omnium cons . . . publici incidi praecepit ut
. . . .

Iucundus	Faustinus	Salutaris
Discolius c̄u FF.	Primus c̄u FF.	Leo
Felix	Proculus et F.	Trianus
Discolius	Nericianus	Probus
Varrus c̄u FF	. . . .	Marcellinus
Ennid.	Saturninus cum FF.	Faustinus c̄u FF. (1)
Nero		

2

In Asia minore inter rudera in pago Alekiam *prope* Carahissar. (2)

. . . tpricr
a civitas
Constantinopoli
imp. Caes. Constantinus
maximus goth. victor ac triump-
hator aug. et Flavia Constantina (3)

(1) Mur. p. 566. 1. qui habuit a Petro Polydoro.

(2) Sequentem inscriptionem ait Marinius se sumere a Pocokio atque ad an. 331. refert. Sed enim scheda Marinii mendosissima et prope insanabilis est; ego autem Pocokii libro careo. Quare coniecturis aliquando indulsi ut verba monstrosa corrigerem, sensumque aliquem inde efficerem. — A. M.

(3) Miror equidem hanc lectionem. — A. M.

alamanu et Flavius Constantius NN BB
Caess. salutem dicunt
ordini civit. Orcistanorum.
Actum est indulgentiae nos-
trae munere . . . s vobis civita-
tis tributom . . un . . o remo-
vere ut ubertatis etiam privi-
legium custodire itaque n
dienorum iniuriam ultra in-
dulgentiae nostra beneficia
perdurantem praesenti
scriptione removemus; idque
oratis vestris petitionique
deferimus ut pecuniam quam
proculeis . . . ie solebatis in-
ferre, minime deinceps dependa-
tis hoc ill . . ituna virum perfe-
ctissimom rationalem asia-
nae dioeceseos lenitas nostra
perscribsit, qui secutus for-
mam indulgentiae concessae
vobis pecuniam deinceps pro
supradicta specie expeti a vo-
bis postularique prohibebit.
Bene valere vos cupimus.
Tasso et Abiabio cons.

In altero lapidis latere sequuntur legum alia fragmenta, quae versus 48. explent; verum adeo prodigiosis in scheda erroribus scatent, ut ea satius sit omittere, ne quid ridiculum et inutile lectoribus exhibeam. Inter cetera perspicue legitur Have Abiabi carissime nobis; *quae salutatio consonat cum legum constantinianarum et M. Aurelii epistolarum a me editarum formulis* — A. M.

I

Edictum Athalarici regis, quod insculptum tabulis marmoreis stetit olim in atrio basilicae vaticanae.

IOHANNI PAPAE ATHALARICUS REX
Si antiquis principibus studium fuit leges exquirere, ut subiecti populi delectabili tranquillitate fuerentur, multo praestantius est talia decernere, quae possunt sacris regulis convenire. Absint enim a nostro saeculo damnosa compendia. Illud tantum vere possumus lucrum dice-

In vita Stephani III. apud Bibliothecarium sunt nomina Theophylacti et Gemmuli tunc viventium. — Zacharias fuit P. I. Gregorii III. successor. Moschus cardinalis fuit sub Gregorio III, ab ipso creatus, ut notat Ciacconius; et hodie (an. 1616. die 6. oct.) visitur sepulchrum illius in eccl. S. Caeciliae trans Tiberim, parte laeva ingred. templum, his verbis in marmore inscriptis.

Sepulcrum qui in hanc aedem venerandae
Christi martyris Caeciliae situs est, in quo
et quiescit in pace Moschus humilis
diaconus scae sedis apostolicae. Omnes exposcens ut pro me Dnum exoretis,
quatenus eiusdem sacratissimae Virginis interventione, cunctorum consequi merear indulgentiam delictorum.

P. 211. 2. Ex apographo L. Holstenii; Gallett. inscr. rom. T. I. p. 7; Hugon. stat. p. 26. Fabrett. p. 416; Martinell. Rom. ex eth. sac. p. 278; Rondanin. de SS. Ioh. et P. p. 107. et de basilic. S. Clem. p. 243.

P. 214. 1. Margar. n. 30; Mur. p. 1881. 1; Borgia conf. vat. p. 242; Cancellar. de secretar. p. 674; Blanchin. praef. ad T. I. Anastas. Hinc cognoscimus consuetudinem plura in uno templo constituendi altaria. Vide Borg. op. cit. p. 201; Remondin. hist. Nol. T. I. p. 412; B. Card. Thomas. T. VII. opp. p. 20. Muratorius adnotat Gregorium III. fuisse erga monachos optime affectum; verumtamen non animadvertit Benedictinos tum primo ad S. Paulum fuisse deductos, ut hic docet lapis. De his donationibus sacris, marmore excusis, loquitur Baronius ad an. 604. n. 4.

P. 223. 1. Exscripsit Odericus p. 270. Vide Morcell. de S. Gregor. agrigent. p. VIII; et Marinii papyros n. 10—38.

P. 224. 2. Blanchin. ad Anastas. T. III. p. 198; et vindic. canonic. scriptur. p. XLIV; Fontanin. in calce operis de disco. Confer S. Hieronymi prologum galeatum. Vide et Mur. T. III. AA. med. aev. p. 840; Gallett. T. I. p. 305; Vitr. hist. dissert. de S. Clem.

P. 239. 3. Grut. p. 282. 2. Ex codice einsild. dedit etiam Mabill. analect. T. IV. p. 493. De hac inscriptione videsis insignem locum Saresberiensis ex prologo policratici praemissum editioni Gudii. In nummo apud Bandur. T. II. et Vaillant. T. III. recitatur haec eadem inscriptio. Nardinius (ed. ult. an. 1819. T. III. p. 211) et Venutus Rom. T. I. p. 12, aliique animadverterunt verba *instinctu divinitatis* superaddita videri, ubi antea fortasse erat *diis faventibus*; idque factum creditur postquam Constantinus evasit christianus. Certe in marmore interpolatio aliqua apparet. (Ego puto inscriptionem excusam fuisse ab ethnico romano homine, quia Roma nondum christiana erat, Constantinum autem religione sua quam iam animo fovebat commotum, epigraphem statim emendari iussisse. A. M.) Vide et Bos. de cruc. triumph. p. 640; Gretser. de cruce p. 477. De phrasi *instinctu divinitatis* Zachar. hist. litt. T. XII. p. 404. Apud Ruinart. act. M. ed. Veron. p. 408. *instinctu crudelitatis*. Apud Lactant. de mort. persec. cap. III. *instinctu daemonum*.

P. 245. 1. Mazoch. p. 158. b; Gruterus 283. 1. ex Smetio qui vidit. Walchius in emend. Grut. corrigit *solariorum*.

P. 250. 2. In lapide revera est *potestas* pro *potestat*. iustiore lectione. Ex Panvinio et Smetii codice Gruterus p. 159. 6. Mur. p. 259. 5. Aldus in cod. vat. 5253. interpolatam putat abraso nomine Commodi.

P. 250. 5. In schedis Marinius complures congessit inscriptiones de Turciis Apronianis Asteriis, de qua gente legesis ed. veronens. S. Paulini p. 799; Mur. T. I. anecd. lat. p. 141; notit. florent. an. 1780. p. 548. Scribe autem *Aproniani*, non *Approniani* ut perperam est in vol. I. Marin. p. 112. 7.

P. 259. 3. Ediderunt Chaupy vill. Horat. T. III. p. 78; Amadut. notit. flor. A. 1766. p. 92. Tradidit Amadutio itemque Marinio card. Ganganellius (qui fuit papa Clem. XIV.) aiebatque repertum lapidem prope Podium Myrtetum. Gallettus de primicer. p. 267. castrum *Arci* excitatum ait in loco ubi Curae (Cures) Sabinorum fuerunt. Holstenio autem (vide Cellar.) *Cures* nunc sunt *Corese*. Porro *Fabio* non *Flavio* legebat etiam Amadutius.

P. 261. 1. Edidit Donius cl. III. n. 67; Mur. p. 262. 1. 361. 1 divisim; Donat. p. 149. 6.

P. 263. 1. Confer Lancillott. inscr. Sicil. cl. IV. n. 35.

P. 270. 5. Grut. p. 159. 8; Spon. miscell. p. 166. Reines. var. lect. III. 16. *ma* supplet *maritimam*, hoc est *usque ad maritimam*. Gruterus censet intelligendam *Massiliam*. Maffaeius quoque intelligit *Massiliam*, et supplet *posui statuit* vel *suscepit*. Edidit etiam Petrus Saxius in hist. pontif. Arelat. p. 58. ubi multa de hoc Auxiliari Pr. Pr.

P. 271. 3. Daniel *Forche caudine* p. XVI. Confer Gud. p. 86. 1; Chaupy T. III. p. 483; De Vita T. I. p. XIX. Gudius legendum censet *cos. XI*, Holstenius malebat *cos. X*.

P. 272. 2. Marinius in scheda recitat ex Grutero 1019. 8. aliisque similem inscriptionem Tarracone positam cum unica diversitate in 1. versu FFF. LLL. quas litteras Finestresius inscr. Catal. cl. II. n. 40. explicat *Flaviis*, contradicente Masdeu hist. critic. Hisp. T. II. P. I. p. 336. qui explicat *felicissimis liberalissimis patribus patriae*. Ait enim scriptum fore FLLL, si Finestresii coniectura recte se haberet.

P. 272. 5. Mazoch. p. 6; Grut. p. 287. 1; Ephem. pisan. T. XIV. p. 302; Mabill. analect. T. IV. p. 485; Mur. p. 466. 1. cum varietatibus.

P. 274. 2. Grut. p. 271. 4; Marinius non dubitat male fuisse lectum *Fabius conser.* pro *Flavius Leontius V. C.* qui fuit praefectus Urbis an. 355. Certe apud Mur. p. 262. 4. lapis sic: *D. N. Constantio augusto Fl. Leontius V. C. praef. urbi iter. vice sacra iudic. D. N. M. Q. eius.* Vide Corsinium de praef. 198. Vide et lapidem apud Mur. p. 393. 5.

P. 276. 2. Du Chesne T. II. hist. Franc. scriptt. p. 645. ex antiquo codice; Sirmond. opp. T. II. p. 1119. cum hoc lemmate *Fardulfi abbatis aedibus inscriptum*. De hoc Fardulfo Alcuinus opp. T. II. p. 552.

P. 278. 1. De Aniciis Montfauc. in palaeogr. p. 206. 207; et Merenda ad S. Damas. p. 120.

P. 281. 2. Mazoch. p. 8; Grut. p. 391. 5. Ursin. imag. vir. ill. p. 48. Vide Heins. in praef. ad Claudianum, qui sane fuit ethnicus, ut docet Vossius de poetis lat. Falsa haec inscriptio creditur, de qua re Bertolius dissert. de mus. Veron. p. 101. In exemplari Mazochii inter libros vaticanos occurrit haec inscriptio manu Colutii, cum Metelli emendationibus. Vide et Graev. AA. RR. T. III. p. 226.

P. 287. 3. Marinius in scheda corrigit *Flavio Placidio Severo V. C. procos. orientis V. S. iudicanti procos. pr. pr. prov. Africae et V. S. iudicanti praef.* etc. *Placidius Severus* etc. Citat Marinius schedas vaticanas Mauutii in cod. 5253. Item Nerin. de eccl. S. Alexii p. 353. V. Corsin. de P. Urb. p. 271. Hic fuit consul cum Fl. Iordane A. U. 1223. Marcianilla fortasse filia Fl. Marciani cons. an. 1225. In schedis barberin. cod. 1675. est *Placidius urbis cons. ord.*, omittiturque τὸ *uurus*.

P. 291. 2. Adnotatio pertinet ad inscr. 3. p. 290. Perturbavit enim numeros Mr. in descriptione scholiorum. De inscriptione autem hac p. 291. 2. sic in scheda lego: Grut. p. 1018; Maccius inscr. mss. T. II. p. 223. 226.

P. 293. 2. Grut. p. 352. 5. Vide dissert. Thomae de Simeonibus de Faltonia Proba. Confer Burman. antholog. T. I. p. 323.

P. 321. 1. Grut. p. 165. 1. Vide Graev. AA. RR. T. III. p. 127. et 295. ed. Venet; Venut. T. I. p. 128. et T. II. p. 97. 98; Mazoch. p. 1. b. mendose.

P. 321. 2. Mazoch. p. 8; Grut. p. 170. 5; Contelor. de praef. Urb. ad A. 381; Mur. p. 701. 2. Vide Graev. AA. RR. T. III. p. 167; Venut. T. I. p. 49; Cancellar. de secretar. p. 46.

P. 322. 3. Mazoch. p. 6; Grut. p. 172. 1; Mabill. analect. T. IV. p. 487. ex cod. einsild. Vide Blanchin. ad Anastas. T. II. p. CXXV; Graev. AA. RR. T. III. p. 241. Est in cod. pal. 833. (p. 35.) toties a nobis citato, cum lemmate *in prima porta Romae*.

P. 324. 3. Oldoin. ad Ciacc. T. I. p. 622; Turrig. p. 404; Aring. T. I. p. 166. Mur. T. II. AA. med. aev. p. 461; Fleetw. p. 437.

P. 325. 1. Mazoch. p. 2; Grut. p. 160. 4; Nardin. lib. VIII. 3; Fabrett. p. 397; Mabill. T. IV. analect. p. 489. ex cod. einsild.

P. 327. 2. Pleniorem dat in scheda hanc inscriptionem Marinius sic: *Salvis domino nostro Zenone augusto et gloriosissimo rege Theoderico Valentiniani V. C. et inl. ex Com. domestico sacri palatii in atrio libertatis. . . quae vetustate. . . ve confect. . .* Ait autem se ita exhibere e scheda Manutii cod. vat. 5253. Vide Spon. miscell. p. 277; Donat. p. 223. 2; Bandur. numism. T. II. p. 60; Don. cl. II. n. 44. cum aliqua varietate; Mur. p. 467. 4.

P. 329. 2. Edidit Sarazanius ad carm. XXI. S. Damasi ex cod. ms. cui titulus *descriptio urbis* Romae; Turrig. p. 360. V. Mur. AA. med. aev. T. II. p. 463. Extat adhuc in eccl. S. Pauli ante sacellum SS. Sacramenti breve fragmentum huius inscriptionis, quod deest apud Margarinium. In epistola Mingarellii ad Marinium rursus exhibetur haec inscriptio, sed mendosa ex cod. bibliothecae SS. Salvatoris Bonon.

P. 339. 1. Grut. p. 192. 2; Mur. p. 466. 2; Corsin. de praef. Urb. ad an. 400.

P. 339. 4. Grut. p. 192. 1; Gelen. de admir. Colon. p. 408. Vide Zachar. inst. lapid. p. 469. 471. 474. In 4. versu Pighius supplebat *Arbogastis*.

P. 340. 3. Grut. p. 149. De hac epigraphe Marinius arval. p. 697. Porro conferre proderit Tacit. hist. III. 8; Liv. XXVII. 39. XXIX. 22. 45. 55.

P. 341. Grut. p. 186. 3; Rocca opp. T. II. p. 183; Thes. diptych. T. II. p. 69. 72. 76; Mercat. do obeliscis p. 291; Burman. antholog. T. I. p. 245. Castalion. var. lect. p. 44. Fontan. de asport. obelisc. vat. p. 73.

P. 347. 1. Edidit illustravitque Guascus T. III. p. 145. Pertinere videtur ad an. Ch. 377. quo anno praefectus fuit annonae Gregorius. Videsis leg. 5. cod. theodos. de pistoribus T. V. p. 182. Ad Gregorium praef. fortasse annonae scribit Symmachus. Gregorium praef. Galliarum an. 383. memorat Sulpicius Severus.

P. 349. 2. Edita in T. II. P. II. memor. valvasens. A. 1753. p. 25. 28. Temporis constantiniani est; immo, ut quidam putaverunt, pertinet fortasse ad imp. G. Valer. Licinianum Licinium aut filium eius, Dacia oriundos, quae Dalmatiae contermina est. Certe is dicitur *magnus* et *dominus*. Pelagia autem Licinii filia est.

P. 350. 1. Extat apud Mur. p. 466. 4. ex Bonfantio, sed a Marinio sic emendata fuit ut est apud me. Confer Bonadam inscr. cl. XI. n. 35.

P. 352. 5. Edita in T. II. *mem. per servire alla stor. lett. di Sicilia* p. 92. et 134. Item in Catin. illustr. T. III. p. 284; inscr. Sic. cl. XVII. n. 23.

P. 353. 5. Guasc. inscr. capitol. T. I. p. 77; Foggin. mus. capitol. T. IV. tab. 54; Venut. T. II. p. 72. numism. alban. Mr. (Porro *rextarravit* prorsus emendandum videtur *restauravit*.)

P. 354. 5. Ex codice archii vat. ubi multa ad urbem Mutinam pertinentia.

P. 356. 4. Spon. iter T. I. p. 232; Gyl. topogr. cpol. lib. II. cap. 11. Confer Zachar. excurs. litt. T. I. p. 250.

P. 357. 1. Grut. p. 186. 1; Bandur. AA. cpol. T. II. p. 734; Gretser. de cruce p. 1895; Cang. Cpol. christ. II. byzant. ed. Ven. T. XXI. p. 86.

P. 359. 2. Mur. p. 2013. 11; voyage pittoresq. des isles de Sicile T. II. p. 55; memor. per serv. alla stor. lett. di Sic. T. I. p. 14. sqq. ubi de patriciis et strategis seu praetoribus Siciliae. Constantinus patricius is fuisse videtur qui saec. X. ineunte praefuit Tauromenio urbi, uti constat ex actis S. Heliae iunioris apud P. Octavium Caietanum S. I.

P. 361. 4. Bold. p. 232; Mamach. T. I. p. 433; Fleetw. p. 348; Zachar. hist. litt. T. II. p. 406. 407. T. XII. p. 410, et dissert. lat. T. I. p. 102; Mabill. iter ital. T. I. p. 135; Georg. martyrol. Adon. T. II. p. 486; Lam. de E. A. p. 221; Urs. hist. T. II. p. 101. In cod. Donii p. 583. in 3. versu *Antonio*, in 5. *flectens*, in 9. *seppeliri*, in ult. *qui multum vixit W. X. VII. tem.*

P. 361. 3. Macedus de archigymnasio rom. p. 33.

P. 364. 5. Extant de hac inscriptione et reliquiis litterae in forma brevis Ben. XIV. P. M. ubi de omnibus Apronianis, et de coem. ad duas lauros, quas litteras vide.

P. 368. 6. Boldett. p. 234; Aring. T. I. p. 270. T. II. p. 347. Oldoinus ad Ciacc. T. I. p. 192. legebat *Caius. PP.* Vide et Farlat. Illyr. T. II. p. 550. 551.

P. 371. 2. Bottar. R. S. T. III. tab. 210. p. 199; Mamach. T. III. p. 96. Marinius in scheda dicit hanc pateram aevi sequioris, neque ad martyrum tempora posse referri, atque epigraphen aliter intelligendam arbitratur. — Mihi vero Marinii sententia parum firma videtur. — A. M.

P. 371. 6. Rondinin. de basilic. S. Clem. p. 190. et 293. Fuit olim ad S. Clem. sub porticu prope portam maiorem in pariete, recitaturque etiam a Martinel. p. 9. qui habet *aequor*.

P. 376. 1. Edidit Ioh. Antonius Rantius in T. III. Pelliceiae p. 148., cum adnotatione quam loco cit. legere licet. Confer Baron. ad martyrol. p. 375; Ughell. T. IV. p. 749. Est in cod. Donii p. 455.

P. 376. 6. Grut. p. 1172. 13. ex cod. pal. (p. 65. Et quidem Grutero deest v. 9. (qui tamen est in cod. pal.) Fleetw. p. 397; Baron. T. V. p. 574; Panvin. de VII. urb. eccl. p. 98; Severan. hist. p. 437. Est etiam in codice clesterneob. Habes inter epigr. S. Damasi carm. XXXI. ed. Sarazan.

P. 380. 8. Reines. cl. XX. p. 249; Mur. p. 1878. 4; Bonada cl. X. n. 36; Fleetw. p. 351; Lam. de E. A. p. 203; Mamach. T. I. p. 415. 421. 422. Vide praecipue Blanchin. H. E. Q. T. II. saec. I. tab. 1. n. 54. p. 213. rursusque p. 418. ubi testimonium Bellorii recitat existimantis hanc inscriptionem nec spuriam nec recentem, quamquam orthographia et litterae longe sequiorem Vespasiano aetatem sapiant. Elegans Venuti AA. di R. T. I. p. 28. coniectura est (a Maraugonio sumpta) Gaudentium fuisse architectum amphitheatri (quod licet dicere etiam theatrum) qui homo a Vespasiano ob cultum christianum videtur occisus. Mr. — Quae sequitur inscriptio de Aurelia Augurina, sic intelligenda videtur quasi lapis ille olim Gaudentio positus, deinde ad Augurinae epitaphium translatus fuerit: quam rem haud raro accidisse scimus. — A. M.

P. 384. 5. Boldett. p. 488.

P. 385. 5. Vide Bornium in dissert. de S. Iulio senatore, cuius quidem corpus servatur Florentiae in eccl. S. Mariae in campo, translatum illuc Roma e coem. Calepodii sub Clemente VIII. PP., teste ibi epigraphe urnae imposita.

P. 385. 9. In primis corrige *Venustus* pro mendoso *Venustis*. Tum vide Reines. cl. XX. n. 332; Aring. T. I. p. 333; Beverin. in not. ad vitam S. Caeciliae. Marinius emendavit ad schedas Sauresii. Dicitur repertus lapis an. 1639. Ob declarationem dictionis *super se* recitat Marinius dictum quoddam (Inscr. in bibl. vat.) *siquis hominem super me posuerit, anathema sit.* Denique sacra verba *levavit se supra se.*

P. 386. 2. Panvin. de VII. eccl. Urb. p. 229; Severan. p. 644. Hugon. stat. p. 152; Gallett. T. III. p. 399; De-Magistris AA. MM. p. 43. Ciampinius de sacr. aed. p. 116. de hac epigraphe disserit, habetque in 1. versu *prae*, in 4. *crates*.

P. 386. 3. Ioh. Bapt. Bovius in opere de ecclesia S. Laurentii p. 205. scribit seriem Cancellariorum S. Sedis, et p. 253. ponit Cencium Sabellium, quem quidem Ciacconius T. I. p. 1166. ait camerarium fuisse itemque procancellarium sub Caelestino III. P. M. Vide Mabillon. mus. ital. T. II. p. 166.

P. 387. 2. Bold. p. 146; Mamach. T. II. p. 239. Idem de ep. hort. antiq. dicit inventam epigraphen an. 1628.

P. 394. 3. Grut. p. 1171. 6. ex cod. pal. (p. 59. b); Fleetw. p. 529.

P. 398. 6. Grut. p. 1162. 2. De hoc lapide vide Ciampin. vet. mon. T. II. p. 112; Victor. de monogr. Christi p. 45; Baron. ad A. 806; Papebroch. T. VII. maii in tract. praelim. de ep. mediol. p. LXX. n. 73. et 74. Omnes aliquam emendationem lapidi inferunt, scilicet in era, in indictione, in annis episcopatus.

Marinius cum aliis annum Christi 846. statuere videtur. Revera in ectypo quod inter schedas Marinii reperio τῷ DCCCVI. superadditum video XL; item indict. VIIII, non VIII.

P. 399. 6. Marang. A. S. V. p. 88; Mur. p. 1929. 2. Extat erudita epistula Benedicti XIV. P. M. in eius bullar. T. IV. app. p. III. ad Canonicos bononienses dum huius divi reliquias mitteret.

P. 400. 3. Grut. p. 1172. 9. ex cod. pal. (p. 64. ubi v. 2. *quod* pro *qui*) Fleetw. p. 471; Bolland. T. III. sept. p. 748; Bos. p. 485; Aring. T. II. p. 104; Mabill. analect. T. IV. p. 501. ex cod. einsild. ubi dicitur extitisse *in via Pincia in sepulcro Proti martyris*. Codici huic monachus einsildensis addebat: *Leopardus presbyter ornavit*.

P. 401. 4. Lamius not. flor. A. 1749. p. 19. et ephem. A. 1749. p. 552. 553; A. 1752. p. 77. 104. A. 1750. p. 138. 476. 477; et prolixe Zacharias hist. litt. T. I. p. 139. T. II. p. 171. Quod adtinet ad *XA*, prior littera significat *Christi*; altera videtur incerta in lapide, vel legendum barbarice *Christa*, ut alibi *spirita sancta*, vel aliter, ut in praedictis libris disputatur.

P. 405. 2. Videsis de cultu S. Sergii M. decretum S. Congregationis rituum (citata hac epigraphe) apud Lambertinum de Serv. D. beatif. lib. IV. P. II. cap. 27. ed. Bonon. A. 1738. p. 282.

P. 407. 7. Extat epistola Ios. Suaresii, edita inter illas Michaëlis Iustiniani p. 224, qua docet thecam illam pulverariam videri signum officii, quod gerebat S. Turenius; vel potius indicium esse tormenti eius quo martyr fuerit effectus, nempe sacculi arenarii percussion., quod genus supplicii putat dictum fuisse *massaclum*.

P. 408. 2. Bonell. notit. hist. de B. M. Adelpreto T. II. p. 234. Item memor. antiq. Roboreti p. 32.

P. 410. 7. Bonellus in epist. ms. A. 1780. apud Marinium putat agi in hoc epigrammate de S. Vigilio episcopo tridentino. Item *adletha* intelligit martyres Anauniae, qui ante S. Vigilium ab ethnicis perempti fuerunt.

P. 411. 8. Grut. p. 1171. 4. ex cod. pal. (p. 59. ubi in v. penult. *Vigilibus* pro *Vigilius*, et *gemescens* pro *gemiscens*.) Vigilii papae hos versus dicit Merenda in vita S. Damasi p. 135, ubi de Damasi versibus deperditis. Edidit etiam Sarazan. in notis ad carm. XXII. S. Damasi. Item Fleetw. p. 507. Haec tria corpora fuisse olim in coem. Iordanorum cognoscimus ex kalendario bucheriano, et sacramentario leoniano. Ponzettus Marinio narravit, fragmentum huius epigrammatis anno 1804. fuisse repertum in coem. SS. Petri et Marcelli. — Nunc id fragmentum est in atrio iuliano vaticani palatii iuxta maiorem ianuam bibliothecae vaticanae, eiusque litterae similes sunt ceteris Damasi scriptis lapidibus, quos ego Romae quinque adhuc superstites vidi, I. apud S. Agnen p. 33. 3. II. in cryptis vaticanis p. 168. 4. III. apud S. Sebastianum p. 376. 6. IV. in museo sacro bibliothecae vaticanae sub prima fenestra in parte dextra. V. Fragmentum, de quo nunc loquimur. Hanc notitiam sive antiquitatis studiosis, sive S. Damasi litterariae historiae non inutilem tradere me puto. — A. M.

P. 412. 1. Marang. A. S. V. p. 29; Georg. de monogr. Ch. p. 57; Reines. cl. XX. n. 94. Fleetw. p. 504. Mur. p. 395. 3. hic requiescit *Quodvuldeus honestae recordationis vir*.

P. 425. 4. Crescentia martyr die 15. iun. in martyrolog. rom., et apud Petrum de Natalibus lib. V. catalogi SSm. cap. 120, et in actis S. Viti apud Surium.

P. 432. 6. Lapis clausit loculum S. M. Philumenae, ubi etiam ampulla sang. fuit. Editus mendose fuit in notit. flor. A. 1759. Confer Lup. epit. S. Sev. p. 158. Ad dictiones illustrandas valet similis epigraphe apud Oliverium: *olim non fuimus, nati sumus, unde quieti nunc sumus, ut fuimus, cura relicta. Vale et tu.* Item aliae multae similes lat. et graec. quas Marinius congerit in epistola perdocta et longa ad card. Antonellium, quae inter illius schedas legitur.

Operis epigraphici, auctore Sebastiano Maccio, cuius ego memini in praef. p. IX, specimen extat apud Mabillonium in operibus eius posthumis T. I. p. 295. ex chisiano codice.—A. M.

Ut urbanorum, praesertim christiani argumenti, lapidum quam in praefatione contexui historiam cumulem, placet nunc addere Ioh. Marangonii schedam quam inter Marinii chartas reperi, quae ita se habet.

Il celebre lapidario mons. Fabretti, il quale fu anche custode delle reliquie, e de' cimiteri ne diede alla stampa un grosso volume in foglio, e senza distinzione alcuna dice confusamente trovarsi esse in Urbino nell' abitazione della sua famiglia.

A giorni nostri l' eruditissimo marchese Capponi ha sommamente adornato l' ingresso, portico, e cortile del suo palazzo verso la porta del popolo con quantità d'iscrizioni, molte delle quali sono sacre, e de' cemeteri, senza che si sappia donde furono estratte.

Similmente il museo Chircheriano de' PP. della compagnia di Gesù ha fatto, e fà grande raccolta d'iscrizioni d'ogni sorta tanto gentili come cristiane.

Il card. di Polignac pochi anni sono portò in Francia tutte le iscrizioni gentili ritrovate nel sepolcro di Livia Augusta scopertosi sulla via appia mezzo miglio in circa distante dalla chiesa di S. Sebastiano, con moltissime altre si profane, come sagre, acquistate da varie persone.

Fra tutti però commendabilissima sarà sempre la memoria benefica del card. Alessandro Albani, per aver esso donata una grande serie di eruditissime iscrizioni, per la maggior parte profane, al celebre museo antiquario eretto nel Campidoglio dalla Santità di Clemente XII, che nel fine del suo pontificato comperò ancora una quantità d' altre somiglianti (le quali per anche non sono affisse) da Francesco Ficoroni celebre antiquario, affinchè queste non passassero nelle mani degli eruditi oltramontani, i quali vengono a Roma assetati di tale sorta di monumenti, e portandoli nelle loro regioni li fanno propri; la quale disavventura è accaduta alle molte iscrizioni gentili scoperte in questi ultimi anni nella vigna dei sig. Nari sulla via salara, di che il Marangoni ha fatta memoria nell' appendice al libro degli atti di S. Vittorino M. alla pag. 155, ove molte ne ha riportate o di quelle rimastevi dopo la dispersione, o che trovate furono l' anno 1739. e 1740: siccome di alcune altre scoperte sino al presente ne ha procurato gli esemplari per darle a tempo opportuno alla publica luce.

Pertanto il canonico Boldetti in tutti i 42. anni del suo uffizio di custode de' sacri cimiteri, ed il suo collega Marangoni, che da più di 30. in tal ministero gli assiste, hanno sempre impiegata tutta la loro diligenza nel conservare (per quanto loro è stato possibile) dalle mani dei depredatori delle antichità romane tutte le iscrizioni o sagre, o profane ritrovate a loro tempi nei cimiteri, ed ancora tutti gli altri marmi e materiali, i quali nè medesimi han servito per le sepolture dei martiri e degli antichi cristiani, e come cose sagre hanno procurato, che vadano per le fabriche, ed ornamento di chiese (Vedi nel libro citato del Marangoni la protesta di Boldetti alla pag. 173.)

L' anno 1712. s' incominciò la fabrica del monastero della carità di Anagni antica città, madre di 4. sommi pontefici: e Clemente XI. permise che il luogo fosse arricchito di un insigne tesoro di reliquie e corpi de' SS. martiri, si estratti da' sagri cimiteri, come da altre parti acquistati dal medesimo canonico Boldetti, e dal suo collega: e motu proprio ne spedì gratis un breve apostolico per la perpetua loro conservazione nel monastero istesso. Rinnuovatasi la predetta chiesa antica di S. Cosma e Damiano, per tale motivo di quando in quando si sono mandate colà alcune lapide colle memorate iscrizioni. Ma per vero dire queste furono poche, stante la grave spesa, che vi volea per lo trasporto. Esse non passarono il numero di 50. nello spazio di 30. anni: laddove a migliaia, quasi, il medesimo canonico Boldetti, secondo la permissione del pontefice e de' card. Carpegna, Paolucci, ed altri vicarii (i quali sempre al medesimo ciò lasciarono in arbitrio) ne ha fatte portare nella basilica di S. Maria in Trastevere, ove son poste, altre per adornamento del portico, del pavimento della chiesa, e della cappella dentro la sagristia, ed altre si serbano in una stanziola in un cortile: altre ne ha concedute alla cappella di S. Lorenzo presso il Sancta Sanctorum alla scala santa: altre alla basilica di S. Lorenzo fuori delle mura, e a molte altre chiese: oltre a quelle ne' più vicini tempi date per ordine del card. Guadagni vicario, fra le quali sei in sette carra piene trovate nel cimitero di Pretestato, al consolato della nazione fiorentina per la sua chiesa: e due carra ultimamente a' frati Buonfratelli per ornamento del-

la loro di S. Giovanni Calibita nell'isola Licaonia fra i due ponti. Ed un simile uso sappiamo, che a loro arbitrio ne hano fatte i mons. sagristi del palazzo apostolico le Droun, Olivieri, e Cervioni di quelle che i loro cavatori hanno incontrato ne'cimiteri ove hanno lavorato.

Non ostante però tutte le sudette diligenze, non ha potuto il canonico Boldetti ovviare, che molte iscrizioni trovate ne' cimiteri, altrove che nelle chiese fossero trasferite; posciachè vivente ancora il card. Carpegna, gli fù uopo tolerare, che il conte Nipote del medesimo, volendole per adornamento della sua villa Carpegna situata nella via Aurelia, una gran quantità ne facesse colà trasferire, ove ammucchiate ancora il Marangoni si portò a ricopiarle, per inserirle nel libro dello stesso canonico Boldetti, nel quale eziandio fu rapportato il disegno, e si vede alla pagine 466, d'un famoso sarcofago di marmo, e suo coperchio coll' effigie ed iscrizioni di Agapetilla ancilla Dei, *ch' era una monaca del monastero di S. Costanza presso la chiesa di S. Agnese nella via nomentana, nel di cui cimitero fu ritrovata.*

Nel 1742. nel cimitero di Calisto fù trovata una grande lapida di marmo bianco, e trasmessa al monastero della carità d'Anagni per servir di mensa all' altar maggiore nella solenne consagrazione che di essa chiesa fare si doveva dal vescovo.

Il canonico Boldetti con sommo studio di 20. anni ha dato alla luce il noto libro sopra i cimiteri e reliquie con tanti rami, ed erudizioni; e il Marangoni, oltre a molte utili opere, gli atti di S. Vittorino con l'appendice, in cui ha inserite tutte le iscrizioni ritrovate dopo la stampa del primo, raccolte con immensa fatica e studio, senza che nè l'uno, nè l'altro abbiano preteso o ricevuto altro premio, che il solo universale gradimento delle notizie, le quali si sarebbono altrimenti smarrite.

Volesse Iddio ch' eglino avessero avuto il modo di poter salvare tutti i cristiani monumenti dalle mani rapaci de' violatori di que' santuarj; e molto certamente hanno fatto con gli editti emanati da tutti i Vicarii, colle gravi censure fulminate contro coloro i quali v'entrassero per profanarli, e per estrarne pozzolane, pietre, ed altri materiali; ma l'impotenza ha fatto, che tralasciandosi le iscrizioni di maggior mole dentro a' medesimi, qualora nel fine di maggio i cavatori delle reliquie tralasciano le cave, e vignaiuoli, e cavatori di pozzolana, ed altri antiquari, penetrandovi per le sfondature, rubbano quanto possono (ad onta degli editti e delle scomuniche) e spogliano il tutto per farne vendita a' scarpellini ed antiquari. In tal guisa fu trattato l'anno 1740. il gran cimitero di Callisto nel mese di giugno, e benchè alcuni fossero posti in prigione, i monumenti rubbati perirono. Così in quest' anno 1742. nelle feste di pentecoste fu rubbata dal medesimo cimitero, una bella iscrizione (1) da un monumento arcuato, in cui v'era la figura di donna orante che sopra la mano destra alzata teneva il monogramma ☧ e nell' altra parte scolpita v'era una colomba con ramo di ulivo a' piedi, ed apparteneva ad una tale Polieronia.

Alla pag. 147. della memorata appendice si rapporta una iscrizione gentile di Elio Ermandio liberto di Augusto, ritrovata anni sono dal Marangoni nel cimitero di Pretestato, ed ivi lasciata per il suo grave peso: or questa non ha molto tempo, ch' egli medesimo l'ha veduta affissa nel cortile dell' ingresso del monastero di S. Croce in Gerusalemme. con molte altre comperate da quell' abbate per ornamento del luogo. E così dire potrebbesi di molte altre.

Huic notitiae de inscriptionibus capitolinis christianis ethnicisque a card. Alexandro Albanio donatis, adde quae ait Marinius in praef. ad inscr. alban. p. VIII. Polenus insuper T. V. p. 34. narrat, praedictum Cardinalem adquisivisse lapides quoque musei Ciampinii institore usus Francisco Blanchinio V. C.

(1) Confer quae dicta sunt p. 38. ante n. 1. de lapide cum S. Damasi versibus, qui videtur nuper ablatus furtim de basilica S. Sebastiani.

...um DCXXVI.

Mo... Rav. T. II. part. I. pag. 277. seqq. — A. M.

...II.

LT.

Al.

CODICES CHALDAICI SIVE SYRIACI VATICANI ASSEMANIANI.

VATIC. CCLVIII. * (ASSEMAN. 1.)

Codex in fol. bombycinus foliorum 563, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Testamentum vetus syriacum, integrum, duobus laterculis dispositum, ex vulgata Syrorum versione, praeter libros Esdrae ac Tobiae, qui ex graeca septuaginta interpretum versione editi sunt. Accedit ad canonem scripturae veteris testamenti, *tertius liber Maccabaeorum*, *et Iosephi liber de Macabaeis.* Et hic quidem est *sermo de imperio rationis in laudem Eleazari, Samonae, et septem Maccabaeorum*, auctore *Flavio Iosepho* antiquitatum iudaicarum scriptore. Qui vero *tertius liber Maccabaeorum inscribitur*, non ille est qui ad calcem scripturae sacrae in vulgatis latinis bibliis apponitur, sed historiam complectitur iudaicae gentis sub Ptolemaeo Philometore Aegyptiorum rege; ac memorato Iosepho adiudicatur ab *Ebediesu sobensi metropolita* in catalogo scriptorum syrorum. Vide tom. III. bibliothecae orientalis Iosephi Simonii Assemani pag. 7. Is codex pertinuit olim ad Georgium hesronitam, qui eum coenobio canubinensi dono se dedisse dicit, in redemptionem animae patrui sui Michaëlis hesronitae archiepiscopi, die 1. februarii, anno Christi 1697, quemadmodum in epigraphe subsignata manu Stephani Aldoënsis patriarchae antiocheni, et Iacobi Evodii eius a secretis, deinde in patriarchatu successoris, codici praefixa adnotatur.

CCLIX. (A. 2.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 458, syriacis litteris elegantissime exaratus; quo continetur.

Testamentum vetus, ex vulgata Syrorum versione, duobus dispositum laterculis, videlicet pentateuchus, Iob, Iosue, Iudices, Samuelis I. et II, regum I. et II, paralipomenon I. et II, proverbia, ecclesiastes, cantica, Ruth et Susannae historia. Ad calcem pentateuchi Gregorius hierosolymitanus Iacobitarum episcopus, qui antea Iosephus Georgii appellabatur, anno Graecorum

(*) In catalogo vaticanorum codd. syriacorum, quem Assemani duobus tomis impresserunt, ultimus numerus est CCLVI; sed mendum manu correctum in nostro exemplari fuit; etenim reapse ultimus est codex CCLVII. Nunc a nobis imprimitur hactenus inedita notitia codicum assemanianorum, quos Pontifices maximi ab illorum heredibus, persoluto pretio, adquisiverunt.

1826. (Christi 1514.) in festo palmarum in monasterio S. Thomae apostoli, quod Hierosolymis situm est, adnotat hunc codicem veteris, et alterum novi testamenti, anno Graecorum 1800. (Christi 1488.) emptum fuisse per Iacobum filium Halaisi ex Iabruda tractus damasceni pago oriundum, ab episcopo Mobaracho cosurano, et in ecclesia damascena repositum: quumque pro certa pecuniae summa oppigneratus fuisset, ab eodem Gregorio episcopo esse redemptum, et in ecclesia S. Thomae Hierosolymis, ad usum Syrorum iacobitarum, collocatum. In fine codicis adnotat Elias edenensis episcopus, se hunc librum una cum altera veteris testamenti parte ab hierosolymitano Iacobitarum episcopo emisse, atque coenobio canubinensi, quod in monte Libano est situm, anno Christi 1608. dono dedisse. Is autem codex ante praedictum annum Graecorum 1800, nempe circa initium saeculi decimi quinti, exaratus fuit.

CCLX. (A. 3.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 225, chaldaicis seu estranghelis, h. e. rotundis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

1. *Psalterium syriacum*, cum interlineari arabica versione, recentius addita. Deest initium. 2. *Cantica* Mosis, Annae, Habacuch, Isaiae, Ionae, trium puerorum, et Zachariae. 3. *Troparia* in sabbatho et dominica dicenda (omnia cum versione interlineari arabica.) Is codex scriptus fuit a a presbytero Georgio Mobarachi, Negemi filio, in Drima oppido, die sabbathi, undecima heziran (idest iunii), hora diei secunda, anno mundi 6898, Alexandri 1702, h. e. aerae vulgaris christianae 1390, uti in fine adnotatur.

CCLXI. (A. 4.)

Codex in 8. m. bombyc. foliorum 191, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Liber psalmorum Davidis, cum novem canticis, oratione dominica, symbolo apostolorum, et oratione ad matutinum ieiunii magni, iuxta ritum Syrorum iacobitarum. Accedunt *sermones duo S. Ephraem syri*, quorum primus de sapientia, alter de paenitentia: nec non *oratio mar-Philoxeni*, carsciunica, nempe arabice litteris syriacis exarata: item *praefationes duae* ad lectiones evangelicas a patriarcha celebrante, vel eo praesente, dicendae; aeque carsciunicae. Is codex scriptus fuit Alepi a Cyriaco peregrino in aede deiparae Virginis, tempore mar-Ignatii antiocheni Iacobitarum patriarchae, anno Graecorum 1934. (Christi 1622.) ut in fine legitur.

CCLXII. (A. 5.)

Codex in 8. chartaceus paginarum 232, syriacis litteris nitide exaratus; quo continetur.

Psalterium Davidis, cum canticis veteris ac novi testamenti, et oratione S. Ephraem syri.

CCLXIII. (A. 6.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 150, syriacis litteris exaratus; quo continentur.

Psalmi Davidis CL, cum psalmo extra numerum, et canticis Mosis atque Isaiae. Is codex XVI. Christi saeculo videtur exaratus. Ad calcem huius codicis, quem ante saeculum decimum septimum scriptum esse existimo, compactae sunt pars prior et posterior officii simplicis, seu breviarii Maronitarum, Romae typis S. Congregationis de propaganda fide anno 1717. editi. Earum prima continet rubricas eiusdem officii, sive ordinem orationum cum tabellis temporariis festorum mobilium: altera vero complectitur benedictionem aquae, benedictionem mulieris post partum, ordinem baptismi, ordinem ministrandi sacramentum extremae unctionis, ordinem commendationis animae, ordinem sive ritum celebrandi matrimonii, cum litaniis B. V. Mariae, et kalendario sanctorum per anni circulum, quod tamen manu scriptum est.

CCLXIV. (A. 7.)

Codex in 8. chartac. foliorum 73, syriacis litteris exaratus; quo continetur.

Psalterium Davidis, litteris vocalibus interpositis, loco punctorum quae a Syris et Hebraeis pro notis vocalibus adhibentur; cura et studio Gabrielis Hevae archiepiscopi maronitae Cypri, adiectis regulis novae huic formae et methodo scribendi necessariis. Hanc, punctis in corpore substituendi vocales litteras, formam methodum et regulas praedictus Gabriel depromsit ex grammatica syriaca Iosephi Simonii Assemani, de qua infra cod. 132. ubi ad faciliorem syriacae et carsciunicae linguae lectionem huiusmodi litterarum vocalium usus traditur. Accedunt documenta et testimonia de vita et rebus gestis praedicti archiepiscopi, a Thoma Heva eiusdem ex fratre nepote italice in lucem edita. Is codex autographus est; absolutus autem fuit feria quarta, die 20. mensis tamuz (iulii) anno Christi 1707, Romae in palatio cardinalis Febronii; ut in fine idem auctor arabice adnotat.

CCLXV. (A. 8.)

Codex in 8. membraneus foliorum 156, syriacis litteris elegantissime exaratus; quo continetur.

Liber psalmorum Davidis, cum canticis Dei genitricis et angelorum, oratione dominica; beatitudinibus evangelicis, illuminatione seu hymno S. Ephraem qui in officio Syrorum ad matutinum recitari solet, cantico trium puerorum, symbolo apostolorum, et sermone metrico S. Iacobi, cum eiusdem sermonis latina versione interlineari. Is codex scriptus fuit Romae ab Elia filio Abrahami, discipulo domini Petri patriarchae Maronitarum, mense februario, anno Christi 1517, uti legitur in epigraphe syriaco-latina, ad calcem eiusdem codicis apposita.

CCLXVI. (A. 9.)

Codex in 4. membr. foliorum 226, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Quatuor evangelia, *acta apostolorum*, *epistolae catholicae Iacobi*, *Petri*, *Iohannis*, *et Iudae*; nec non *Pauli apostoli epistolae quatuordecim*: omnia duobus disposita laterculis. Praeit index lectionum, quae ex novo testamento in divinis officiis per anni circulum iuxta ritum Syrorum recitari solent. Is codex ad septimum Christi saeculum haud immerito videtur referendus.

CCLXVII. (A. 10.)

Codex in fol. membr. foliorum 165, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Quatuor evangelia, duobus disposita laterculis, praefixo unicuique evangelio indice capitum, quae per anni circulum, iuxta ritum Syrorum, in divinis officiis recitari solent. Accedit *harmonia eusebiana*, sive concordia quatuor evangelistarum, ab Eusebio caesareensi concinnata, quae ad inferiorem singularum paginarum oram minusculo charactere rubro apposita est. Deest ultimum folium. Is codex octavo Christi saeculo videtur exaratus.

CCLXVIII. (A. 11.)

Codex in fol. membr. foliorum 172, chaldaicis litteris exaratus; quo continentur.

Quatuor evangelia, ex versione Thomae heracleensis, Germaniciae episcopi; praefixis Eusebii caesareensis, et Ammonii alexandrini canonibus decem

de harmonia evangelistarum; una cum brevi tractatu de genealogia Christi, appositaque ad inferiorem singularum paginarum oram eadem harmonia. Pracit index lectionum evangelicarum per anni circulum, quae etiam in margine recentiore manu indicantur. Is codex rarissimus est, manu eiusdem Thomae heracleensis exaratus anno Christi 615, uti liquet ex adnotatione, quae ad calcem evangelii Iohannis legitur, cuius haec est latina interpretatio. *Hic quatuor sanctorum evangelistarum liber e lingua graeca in syriacam translatus, cum summa cura et magno labore, primum quidem in Mabug urbe* (h. e. Hierapoli in Euphratesia) *anno Alexandri macedonis 819, temporibus religiosi domini Philoxeni confessoris, episcopi eiusdem urbis; collatusque est cum maximo studio a me paupere Thoma ad duo exemplaria* (in margine legitur *ad tria*) *graeca satis accurata in Anton* (hospitio monachorum) *Alexandriae urbis magnae, in sancto monasterio Antonianorum: deinde exaratus fuit et collatus ibidem anno 927. Alexandri,* indictione quarta (idest anno Christi 615.)

CCLXIX. (A. 12.)

Codex in fol. hombyc. foliorum 308, syriacis litteris elegantissime exaratus; quo continentur.

Quatuor evangelia, ex vulgata Syrorum versione, duobus disposita laterculis, quorum prius exhibet textum syriacum, alterum interpretationem arabicam litteris arabicis descriptam; praefixo indice lectionum evangelicarum per anni circulum recitandarum, iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum. Is codex longe ante annum Christi 1368. exaratus fuit; in eius enim fine Iacobus Iohannis filius presbyter affirmat, se emisse olivetum quoddam in usum ecclesiae sancti Risciae (i. e. *principis* seu *Alexii*) anno Graecorum 1679. (Christi 1367) die 23. nisan (aprilis). Testes sunt Iohannes presbyter filius Simonis, Simon presbyter filius Mashudi, archidiaconus Sergius fil. Thomae. Pertinuit postea ad Davidem Michaëlis filium presbyterum metoscitam in Cypro, qui post evangelium S. Lucae, carscinnice scribit se anno Christi 1552. kalendis ianuarii emisse hunc librum a Salomone Iohannis filio, eumque dono dedisse ecclesiae S. Eliae oppidi Pheludi; eaque diruta, ecclesiae S. Iohannis Metoscitarum. Testes donationis adhibentur Georgius filius diaconi Ionae, Matthaeus subdiaconus, et Ioseph presbyter.

CCLXX. (A. 13.)

Codex bombyc. in fol. foliorum 455, syriacis litteris elegantissime exaratus; quo continentur.

Evangelia quatuor , duobus laterculis disposita , quorum prius textum syriacum , alterum arabicam versionem , litteris tamen syriacis descriptam exhibet. Praeit index lectionum evangelicarum per anni circulum recitandarum , iuxta ritum Syrorum. Is codex scriptus fuit anno Alexandri 1764. (Christi 1452.) in Adris oppido montis Libani ; compactusque denuo fuit anno Alexandri 1827. (Christi 1515) uti liquet ex binis adnotationibus in calce appositis , quarum prima eadem , qua totus codex , manu exarata est.

CCLXXI. (A. 14.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 361, syriacis litteris elegantissime exaratus ; quo continentur.

Quatuor evangelia syriace et carsciunice , ex versione Thomae heracleensis , duobus disposita laterculis , quorum prius textum syriacum , secundum arabicam versionem exhibet. Praeit index lectionum evangelicarum per anni circulum , iuxta ritum Syrorum recitandarum. Ante initium evangelii Lucae calligraphus profitetur se iacobitam esse , lectoremque monet ut a Chalcedonensium morsibus animam suam liberet . In calce evangelii Iohannis describit verba Thomae heracleensis, quae supra retuli num. XI, ubi ait ad tria exemplaria evangelium a Thoma collatum fuisse. Is autem codex exaratus fuit a Noë Phoeniciae Iacobitarum episcopo , cui nomen Cyrilli impositum fuit, in monasterio S. Michaëlis apud Sadad castrum ditionis emesenae, feria sexta , die 11. tamur (iulii) anno Graecorum 1794. (Christi 1482.) temporibus Ignatii patriarchae , cognomento Iohannis Barsila ex Mardin, qui memoratum Noë episcopatu donaverat; et Dioscori cognomento Bar-Sabia , episcopi hierosolymitani , a quo idem Noë cucullum monasticum, et sacerdotium acceperat ; et Philoxeni , Carmani filii , episcopi Hemat Capomeae et Hardini iu monte Libano ; nempe ad usum Mosis , qui a Libanensibus (i. e. Maronitis Libani incolis) presbyter ordinatus fuerat ; postquam vero fidem chalcedonensem abiecisset , ab eodem hegumenus est consecratus. Obiit autem praedictus Moses , filius Abrahae , filii Mosis , Bacupha Libani montis pago oriundus, die 2. adar (martii) , feria sexta , anno Graecorum 1798. (Christi 1486.) quemadmodum sermone quidem arabico , sed litteris syriacis in calce codicis adnotatur. Pertinuit olim ad ecclesiam Deiparae pagi Clebini in Cypro , cui ecclesiae donationes quam plurimae a fidelibus factae describuntur folio ultimo , et una inter ceteras facta dicitur die 30. mensis ab (augusti) anno Christi 1551.

CCLXXII. (A. 15.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 257 , syriacis litteris nitidissime exara-

tus; quo continentur.

Quatuor evangelia, ex versione Thomae heracleensis, duabus disposita laterculis; praefixo indice lectionum evangelicarum, quae per anni circulum in divinis officiis a Syris recitantur. Is codex exaratus fuit a Barsauma, anno Graecorum 1799. (id est Christi 1487.) qui nomen suum notis hisce numeralibus designat 2. 6. 200. 90. 40. 1, videlicet *Barsauma*. Describit autem verba Thomae heracleensis, postquam suam versionem cum tertio exemplari graeco contulisset, in haec verba. *Hic quatuor sanctorum evangelistarum liber e lingua graeca in syriacam translatus est cum summa cura et magno labore, primum quidem in Mabug urbe, anno Alexandri macedonis 819, temporibus religiosi domini Philoxeni confessoris et episcopi eiusdem urbis: deinde collatus fuit summo studio a me paupere Thoma ad tria exemplaria satis accurata in sancto monasterio sancti Domitii; ubi et ipsum exaravi ad usum Davidis archipresbyteri, ob animae ipsius utilitatem, et multorum qui amant et volunt scire utilem et accuratam divinorum librorum editionem. Scriptus autem et collatus fuit in memorato loco, anno* 1799. Ex quo constat, adnotationem a Thoma heracleensi suae versioni subiunctam, hic a Barsauma amanuensi ad exaratum a se evangeliorum codicem perperam devolutam fuisse, perinde ac si Thomas in monasterio S. Domitii pro David archipresbytero anno Graecorum 1799. codicem suum ad tria exemplaria contulisset; quum ex genuina Thomae ipsius adnotatione, in calce codicis assem. XI. posita compertum sit, Thomam non anno Graecorum 1799, sed 927, indictione 4, in Antonianorum Alexandriae coenobio versionem suam syriacam ad tria exemplaria contulissse.

CCLXXIII. (A. 16.)

Codex in 4. membr. foliorum 120, chaldaicis, sive estranghelis litteris eleganter accurateque exaratus; quo continentur.

Quatuor evangelia, ex versione vulgata Syrorum. (In hoc codice deest historia adulterae, quae habetur in graeco textu, et in latina vulgata editione, Iohan. cap. 8. a versu 1. ad 11. inclusive. Item desunt duo versus Lucae cap. 22, videlicet 17. et 18, qui extant non tantum in graeca et latina editione, sed etiam in syriaca Thomae heracleensis versione, de qua supra.) Is autem codex ad VII. saeculum videtur referendus

CCLXXIV. (A. 17.)

Codex in 8. membr. foliorum 300, chaldaicis litteris nitidissime exaratus; quo continentur.

Quatuor evangelia, ex versione vulgata Syrorum; subiecto synaxario, seu kalendario festorum et feriarum, per anni circulum; una cum indice lectionum evangelicarum, quas in iis Syri recitare consueverunt. Desunt item in hoc codice, cuius aetas ad decimum Christi saeculum videtur referenda, historia adulterae, et versus 17. et 18. cap. 22. Lucae; uti in praecedente codice.

CCLXXV. (A. 18.)

Codex in 4. membr. foliorum 127, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Acta apostolorum. Item *epistolae tres catholicae*, nempe Iacobi I, Petri I, et Iohannis I; nec non *epistolae quatuor* Pauli, quarum I. ad Romanos, II. ad Corinthios, III. ad Colossenses, IV. ad Thessalonicenses, iuxta vulgatam Syrorum versionem. Is codex scriptus fuit in monasterio S. Abrahami in regione Hacharitarum ab Habibo eiusdem monasterii monacho, anno Alexandri 1504. (Christi 1192.) quemadmodum in eiusdem calce eadem qua totus codex manu adnotatur.

CCLXXVI. (A. 19.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 259, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Acta apostolorum, cum *epistolis Iacobi*, *Petri*, *et Iohannis*, nec non cum *Pauli epistolis XIV*, iuxta vulgatam Syrorum versionem, in lectiones per anni circulum distributae, duobusque laterculis dispositae; praefixo kalendario sanctorum, dominicarum, et dierum ferialium, in quibus eaedem lectiones recitandae sunt; subiectaque in fine codicis tabula ad inveniendum pascha, carsciunice scripta. Is codex absolutus fuit anno Christi 1536, die 12. aprilis, feria quarta hebdomadae maioris, hora 2. diei, ab Abrahamo filio Iohannis Cruclaci archipresbyteri, uti habet adnotatio in calce codicis apposita; cui subest instrumentum quoddam concordiae initae, et divisionis hereditatis, scriptum carsciunice a diacono Manuele filio Iamini, ex pago Clebino in Cypro, die 12. novembris, anno Christi 1561.

CCLXXVII. (A. 20.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 111, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Epistolae catholicae Iacobi, *Petri*, *Iohannis*, *Iudae*, *et Pauli XIV*, in lectiones per annum distributae, et duobus dispositae laterculis, iuxta ritum Syrorum. Is codex ad decimum quintum saeculum videtur referendus.

CCLXXVIII. (A. 21.)

Codex in fol. membr. foliorum 150, chaldaicis litteris elegantissime exaratus; quo continentur.

Lectiones ex scriptura; cum suis prochimenis et sticherariis, quae duobus disponuntur laterculis, pro festis anni diebus, a nativitate Domini ad diem 6. augusti; iuxta ritum Syrorum melchitarum, qui Graecorum dogmata et ritus profitentur. Posterioribus lectionibus adiecta est recentiore manu, inter latercula et ad utrumque marginem et oram, arabica interpretatio. Is codex nono Christi saeculo videtur exaratus.

CCLXXIX. (A. 22.)

Codex in fol. membr. foliorum 170, chaldaicis litteris elegantissime exaratus; quo continentur.

Lectiones evangelicae totius anni, a dominica resurrectionis usque ad sabbathum. Item distinctio lectionum evangelicarum pro diebus dominicis, a dominica resurrectionis ad dominicam octavam post pascha; subiecto kalendario sanctorum, a mense septembri ad totum augustum; iuxta ritum Melchitarum; omnia duobus disposita laterculis. Is codex ante annum Adami 6650. (Christi 1141.) absolutus fuit a Iohanne filio Iosephi, die 2. novembris, feria 6, hora 3. diei, in monasterio S. Panteleemonis, quod monasterium quoque S. Eliae prophetae appellatur, quodque situm est in regione Seleuciae urbis in monte Nigro, qui vulgo *caput suis* nuncupatur; quemadmodum post obitum amanuensis in calce adnotat Ephraem monachus, qui hunc ipsum codicem dono se dedisse praedicto monasterio testatur, temporibus Gregorii abbatis eiusdem monasterii, qui (uti docet alia adnotatio ibidem recentius addita) dicto monasterio annos viginti praefuit, diemque supremum obiit anno Adami 6650, die 29. decembris, in festo SS. Innocentium, feria 3.

CCLXXX. (A. 23.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 228, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Lectiones evangelicae per anni circulum, duobus laterculis dispositae, iuxta ritum Melchitarum. Desunt priores quatuor lectiones; quae tamen ex praecedente codice suppleri possunt. Accedit *ordo lectionum*, tam evangelicarum quam apostolicarum, in divinis officiis per totius anni circulum recitandarum, una cum kalendario sanctorum, arabice. Is codex exaratus fuit a presbytero Christodulo fil. Iohannis, fil. Iacobi, ex oppido Alcaphur, quod est in agro civitatis

Botri, ditionis tripolitanae, feria 3, die 14. mensis octobris, anno Adami 7013. (Christi 1505.) uti fol. 115. post lectionem lotionis pedum, ab eodem amanuensi syriace et arabice adnotatur. In calce codicis duo instrumenta arabica occurrunt, quorum primum donationis huius libri ecclesiae S. Mariae monasterii Bachephtinensis, signatum a Salomone, seu Simone, episcopo berytensi, sabbatho, die 10. ianuarii, anno Adami 7059. (Christi 1551.) Alterum instrumentum translationis eiusdem libri ab ecclesia memorata S. Mariae de Bachephtin ad monasterium S. Eliae in Chesroano, signatum a Macario patriarcha antiocheno Melchitarum, die prima martii, anno mundi 7169. (Christi 1661.)

CCLXXXI. (A. 24.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 239, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Lectiones ex quatuor evangelistis per anni circulum; iuxta ritum Syrorum maronitarum. Initium a dedicatione ecclesiae, prima dominica novembris. Is codex scriptus fuit a Iohanne diacono, filio Iohannis presbyteri, ex pago Ban in monte Libano, ad usum ecclesiae Deiparae, et SS. Simeonis, Iosephi, et Adanaei, rogatu presbyteri Iohannis banensis, filii Nemroni, qui arbores nonnullas fructiferas a se emptas legasse dicitur ecclesiae monasterii S. Simeonis in paradiso, et S. Georgii, Deiparae, et S. Adanaei; quam donationem, adiunctis nonnullis conditionibus, firmarunt episcopi Cyriacus et Elias anno Graecorum 1857. (Christi 1545.) Testes huiusce rei Ionas eremita, eiusque discipuli monachi, quemadmodum initio et in calce adnotatur.

CCLXXXII. (A. 25.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 232, syriacis litteris minutis elegantissime exaratus; quo continetur.

Gregorii Barhebraei cognomento *Abulpharagii*, primatis orientis, commentarius in sacram scripturam, qui *horreum mysteriorum* sive *thesaurus mysteriorum* inscribitur: opus eruditissimum, et orientalibus probatissimum; de quo Iosephus Simonius Assemanus prolixe disserit in sua bibliotheca orientali tom. II. a pag. 277. Is codex ex apographo ad auctoris autographum anno Graecorum 1589. (Christi 1277.) manu eiusdem exaratum, descriptus fuit ab archipresbytero Iohanne Zorbabi, filio Garir, damasceno, anno Graecorum 1945. (Christi 1633.) uti in fronte et calce adnotatur.

CCLXXXIII. (A. 26.)

Codex in fol. chartac. foliorum 253, chaldaicis litteris elegantissime exaratus; quo continentur.

Commentarii summarii et contracti in evangelium Matthaei et Iohannis, ex Eusebio, Iohanne chrysostomo, aliisque patribus, et doctoribus ab anonymo decerpti. Is codex descriptus est ex codice membranaceo vaticano 103. exarato in monasterio S. Barbarae, quod in monte Edessae situm est, anno Graecorum 1172. (Christi 860.) ut docet epigraphe ad eiusdem cod. vaticani calcem apposita, quam amanuensis in fine huius codicis transcribit.

CCLXXXIV. (A. 27.)

Codex in fol. chartac. foliorum 211, chaldaicis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

1. *Compendiaria expositio in epistolas beati Pauli apostoli*, auctore *Severo monacho edesseno*; collecta ex fusioribus commentariis S. Iohannis chrysostomi, et aliorum doctorum. 2. Eiusdem *excerpta ex Eusebii libro de solutione dubiorum*, quae proferuntur circa quaedam evangelistarum loca, in quibus videntur evangelistae invicem contradicere. 3. Eiusdem *compendiaria expositio in evangelium Matthaei*, collecta ex commentariis S. Iohannis chrysostomi et aliorum doctorum. Is codex eadem, qua praecedens codex, manu descriptus fuit.

CCLXXXV. (A. 28.)

Codex in fol. chartac. foliorum 207, chaldaicis litteris elegantissime exaratus; quo continentur.

Dionysii Barsalibaei, episcopi Amidae, *commentarii in IV. evangelia* ex fusioribus patrum commentariis excerpti, et in compendium redacti. Dividuntur in quinque tomos. Tomus I. habet *commentarium in evangelium Matthaei*, a capite I. ad caput VIII. iuxta vulgatae syriacae versionis numerationem; praepositis prolegomenis in capita XLV. distributis; de quibus vide codicem vaticanum CLV. pag. 296. Is codex eadem, qua praecedens codex, manu descriptus fuit.

CCLXXXVI. (A. 29.)

Codex in fol. chartac. foliorum 215, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Barsalibaei* commentariorum in quatuor evangelia tomus II. a Matthaei capite IX. ad caput. XL. Is codex eadem, qua praecedens codex, manu exaratus fuit.

CCLXXXVII. (A. 30.)

Codex in fol. chartac. foliorum 180, chaldaicis litteris, eadem, qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Barsalibaei* commentariorum in IV. evangelia tomus III. a Matthaei capite XLI. ad caput LXX. et ultimum.

CCLXXXVIII. (A. 31.)

Codex in fol. chartac. foliorum 234, chaldaicis litteris, eadem, qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Barsalibaei* commentariorum in IV. evangelia tomus IV. in Marcum et Lucam.

CCLXXXIX. (A. 32.)

Codex in fol. chartac. foliorum 264, chaldaicis litteris eadem, qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Barsalibaei* commentariorum in IV. evangelia tomus IV. in Iohannem.

CCXC. (A. 33.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 212, chaldaicis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Missale Chaldaeorum seu *Nestorianorum malabaricorum* correctum, cum lectionibus ex novo testamento per anni circulum, et cum kalendario sanctorum. Accedunt variae benedictiones et absolutiones, item ordo confessionis sacramentalis; ordo sacrae communionis; ordo aspersionis *hananae* seu pietatis; ordo processionis in die palmarum; ordo baptismi; ordo ministrandae extremae unctionis; et ordo commendationis animae. Is codex exaratus fuit a Cheder Hormisda presbytero chaldaeo niniivita, qui eiurata haeresi nestoriana, Romae pie obiit die 30. decembris, anno Christi 1731, aetatis suae 73.

XCI. (A. 34.)

Codex in fol. chartac. foliorum 78, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Liturgia SS. apostolorum, iuxta ritum Chaldaeorum; cum epistolis et evangeliis, in ea per annum legendis. Accedit *pars I. pontificalis Chaldaeorum*, complectens ordinationes et consecrationes diaconorum, presbyterorum, episcoporum, perfectionem episcopi a catholico seu patriarcha, ordinationem catholici, et numerum patriarcharum ab apostolis in toto terrarum orbe constitutorum; ubi inseritur constitutio Marabae patriarchae Chaldaeorum de electione catholici; et Iesuiabi adiabeni de auctoritate patriarcharum. Item codex continet ordinationem archidiaconi, et directoris seu magistri novitiorum; absolutionem sacerdotis a suspensione, et laici ab interdicto et excommunicatione; orationem super energumenum, aliam super infirmum, et benedictionem seminum. Is codex exaratus fuit Romae, die 3. aprilis, anno Christi 1766, uti in calce adnotatur.

XCII. (A. 35.)

Codex in fol. m. bombyc. paginarum 859, syriacis litteris elegantissime exaratus; quo continetur.

Missale iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum, syriace et carsciunice, duobus laterculis dispositum, quorum prius textum syriacum, alterum versionem carsciunicam, seu arabicam litteris tamen syriacis descriptam, exhibent. Haec autem est series eorum, quae in hoc codice continentur. 1. Ordo ad efficiendam aquam benedictam. 2. Praeparatio ad missam cum annuis lectionibus evangelicis. 3. Liturgia S. Petri apostolorum principis. 4. Liturgia SS. duodecim apostolorum. 5. Liturgia S. romanae ecclesiae ad ritum syriacum accommodata. 6. Liturgia S. Iacobi apostoli. 7. Liturgia S. Iohannis apostoli et evangelistae. 8. Liturgia S. Marci evangelistae. 9. Liturgia S. Xysti papae Romae. 10. Liturgia S. Iohannis chrysostomi. 11. Liturgia S. Cyrilli alexandrini. 12. Liturgia obsignationis calicis, sive praesanctificatorum, in feria sexta crucifixionis. 13. Gratiarum actio post missam.

XCIII. (A. 36.)

Codex fol. m. bombyc. foliorum 243, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Missale Syrorum maronitarum, syriace et carsciunice duobus dispositum laterculis, quorum prius syriacum textum, alterum carsiunicam elegantio-

rem interpretationem exhibent. In eo missali haec exhibentur. 1. Ordo missae, cum lectionibus evangelicis. 2. Liturgia S. Petri apostolorum principis. 3. Liturgia SS. duodecim apostolorum. 4. Liturgia S. romanae ecclesiae. 5. Liturgia S. Matthaei pastoris. 6. Liturgia S. Sixti papae. 7. Liturgia S. Eustathii patriarchae antiocheni. 8. Liturgia S. Procli patriarchae constantinopolitani, discipuli S. Iohannis chrysostomi. 9. Liturgia S. Iohannis apostoli et evangelistae. 10. Liturgia S. Marci evangelistae. 11. Liturgia S. Dionysii areopagitae, discipuli S. Pauli apostoli. 12. Liturgia S. Cyrilli alexandrini. 13. Liturgia S. Iohannis chrysostomi. 14. Liturgia S. Iacobi apostoli. 15. Praeparatio ad missam. 16. Gratiarum actio post missam. 17. De iis, quae sacerdos explere tenetur. 18. Ordo ad faciendam aquam benedictam. Is codex descriptus fuit ex apographo, quod manus Gabrielis Pharahat archiepiscopi Alepi exaraverat, a subdiacono Antonio, filio Simeonis archipresbyteri Gustae, die 24. martii, anno Christi 1736, uti in fine adnotatur; recognitus autem fuit atque approbatus a Tobia Petro patriarcha antiocheno, et ab archiepiscopis Antonio Lystrorum, Gabriele Ptolemaidis, Iohanne Laodiceae, et Philippo Cypri; quorum approbatio sigillis iporum munita, in calce liturgiae S. Iacobi apostoli apposita est.

CCXCIV. (A. 37.)

Codex in fol. chartac. foliorum 11, syriacis litteris eleganter exaratus, quo continetur.

Liturgia S. Iohannis chrysostomi syriace et carsciunice, in duplici laterculo, quorum prius textum syriacum, alterum carsciunicam interpretationem exhibent.

CCXCV. (A. 38.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 38, syriacis litteris eleganter scriptus; quo continentur.

Liturgiae SS. Iacobi doctoris episcopi sarugensis, Iohannis chrysostomi, Athanasii alexandrini, Iohannis Maronis patriarchae antiocheni, Clementis papae, et Iacobi edesseni; ad usum ecclesiae antiochenae Maronitarum, syriace et carsciunice, duobus dispositae laterculis, quorum prius textum syriacum, alterum carsciunicam interpretationem exhibent. Is codex circa medium decimum sextum Christi saeculum videtur exaratus.

CCXCVI. (A. 39.)

Codex in 8. m. chartac. foliorum 82, syriacis litteris minusculis exaratus; quo continentur.

Liturgiae S. Iohannis chrysostomi, S. Basilii magni, et praesanctificatorum, quae Basilii nomen prae se fert; iuxta ritum Syrorum melchitarum. Accedit *ritualis* et *pontificalis* eorumdem Melchitarum pars, complectens 1. Orationem super puerum octavo a nativitate die. 2. Ingressum puerperae in templum. 3. Ordinem baptismi, auctore S. Basilio magno. 4. Solutionem coronae, seu orationem super baptizatum die septimo ab eius baptismate. 5. Ordinationes lectoris, hypodiaconi, diaconi, et presbyteri. 6. Ordinem tonsurae monachorum novitiorum. 7. Ordinem sacri habitus monastici, pro medio, et summo gradu. 8. Ordinem sacri olei, seu lampadis. 9. Canonem deprecatorium pro infirmis. Is codex descriptus fuit a Iosepho Simonio Assemano ex codicibus vaticanis XXXVII. et XL, (de quibus in eiusdem bibliotheca orientali tom. I. pag. 615.) subiectis in hoc variantibus lectionibus, quae in ambobus illis occurrunt.

CCXCVII. (A. 40.)

Codex in 8. m. chartac. foliorum 84, syriacis litteris minusculis exaratus; quo continentur.

Liturgiae syriacae, iuxta ritum Maronitarum; videlicet 1. S. Iacobi apostoli. 2. Eiusdem altera brevior. 3. S. Petri apostoli, prima. 4. Eiusdem secunda. 5. Eiusdem tertia. 6. S. Iohannis evangelistae. 7. SS. duodecim apostolorum. 8. S. Marci evangelistae. 9. S. Clementis papae. 10. S. Ignatii theophori. 11. Eustathii antiocheni. 12. S. Xysti papae. 13. S. Iulii papae. 14. S. Athanasii alexandrini. 15. S. Caelestini papae. 16. S. Basilii magni. 17. S. Gregorii theologi. 18. S. Iohannis chrysostomi. 19. S. Iacobi sarugensis. 20. S. Iohannis patriarchae Antiochiae, cognomento Maronis. Is codex eadem qua praecedens codex manu, nempe Iosephi Simonii Assemani, ex vaticanis codicibus descriptus fuit.

CCXCVIII. (A. 41.)

Codex in fol. chartac. foliorum 23, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Ordo missae in diebus ferialibus, iuxta ritum ecclesiae antiochenae Maronitarum, syriace tantum.

CCXCIX. (A. 42.)

Codex in fol. chartac. foliorum 36, nitidissime exaratus; quo continetur.

Ordo missae in diebus ferialibus, iuxta ritum Maronitarum, duobus dispositus laterculis, quorum prius textum syriacum, alterum interpretationem carsciunicam seu arabicam, litteris tamen syriacis conscriptam, exhibent.

CCC. (A. 43.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 94, syriacis litteris exaratus; quo continentur.

1. *Miscellanea sacra*, videlicet 1. Chronicon seu computus ecclesiasticus; ubi de anno et eius partibus, de signis zodiaci, de cyclo annorum XIX, de epactis et noviluniis, de numero aureo, de litteris dominicalibus, de indictionibus, de paschate et aliis festis mobilibus; scriptum carsciunicum, duobus laterculis dispositum. 2. Oratio super mulierem puerperam, carsciunice. 3. Benedictio mulieris ecclesiam ingredientis quadraginta post partum editum diebus, syriace et carsciunice. 4. Ordo baptismi, cum benedictione fontis baptismalis, et ordine conferendi ab episcopo sacramenti confirmationis; syriace, cum rubricis carsciunicis. 5. Ordo extremae unctionis, cum consecratione olei sancti, carsciunice. 6. Benedictio anuli nuptialis, cum ordine sponsalium; carsciunice in duplici laterculo. 7. Benedictio aquae, in singulis diebus dominicis ad horam tertiam facienda; carsciunice. 8. Regulae ad cognoscendam coniunctionem planetarum, carsciunice. 9. S. Iohannis monachi damasceni, dissertatio vigesima prima de luce, igne, luminaribus sole et luna, deque sideribus; carsciunice. 10. Adhortatio ad sponsam, carsciunice. 11. Dissertatio de Deo uno et trino, deque Verbi incarnatione; carsciunice. 12. Symbolum S. Athanasii, carsciunice. 13. Adnotatio de aetate, et sepultura patriarcharum, ab Adamo ad Elisaeum prophetam; carsciunice. 14. Missa de sancta Maria in sabbatho, ex latino in syriacum sermonem conversa; uti et pleraque mox supra recensita, a Sergio monacho fratre archiepiscoporum Ionae et Iosephi Maronitarum, in monasterio S. Antonii abbatis de Cuzaia, anno Christi 1601, uti in calce ordinis baptismi adnotatur. Is autem codex pertinuit olim ad ecclesiam Maronitarum, quae apud templum hierosolymitanum resurrectionis exstat, quamque hodie Coptitae sibi usurparunt.

CCCI. (A. 44.)

Codex in 4. bombyc. paginarum 150, syriacis litteris elegantissime ex-

aratus quo continetur.

Liber diaconalis Maronitarum, complectens eam missae partem, quae a diacono sacerdoti celebranti ministrante, et a populo canitur; syriace et carsciunice, in duplici laterculo. Videlicet 1. in missa quotidiana. 2. in missa de dominica. 3. de angelis, feria secunda. 4. de communi, feria tertia. 5. de Deipara, feria quarta. 6. de apostolis, feria quinta. 7. de martyribus, feria sexta. 8. de defunctis, sabbatho. 9. in dedicatione ecclesiae. 10. in annunciatione Zachariae. 11. in annunciatione B. V. Mariae. 12. in visitatione B. V. Mariae. 13. in festo S. Nicolai. 14. in nativitate S. Iohannis baptistae. 15. in revelatione S. Ioseph. 16. in nativitate D. N. I. Christi 17. de laudibus Deiparae. 18. in festo S. Stephani. 19. in festo infantium Bethlehem. 20. in circumcisione Domini. 21. In epiphania Domini. 22. de laudibus S. Iohannis baptistae. 23. in festo S. Antonii abbatis. 24. in praesentatione Domini ad templum. 25. in festo S. Maronis. 26. in dominica sacerdotum. 27. in dominica sanctorum. 28. in festo XL. martyrum. 29. in festo S. Ioseph. 30. in dominica palmarum. 31. in hebdomada maiore. 32. in dominica resurrectionis. 33. in dominica nova, seu in albis. 34. in festo S. Georgii M. 35. in ascensione Domini. 36. in pentecoste. 37. in festo ssmae Trinitatis. 38. in festo corporis Christi. 39. in festo S. Elisaei prophetae. 40. in festo S. Eliae prophetae. 41. in transfiguratione Domini. 42. in assumptione B. V. Mariae. 43. in decollatione S. Iohannis baptistae. 44. in nativitate B. V. Mariae. 45. in exaltatione S. crucis. 46. in festo omnium sanctorum. 47. in festo prophetarum. 48. in festo confessorum. 49. in festo SS. monachorum. 50. in missa praesanctificatorum. 51. in processionibus. Is codex scriptus fuit manu Christoduli filii Petri maronitae alepini, temporibus Gabrielis Hausceb archiepiscopi Alepi, exeunte mense martio, anno Christi 1736, ut in calce adnotatur.

CCCII. (A. 45.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 32, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Liber diaconalis Syrorum iacobitarum, cum rubricis carsciunicis, et lectionibus apostolicis per totam hebdomadam. Is codex descriptus fuit Alepi a Gregorio, alias Iosue, metropolita hierosolymitano Iacobitarum, anno Graecorum 1993. (Christi 1681.) ad usum diaconi Georgii, fil. Sciocrallah, fil. Simeonis, quemadmodum in calce adnotatur.

CCCIII. (A. 46.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 158, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Liber sacerdotalis Nestorianorum ; videlicet 1. ordo presbyterorum , hoc est precationes et absolutiones, quas presbyteri in officio feriali , ad vesperas , nocturnum , et matutinum , ante et post unumquemque psalmum , et in festis atque commemorationibus sanctorum memoriter recitare debent. 2. liturgia beatorum apostolorum . 3. liturgia Theodori mopsuesteni . 4. liturgia Nestorii patriarchae constantinopolitani. 5. ordo baptismi, compositus a Iesuiabo catholico adiabeno, tum Nestorianorum patriarcha. 6. ordo solutionis aquae . 7. ordo innovationis fermenti. 8. clausulae , seu absolutiones XV , in fine missae ad portam cancellorum recitandae , ab Ebediesu bar-Bricha episcopo sobensi compositae . 9. sanctificatio aquae pollutae. 10. ordo induldulgentiae, sive absolutionis , compositus a Iesuiabo catholico. 11. orationes in festis Domini per annum; in hebdomada rogationum; in dominicis ieiunii quadragesimalis; in hebdomada maiore, et pro defunctis. 12. orationes in dedicatione ecclesiae compositae ab Abul-Azar. 13. absolutio in fine missae, arabice litteris chaldaicis. 14. alia ad portam cancellorum, composita a mar-Gabriele. 15. historia cuiusdam martyris nuncupati *Ziha*, filii Simeonis, damasceni, qui natus dicitur anno Alexandri macedonis 620. (Christi 319.) fine mutila; arabice litteris chaldaicis, excepto ultimo folio, quod arabico charactere conscriptum est. Is codex exaratus fuit ab Emmanuele , filio Petri , presbytero , in Hekat oppido regionis adorbiganae, anno Graecorum 1920. (Christi 1608.) uti in fine precum de dedicatione ecclesiae adnotatur.

CCCIV. (A. 47.)

Codex in 4. m. chartac. foliorum 196 , chaldaicis litteris nitidissime exaratus ; quo continetur.

Pontificale et rituale Syrorum iacobitarum , in duos tomos divisum , a Michaele magno eiusdem gentis patriarcha , qui circa annum Christi 1190. claruit , collectum et recognitum . Tomus I , in quo isthaec exhibentur . 1. ordo consecrationis divini chrismatis. 2. benedictio olei , quod fit ad unctionem , nimirum olei catechumenorum , et olei extremae unctionis ; unum enim , idemque oleum apud Syros iacobitas ad utramque unctionem adhibetur , eiusque benedictio post chrismatis consecrationem fit ab episcopo simul et presbyteris ; uti in rubrica eidem benedictioni praefixa praecipitur . 3. alia benedictio olei orationis , catechumenorum nempe et infirmorum , quovis tempore administrandi . 4. ordo dedicationis ecclesiae . 5. ordo reconciliationis altaris, et ecclesiae pollutae. 6. ordo consecrationis altaris . 7. admonitio ad eos, qui ordinandi sunt presbyteri aut diaconi, ab episcopo dicenda coram ipsorum fideiussoribus ; ut in rubrica praecipitur . 8. alia admonitio post eorum ordinationem dicenda. 9. admonitio altera dicenda ante ordinationem ,

auctore Iacobo metropolita Maipharactae, seu Martyropoleos in Mesopotamia. 10. cantus et responsoria ad singulas ordinationes. 11. cycli idest antiphonae et cantus ad ordinationes minores, cantorum scilicet, lectorum, et subdiaconorum. 12. orationes et prohoemia ad easdem minores ordinationes; quae autem dicuntur in ordinationibus maioribus, uti et lectiones ex vetere et novo testamento, suis quaeque locis insertae sunt. 13. ordinatio psaltae, i. e. cantoris. 14. ordinatio anagnostae, i. e. lectoris. 15. ordinatio hypodiaconi. 16. ordinatio diaconi. 17. ordinatio presbyteri. 18. electio archidiaconi. 19. electio chorepiscopi, aut periodoutae seu visitatoris, aut abbatis vel abbatissae. 20. ordinatio diaconissarum, quae olim vigebat. 21. Iacobi edesseni scholion de diaconissis. 22. ordo recipiendi haereticos, ex haeresi Nestorianorum, sive Chalcedonensium (ut dicitur), aut Iulianistarum, vel a quacumque alia haeresi conversorum. 23. ordinatio patriarchae metropolitae et episcopi. 24. scholion ex epistola Iacobi edesseni ad Iohannem stylitam, de foribus ecclesiae, dum ordinationes aut alia sacra celebrantur, occludendis. 25. ordo enthronismi episcopi, aut metropolitae, aut patriarchae, cum primum sedet seu possessionem adit. 26. Dionysii metropolitae amidensis, qui et Iacobus bar-Salibi, sermo de laudibus Michaëlis magni Iacobitarum patriarchae. 27. expositio mysteriorum, quae in ordinationibus continentur, auctore Mose bar-Cepha episcopo ramanensi. Is codex accuratissime descriptus fuit ex codice vaticano LI, olim ecchellensi IV, qui exaratus fuit a Rabban Abulpharagio, ad usum sedis patriarchalis Iacobitarum, anno Graecorum 1483. (Christi 1171.)

CCCV. (A. 48.)

Codex in 4. chartac. foliorum 182, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Pontificalis et ritualis Syrorum iacobitarum tomus II, in quo exhibentur. 1. ordo sacri baptismi. 2. ordo alter, sed brevior sacri baptismi, auctore Severo patriarcha antiocheno. 3. ordo alter sacri baptismi brevissimus, eorum causa qui morti proximi sunt; auctore Philoxeno episcopo hierapolitano. 4. ordo habitus monastici, seu tonsurae monachorum. 5. Mosis episcopi ramanensis, cognomento bar-Cepha, expositio mysteriorum quae in tonsura monachorum continentur. 6. ordo tonsurae monialium. 7. expositio in officium benedictionis aquae in nocte epiphaniae Domini, ex epistolis Iacobi edesseni ad Iohannem stylitam, et ad Adaeum presbyterum, deprompta. 8. Ordo officii benedictionis aquae, quae perficitur in nocte festi epiphaniae, iuxta novam et accuratam recognitionem Iacobi edesseni, et iuxta ritum monasterii Barsaumae; ut in epigraphe titulo subiecta adnotatur. 9. ordo benedic-

tionis olivarum. 10. ordo accessus ad portum, in nocte feriae secundae passionis Domini. 11. ordo ablutionis pedum, in feria quinta mysteriorum, sive in caena Domini. 12. memoria crucifixionis, sive adoratio crucis, in feria sexta maioris hebdomadae, ad horam nonam. 13. ordo reconciliationis et indulgentiae in sabbatho annunciationis, h. e. sabbatho sancto ad horam nonam. 14. ordo salutationis in magna dominica resurrectionis post matutinum. 15. ordo genuflexionis in dominica pentecostes. 16. ordo recipiendi apostatas et haereticos. 17. ordo recpiendi peccatores publicos. 18. ordo confessionis; sive peccantium, qui ad sacramentum paenitentiae accedunt, absolutio. 19. absolutiones ab omni genere peccatorum, et orationes pro variis afflictionibus, et aegritudinibus, in quas homines incidere solent. Videlicet 1. pro homine, qui a daemone vexatur. 2. pro iis, qui a malo spiritu tentantur. 3. pro energumenis. 4. pro periuro. 5. pro eo, qui seipsum aut alium anathematizavit. 6. pro eo, qui verbum Domini et anathema violat. 7. de periuriis et mendaciis, deque fraudibus quae prava voluntate committuntur. 8. pro eo, qui verbum anathematis a sacerdote prolatum transgreditur. 9. pro eo, qui iuramenta transgreditur. 10. alia pro eo, qui seipsum aut alium anathematizavit. 11. item orationes XVIII. pro fornicatoribus, adulteris, et homicidis. 12. item orationes IV. pro iis qui a quocumque peccato vel haeresi convertuntur. 13. item pro eo, qui comedit aut bibit aliquid immundum. 14. alia communis pro quolibet de quamcumque re. 15. alia specialis, quam sacerdos pro seipso dicit, propter quamcumque pravam cogitationem, quae in ipso excitatur. 16. alia pro iratis, qui reconciliari postulant. 17. alia pro reconciliatione inimicorum. 18. alia pro iis, qui novam vestem induunt. 19. oratio pro sponsalibus. 20. benedictio seminum. 21. benedictio cuiuslibet hominis. 22. benedictio domus. 23. benedictio puerorum, quos parentes sacerdoti offerunt. 24. oratio pro iter agentibus. 25. alia pro eo, qui ad angustias redigitur, estque morti proximus. 26. benedictio aquae in qua quid suffocatur. 27. oratio in fine omnium indulgentiarum. 28. benedictio vini, quod fit immundum. 29. alia olei, quod fit immundum. 30. ordo habitus monastici, seu sacri schematis pellicei, iuxta ritum monachorum coptitarum. 31. benedictio suppellectilium altaris. 32. benedictio olei sanitatis. 33. benedictio aquae sanitatis. 34. benedictio sacrae imaginis. Is codex eadem qua praecedens codex manu descriptus est.

CCCVI. (A. 49.)

Codex in fol. chartac. foliorum 129, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Pontificale et *rituale* Chaldaeorum nestorianorum, in tres tomos distribu-

tum. Tomus 1. in quo exhibentur 1. consecratio altaris cum chrismate, adiectis casibus, quibus altare consecrari debet cum chrismate aut sine chrismate. 2. chirotonia seu ordinatio, diaconorum nempe, lectorum, hypodiaconorum, et diaconorum. 3. chirotonia presbyterorum. 4. chirotonia episcoporum. 5. ordo perfectionis episcopi a catholico. 6. chirotonia catholici seu patriarchae. 7. de numero et dignitate patriarcharum ab apostolis in universo terrarum orbe constitutorum; ubi etiam exhibentur *canones chaldaici*, ex vulgatis arabicis, qui nicaeni dicuntur. Item *constitutio Marabae patriarchae Nestorianorum de electione catholici seu patriarchae*. Item *Iesuiabi adiabeni de auctoritate patriarcharum.* Additur *caput de primatu romani Pontificis*, deque nonnullis Chaldaeorum patriarchis a romano Pontifice ordinatis; nempe *Abre*, *Abrahamo*, *Iacobo*, *Achadabue*, *Maraba*, *Aramo nisibeno*, *et Iohanne Sulaka*; de quibus Assemanus bibl. orient. tom. I. pag. 533. Denique *Iesuiabi catholici canon de diaconis, presbyteris, et episcopis.* 8. chirotonia archidiaconi. 9. ordo habitus monastici. 10. ordo hegumeni. 11. absolutio sacerdotis a suspensione. 12. absolutio laici ab interdicto, vel ab excommunicatione. 13. oratio super energumenum. 14. oratio super infirmum. 15. benedictio seminum. 16. chirotonia sciahararum, i. e. vigilum, sive excubitorum, qui nocturno praesertim officio decantando praesunt; item presbyterorum, et diaconorum; praeposita quaestione, an liceat hominem caecum ordinari presbyterum, aut diaconum vigilem. 17. ordo chirotoniae chorepiscopi, seu visitatoris pagorum. 18. ordo chirotoniae metropolitae, qui ordinatur a catholico. 19. ordo actionis gratiarum, et absolutionis. 20. benedictiones, quibus episcopus benedicit oppido, seu civitati, cum inde egreditur. 21. ordo consecrationis tabulae novae, seu altaris portatilis. 22. edictum et monitum de gestatione tabulae consecratae in loca longinqua. 23. benedictio, qua episcopus vel metropolita recens ordinatus benedicit suae dioeceseos populo, cum primum ad suam sedem pervenit, metrica, alphabetico ordine concinnata a Mari bar-Messia archidiacono. 24. benedictio, qua episcopus lotis manibus se signat, a mar-Elia III. patriarcha composita. 25. confectio *'hananae* seu pietatis, i. e. pulveris loci, ubi martyres coronati fuerunt, quem oleo et aqua dilutum ad extremam unctionem adhibent. 26. absolutio in convivio defunctorum. 27. rubricae de celebratione officiorum in dominicis et festis eo anno, quo pascha resurrectionis in diem 22. martii incidit. 28. symbolum, seu benedictio mensae, metrica, alphabetico ordine disposita, quae etiam apte dici potest in saturitate panis, quae fit in requie et commemoratione defunctorum atque in luctu. 29. ordo seu edictum de tonsura monachorum eiusque institutione. 30. consecratio altaris, sine chrismate. 31. benedictio calicis ante quam deferatur ad altare cum eo opus est in die magni conventus. 32. ordo tonsurae monachorum, compositus a Phethione presbytero et monacho. 33. ordo tonsurae filiarum foederis, sive

sanctimonialium. 34. ordo chirotoniae diaconissarum. 35. canones de confessione sacramentali, cum forma absolutionis, collecti a Dionysio Barsalibaeo. 36. oratio super infirmum. 37. benedictio cum episcopus ex oppido egreditur. 38. oratio qua episcopus benedicit, cum coenobium religiosorum ingreditur. 39. oratio qua episcopus benedicit, cum coenobio religiosorum egreditur. 40. oratio super abbatem monachorum in modum benedictionis. 41. benedictio discentium. 42. chirotoniae ex pontificali romano excerptae; videlicet ostiariorum, lectorum, exorcistarum, acolythorum, hypodiaconorum, subdiaconi qui legit apostolum, diaconi qui legit evangelium, et presbyterorum. Is codex eadem qua praecedens codex manu exaratus est.

CCCVII. (A. 50.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 120, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *pontificalis et ritualis* Chaldaeorum, sive Nestorianorum, tomus II; videlicet 1. ordo sancti baptismi, compositus a Iesuiabo catholico adiabeno, tum Nestorianorum patriarcha. 2. alter ordo sancti baptismi, a Iosepho I. Chaldaeorum patriarcha recognitus. 3. ordo sponsalium, carsciunice, seu arabice litteris chaldaicis. 4. alius ordo sponsalium, praeposita rubrica de aetate sponsae, quam non minorem annis duodecim debere esse, sub aeternae maledictionis et anathematis poena, Nestoriani praecipiunt. 5. ordo benedictionis vestium sponsalium. 6. ordo benedictionis desponsationis. 7. ordo coronationis coniugum. 8. ordo benedictionis thalami nuptialis. 9. alius ordo desponsationis. 10. ordo benedictionis vestium nuptialium. 11. ordo benedictionis coronarum. 12. ordo absolutionis apostatarum. 13. ordo renovationis fermenti seu panis eucharistici. 14. chronicon sive kalendarium perpetuum ad inveniendum ieiunia, festa mobilia, litteram dominicalem, epactam lunarem, cyclum solarem, et ad disponendum dominicas, et hebdomadas ante nativitatem Domini, post epiphaniam, et post pentecosten, iuxta ritum Nestorianorum; subiecta supputatione annorum mundi ab Adamo ad Christi crucifixionem, una cum excerptis ex libro Ebediesu bar-Bricha, cui titulus *fundamenta fidei*, de annunciatione, nativitate, et baptismo Domini, et quot paschata Christus post suum baptismum celebraverit. Item de anno bissextili. 15. benedictiones mensae ante et post prandium. 16. benedictio oblationis pro defunctis. 17. alia panis adhibendi in oblationibus pro exequiis defunctorum. 18. benedictio calicis vini. 19. alia calicis. 20. clausulae, sive absolutiones, et benedictiones XIV. ad portam cancellorum dicendae; auctore Ebediesu bar-Bricha, quarum secunda carsciunica. 21. benedictio aquae pollutae.

CCCVIII. (A. 51.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 112, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *pontificalis et ritualis* Chaldaeorum, sive Nestorianorum, tomus III; videlicet 1. defunctorum saecularium, virorum nempe, mulierum, et puerorum exequiae, iuxta ordinem et ritum superioris monasterii SS. Abrahae et Gabrielis, quem Nestoriani omnes amplectuntur, tribus constantes sessionibus. 2. cantus X. cum cadaver effertur. 3. cantus ad liturgiam pro defunctis. 4. Narsetis leprosi sectiones, sive carmina tria de defunctis, quorum tertium de mulieribus. 5. carmen, dum cadaver sepelitur. 6. exequiae puerorum baptizatorum, usque ad septimum aetatis annum, tribus pariter constantes sessionibus. 7. ritus sepeliendi pueros non baptizatos. 8. hymni paracletici CLVII. de cuiusvis ordinis ac status defunctis; ex quibus hymni IV. de catholicis, seu patriarchis; hymni III. de episcopis et metropolitis; hymni XXI. de sacerdotibus, quorum postremus Iohanni metropolitae asbelensi adscribitur; hymni XIII. de monachis; hymni XI. de diaconis; hymni X. de ecclesiasticis, quorum quintus, sextus, septimus, et octavus Iesuiabo bar-Mocaddem Arbelae metropolitae tribuuntur; hymnus I. de doctoribus vigilibus. 9. hymni XCIV. de quolibet defuncto, deque divitibus, peregrinis, senibus, medicis, occisis, suffocatis, sponsis utriusque sexus, adolescentibus, scribis, mulieribus, virginibus, et pueris; uti etiam de defunctis ad sepulchrum, et ad missam. 10. ordo consolationis, sive exequiae defunctorum virorum, mulierum, et puerorum, secunda et tertia post ipsos sepultos die. 11. officium pro iis, qui ruinis oppressi, vel occisi, vel suffocati intereunt. 12. ritus translationis cadaveris ex uno in aliud sepulchrum. 13. orationes III. paracleticae de defunctis. 14. cantus de defunctis.

CCCIX. (A. 52.)

Codex in 4. m. bombyc. foliorum 116, syriacis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Pontificale Syrorum maronitarum, bipartitum. Pars prima, in qua describuntur chirotoniae, sive ordinationes 1. psaltae. 2. lectoris. 3. hypodiaconi. 4. diaconi. 5. archidiaconi. 6. presbyteri. 7. periodeutae. 8. chorepiscopi. 9. episcopi, et metropolitae. 10. patriarchae. Is codex scriptus fuit anno Graecorum 1607. (Christi 1295.) in coenobio S. Mariae oppidi Acurae in monte Libano, temporibus Theodori eiusdem loci episcopi; quemadmodum eadem, qua totus codex manu scriptus fuit, in calce adnotatur.

CCCX. (A. 53.)

Codex in fol. m. bombyc. paginarum 364, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Pontificalis Syrorum maronitarum pars altera complectens consecrationes et benedictiones ab episcopo peragendas ; quarum 1. consecratio ecclesiae. 2. consecratio altaris. 3. consecratio baptisterii. 4. consecratio tabulae altaris. 5. consecratio patenae et calicis, et suppellectilum quae divina mysteria tangunt. 6. benedictiones ornamentorum altaris, et sacerdotalium vestimentorum; item signi, seu campanae. 7. consecratio olei infirmorum, cum septem sessionibus seu officiis lampadis. 8. alia parva eiusdem olei. 9. consecratio olei catechumenorum. 10. consecratio parva chrismatis. 11. alia magna et sollemnior eiusdem chrismatis, quae fit feria quinta mysteriorum, sive in caena Domini. 12. benedictio coemeterii. 13. benedictio turis. 14. benedictio crucis et sanctarum imaginum. 15. alia numismatum. 16. reconciliatio altaris et ecclesiae pollutae. 17. benedictio sacrorum vasorum ab haereticis aut quocumque alio modo pollutorum. Sub initium huius codicis, qui inclinante decimo septimo Christi saeculo videtur descriptus, alia manu praefixus legitur elenchus ecclesiarum et altarium a Stephano Petro Aldoënsi antiocheno Maronitarum patriarcha consecratorum, ab anno Christi 1670. ad annum 1698.

CCCXI. (A. 54.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 635, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Pontificale et rituale ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum, tripartitum; a Stephano Petro Aldoënsi patriarcha Antiochiae recognitum, et in meliorem ordinem digestum; praeposita eiusdem patriarchae encyclica ad omnes archiepiscopos, episcopos, archipresbyteros, et parochos maronitas, de eiusdem pontificalis et ritualis recognitione, et approbatione, deque ipsius solius usu in posterum ab omnibus servando, data in Canubino, sede patriarchali Maronitarum, die 3. octobris, anno Christi 1683.

Pars prima, in qua exhibentur chirotoniae sive ordinationes 1. psaltae. 2. lectoris. 3. hypodiaconi. 4. diaconi. 5. archidiaconi. 6. presbyteri. 7. periodeutae, seu visitatoris. 8. chorepiscopi. 9. episcopi et metropolitae. 10. patriarchae. 11. tonsura monachorum. 12. tonsura monialium. 13. ordo orationis mediae, seu habitus monastici, qui microschemorum est proprius. 14. ordo schematis magni, i. e. megaloschemorum. 15. ordo indulgentiae, octava a suscepto monastico habitu die persolvendus. 16. oratio carsciunica, ab abbate monasterii vespere legenda super caput eius, qui monachismum profiteri postulat; sub-

iecta exploratione eius voluntatis, una cum admonitione, carsciunica, ad eundem.

CCCXII. (A.55.)

Codex in fol. m. chartac. paginarum 228, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Pontificalis et ritualis ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum pars secunda et tertia, duabus dispositae laterculis. Pars II. complectitur consecrationes et benedictiones ab episcopo peragendas; quibus praeponitur Stephani Petri Aldoënsis patriarchae antiocheni commentarius carsciunicus in easdem consecrationes, sectionibus decem absolutus. Eae autem hunc in ordinem digestae sunt. 1. consecratio ecclesiae. 2. consecratio altaris. 3. consecratio baptisterii. 4. consecratio tabulae altaris, quae nimirum super eiusdem mensa ponitur. 5. consecratio patenae et calicis; item instrumentorum et suppellectilium, quae divina mysteria tangunt. 6. benedictiones ornamentorum altaris, et sacerdotalium indumentorum; item turibuli, crucis, imaginum, et numismatum sanctorum. 7. reconciliatio altaris et ecclesiae, nec non sacrorum vasorum, quae quocumque modo ab haereticis aut aliis polluta fuerint. 8. benedictio signi vel campanae. 9. benedictio coemeterii. 10. ordo consecrationis chrismatis brevior. 11. consecratio olei catechumenorum. 12. consecratio olei infirmorum. 13. consecratio prolixior chrismatis, quae fit feria quinta mysteriorum, seu in coena Domini. 14. ordo consecrationis olei lampadis, pro sanis et pro aegrotis, septem constans sectionibus seu officiis. Tertia pars exhibet rituale, seu ministeria a sacerdotibus peragenda, iuxta ritum Maronitarum, a praedicto Stephano Petro Aldoënsi patriarcha recognitum anno Christi 1694. atque hocce ordine dispositum. 1. ordo obsignationis ecclesiae. 2. ordo benedictionis aquae in festo epiphaniae. 3. benedictio domus puerperae. 4. ordo baptismi, compositus a S. doctore Iacobo sarugensi. 5. ordo solutionis coronae baptizati post septimum diem. 6. alter ordo baptismi compositus a S. Iohanne edesseno. 7. ordo brevis baptismi compositus a S. Basilio magno. 8. ordo ingressus puerperae in templum. 9. ordo matrimonii Christianorum, videlicet benedictio anulorum et vestium nuptialium; ordo sponsalium; ordo desponsationis; ordo coronationis sponsorum; alter ordo brevis coronationis, carsciunicus. Benedictio strati et thalami nuptialis. 10. ordo matrimonii viduarum. 11. ordo benedictionis ramorum in dominica hosannarum. 12. ordo accessus ad portum in nocte feriae secundae maioris hebdomadae. 13. ordines orationum super baptisterium, feria 2. 3. 4. et 5. hebdomadae maioris post matutinum dicendarum. 14. ordo lotionis pedum, quae feria quinta mysteriorum post nonam peragitur. 15. ordo adorationis crucis, quae fit feria 6. maioris hebdomadae post nonam. 16. oratio indulgentiae,

dicenda die sabbathi magni post nonam. 17. ordo processionis crucis in dominica magna resurrectionis post matutinum. 18. ordo pacis et salutationis in eadem dominica resurrectionis post matutinum. 19. ordo adorationis in pentecoste. 20. ordo processionis reliquiarum SS. martyrum. 21. orationes pro diversis; videlicet pro pueris, quos parentes sacerdoti offerunt; pro iisdem in tonsura capillorum; pro populo christiano in festo resurrectionis; pro sene petente benedictionem a sacerdote; pro offerentibus oblationes; pro accedente ad sacra mysteria; pro iter agentibus: alia dicenda ab eo, qui peregre proficiscitur: orationes super mensam ante et post esum: aliae super eandem in solemnitate sanctorum; aliae in convivio pro defunctis: benedictio panis: alia grani cocti, seu farris: alia ovorum in paschate resurrectionis: alia vini: alia fructuum: alia agrorum; alia aquae: alia tritici, quod domi servatur, aut seminatur: alia vineae et oliveti: alia novae vineae, et omnis rei quae seminatur, aut plantatur: alia torcularis: alia aquae, et olei sanitatis: oratio pro iratis, qui reconciliari postulant: aliae pro infirmis, et iis qui ad angustias rediguntur, suntque morti proximi: in exitu animae: pro eo, qui manducavit aut bibit quid immundum: alia super aquam, vinum, et oleum, in quibus quid immundum suffocatur: alia pro eo, in quo mala cogitatio excitatur: alia pro phantasticis: alia pro eo, qui pavore aliquo afficitur: alia pro eo, qui a diabolo vexatur: alia pro eo, qui a diabolo tentatur: alia in rogationibus.

CCCXIII. (A. 56.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 101, syriacis litteris elegantissime exaratus; quo continetur.

Rituale Syrorum maronitarum, complectens duplicem ordinem baptismi, nempe sollemniorem et breviorem, compositum a S. Basilio magno; processionem crucis; benedictionem fontis; et in fine kalendarium sanctorum per anni circulum. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXIV. (A. 57.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 146, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continentur.

Exequiae defunctorum, iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum. Liber complectens officia 1. pro episcopis defunctis. 2. pro monachis. 3. pro uno monacho. 4. pro sacerdotibus. 5. pro diaconis. 6. pro viris saecularibus. 7. pro mulieribus. Is codex scriptus fuit anno Graecorum 1789. (Christi 1477.) a Iohanne archipresbytero oppidi Hadscit in monte Libano, ad usum diaconi eiusdem oppidi; uti in fine adnotatur.

CCCXV. (A. 58.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 144, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Exequiae defunctorum; videlicet 1. sacerdotum. 2. diaconorum. 3. monachorum. 4. virorum saecularium. 5. puerorum. 6. monialium. 7. mulierum. 8. puellarum; iuxta ritum Syrorum maronitarum. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur descriptus, pertinuitque olim ad Mansorem filium archipresbyteri Michaëlis; ut in fronte adnotatur.

CCCXVI. (A. 59.)

Codex in fol. max. bombyc. foliorum 319, syriacis litteris elegantissime exaratus; quo continetur.

Officium feriale Syrorum maronitarum per totam hebdomadam, in duplici laterculo; adiecto officio dominicae resurrectionis. Is codex scriptus fuit a quodam Theodoro, anno Graecorum 1747. (Christi 1435.) quemadmodum in calce officii sabbathi adnotatur.

CCCXVII. (A. 60.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 818, syriacis litteris exaratus; quo continetur.

Officium feriale septem dierum hebdomadae per anni circulum, iuxta ritum Syrorum maronitarum, duobus dispositum laterculis. Accedit kalendarium sanctorum, in quo ad diem 9. februarii memoria recolitur sancti Iohannis patriarchae antiocheni Maronitarum, et sancti Maronis abbatis; et ad diem 15. septembris sex priorum synodorum oecumenicarum. Is codex exaratus fuit anno Graecorum 1819. (Christi 1508.) die 15. iulii in monasterio S. crucis Syrorum iacobitarum, quod extra moenia Nicosiae urbis Cypri situm erat, ab Abrahamo presbytero et monacho, filio Behenami severiani monachi, ex monte Abdinensi in Mesopotamia, ad usum Melchisedechi Zeraici presbyteri, filii Abrahami presbyteri maronitae; uti in fine kalendarii sanctorum calligraphus iacobita adnotat, qui et ibidem memoriam Severi patriarchae, Iacobi Baradaei, aliorumque monophysitarum memoriam subdole inseruit.

CCCXVIII. (A. 61.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 303, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continentur.

Officia sanctorum, iuxta ritum Syrorum maronitarum, duobus laterculis disposita. Pars hiemalis videlicet 1. officium encaeniorum ecclesiae. 2. aliud dedicationis ecclesiae. 3. annunciationis Zachariae. 4. annunciationis deiparae virginis Mariae. 5. Profectionis deiparae Virginis ad Elisabeth. 6. nativitatis S. Iohannis baptistae. 7. revelationis S. Ioseph. 8. dominicae ante nativitatem Domini. 9. nativitatis Domini. 10. de laudibus deiparae virginis Mariae. 11. de caede infantium. 12. dominicae post nativitatem Domini. 13. SS. PP. Basilii et Gregorii. 14. epiphaniae Domini. 15. de laudibus S. Iohannis baptistae. 16. S. Stephani protomartyris. 17. dominicae I. post epiphaniam. 18. dominicae II. post epiphaniam. 19. dominicae III. post epiphaniam. 20. dominicae IV. post epiphaniam. 21. de laudibus deiparae Virginis. 22. ingressus Domini in templum. 23. officia hebdomadae Ninivitarum. 24. officium sacerdotum, et patrum. 25. defunctorum. 26. S. Iacobi intercisi. 27. S. Iacobi doctoris. 28. S. Barbarae. 29. S. Nicolai. 30. S. Behenami martyris. 31. S. Gabrielis caraminensis. 32. S. Antonii abbatis monachorum. Is codex ineunte decimo octavo Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXIX. (A. 62.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 147, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

1. *Officia* iuxta ritum Syrorum maronitarum, duobus disposita laterculis. 1. de nativitate Domini. 2. in assumptione B. V. Mariae. 3. de uno martyre. 4. ordo adorationis in die pentecostes. 5. historia dormitionis deiparae virginis Mariae, carsciunica, sancto Iohanni evangelistae adscripta. Is codex scriptus fuit a Sergio monacho et presbytero anno mundi 7081. (Christi 1573.) uti in calce officii de uno martyre adnotatur.

CCCXX. (A. 63.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 283, syriacis litteris eleganter scriptus; quo continentur.

Officia iuxta ritum Syrorum maronitarum, duobus disposita laterculis. 1. in epiphania Domini. 2. de laudibus B. V. Mariae. 3. in annunciatione B. V. Mariae. 4. in assumptione eiusdem. 5. in nativitate eiusdem. 6. in nativitate Domini. 7. de uno sancto. Is codex exaratus fuit ante annum Christi 1490. Nam post officium epiphaniae, recentiore manu describitur authenticum instrumentum donationis, quae fit ecclesiae Deiparae et S. Abdae in Talo Cypri oppido; confirmatum a Gabriele archiepiscopo Maronitarum Cypri, anno Christi 1511. die 12. iulii. Item donatio ab eodem Gabriele archiepiscopo facta eidem eccle-

siae, die 4. septembris, anno Christi 1490. Item nonnullae aliae donationes a fidelibus eidem ecclesiae addictae anno Christi 1490.

CCCXXI. (A. 64.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 184, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Officia, iuxta ritum Syrorum maronitarum, duobus disposita laterculis. 1. in assumptione B. V. Mariae; adiecta historia dormitionis eiusdem, carsciunice. 2. de laudibus B. V. Mariae. 3. in eiusdem nativitate; subiecta homilia de eiusdem annunciatione. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur descriptus.

CCCXXII. (A. 65.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 176, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continentur.

Officia, iuxta ritum Syrorum maronitarum, duobus disposita laterculis. 1. in festo SS. Petri et Pauli apostolorum. 2. in festo XII. apostolorum. 3. in conceptione B. V. Mariae. 4. de laudibus B. V. Mariae. Is codex inclinante decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXXIII. (A. 66.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 164, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Officium feriale Syrorum iacobitarum, per sex hebdomadae dies; nimirum a feria secunda ad sabbathum, inclusive. Is codex inclinante decimo septimo Christi saeculo fuit descriptus.

CCCXXIV. (A. 67.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 230, syriacis litteris eleganter scriptus; quo continetur.

Bethgaza, h. e. *thesaurus*, sive breviarium Syrorum iacobitarum complectens precationes et cantus per septem hebdomadae dies: item de Deipara; de sanctis in communi; de sancto specialiter; de paenitentia; de defunctis: una cum lectionibus evangelicis et apostolicis ad vesperas et ad matutinum, iuxta ritum veterum Syrorum iacobitarum. Is codex ad decimum tertium Christi saeculum videtur referendus.

CCCXXV. (A. 68.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 185, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Octoëchus, sive cantica tonis octo expressa, in sacris Iacobitarum officiis per anni circulum dicenda; auctoribus Severo patriarcha antiocheno, Iohanne bar-Aphtonio abbate sansarensi, Iohanne psalta, Philoxeno mabugensi, Paulo episcopo Callinici, Iacobo edesseno, et poëta quodam alexandrino. Is codex inclinante decimo septimo Christi saeculo videtur descriptus.

CCCXXVI. (A. 69.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 111, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Officium feriale Nestorianorum seu Chaldaeorum, a feria secunda ad sabbathum. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur descriptus.

CCCXXVII. (A. 70.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 237, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Paracletica; quae est divini officii pars, iuxta ritum Syro-Graecorum melchitarum. Is codex absolutus fuit feria tertia, die 31. decembris, anno Adami 7084. (Christi 1576.) uti in fine adnotatur; ubi etiam subiungitur, codicem hunc legatum fuisse ecclesiae SS. Sergii et Bacchi oppidi Tabsciar.

CCCXXVIII. (A. 71.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 194, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Octoëchus, iuxta ritum Melchitarum. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCXXIX. (A. 72.)

Codex] in 8. bombyc. foliorum 231, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Octoëchus, *hermologium*, *et paracletica*; adiectis in fine variis precibus arabicis. Is codex perfectus fuit die dominica, 13. ianuarii, anno Adami 7017. (Christi 1509.) a Mose presbytero ex pago Mazaran, ditionis ae-

carensis; uti fol. 169. a terg. adnotatur. In fine autem dicitur legisse in hoc libro Christodulus filius Helal, die 1. iunii, anno mundi 7203. (Christi 1695.) Hunc ipsum codicem anno Christi 1717. monasterio S. Salvatoris dono dederat Lotfus fil. Mosis, Abibi, damascenus.

CCCXXX. (A. 73.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 184, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Sticheraria cum octo tonis, ad septem hebdomadae dies, iuxta ritum Melchitarum. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

CCCXXXI. (A. 74.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 362, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Triodium Melchitarum, a dominica pharisaei et publicani, ad feriam sextam Lazari, quae est dies quadragesima ieiunii quadragesimalis. Feria V. hebdomadae quintae quadragesimae, fol. 284. Canonem, ab Andrea cretensi episcopo compositum, e graeco syriacum fecisse dicitur Iohannes presbyter, Isae filius ex oppido Rumana; qui ex mente auctoris arabice descriptus est. Is autem codex exaratus fuit die 27. decembris, anno mundi 7054. (Christi 1546.) a Mose presbytero filio Thomae, fil. Mosis, fil. Eliae, ex Nausia pago; uti in fine adnotatur.

CCCXXXII. (A. 75.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 326, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Triodium Melchitarum, a dominica pharisaei et publicani, usque ad feriam sextam Lazari. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus. Aliquot folia supplevit initio et fine eiusdem codicis Isa monachus, feria 6, die 14. decembris, anno mundi 7149. (Christi 1641.) ceu ipse fol. 326. a terg. adnotat.

CCCXXXIII. (A. 76.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 496, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Triodium Melchitarum, a dominica pharisaei et publicani ad feriam

sextam Lazari. Is codex perfectus fuit feria quarta, die 23. novembris, anno mundi 7033. (Christi 1525.) rogatu Pauli, Iosephi, et Eliae, ex pago Duma, a presbytero Iosepho, ex pago Chafur, ditionis botryensis, ad usum presbyteri Petri, fil. Iohannis, fil. Macluf, ex pago Duma oriundi, Mahaidatae incolae; quemadmodum in calce arabice adnotatur.

CCCXXXIV. (A. 77.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 230, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Triodium Melchitarum, a sabbatho Lazari ad dominicam post pentecosten, duobus dispositum laterculis. Rubricae, cum variis lectionibus atque precibus, arabice descriptae sunt. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

CCCXXXV. (A. 78.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 532, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis september*. Is codex scriptus fuit die 1. octobris, anno mundi 6900. (Christi 1392.) a diacono Abaido, filio Iohannis diaconi, fil. Iacobi, ex pago Chafur, ad usum presbyteri Uehebe Tauil, ex pago Basarma, et Abrahami presbyteri, fil. Iacobi archipresbyteri, item ad usum aliorum ex praedicto pago Basarma: compactus autem fuit a Salomone filio Davidis presbyteri; quemadmodum in calce adnotatur.

CCCXXXVI. (A. 79.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 527, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis october*. Is codex collatus fuit a Salomone filio Davidis presbyteri, compactus autem a Mose presbytero ex pago Basarma; uti in fine adnotatur.

CCCXXXVII. (A. 80.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 473, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis november*. Is codex scriptus fuit sabbatho, die 30. octobris, anno mundi 7021. (Christi 1512.) a Mose presbytero,

fil. Thomae, fil. Mosis, fil. Eliae, ex pago Nausia, rogatu presbyteri Davidis fil. Abrahami; uti in calce adnotatur.

CCCXXXVIII. (A. 81.)

Codex in 4. membr. paginarum 292, chaldaicis litteris exaratus; quo continentur.

Menaei Melchitarum *menses december*, *ianuarius*, *martius*, *aprilis*, *maius*, *iunius*, *iulius*, *augustus*. Heic autem habentur dumtaxat festa praecipua sanctorum. Is codex ad nonum Christi saeculum haud immerito videtur referendus.

CCCXXXIX. (A. 82.)

Codex in fol. m. bombyc. paginarum 406, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis december*, duobus laterculis dispositus. Is codex scriptus fuit feria quarta, die 6. mensis martii, anno mundi 7130. (Christi 1622.) perpetuoque legatus monasterio deiparae Virginis de Hamatura, ditionis tripolitanae in Syria; quemadmodum in fine adnotatur.

CCCXL. (A. 83.)

Codex in 4. bombyc. paginarum 566, chaldaicis litteris eleganter scriptus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis ianuarius*. Is codex perfectus fuit a Saliba in monasterio S. Georgii de Chafur, pago montis Libani, ditionis tripolitanae; anno mundi 6985. (Christi 1477.) sabbatho, die 5. iulii, studio Mosis archipresbyteri dicti pagi, et presbyteri Abrahami abbatis memorati monasterii S. Georgii, et Iacobi, Iosephi, Pharagi, ac Sergii monachorum; ut in calce adnotatur.

CCCXLI. (A. 84.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 555, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis ianuarius*, duobus dispositus laterculis. Is codex scriptus fuit anno Adami 7115. (Christi 1607.) feria sexta, die 9. ia-

nuarii, ab Isa monacho fil. Iacobi, ex Garzuz pago, ditionis byblicensis, perpetuoque legatus monasterio Deiparae de Hamatura; uti in fine adnotatur.

CCCXLII. (A. 85.)

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 218, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis februarius*. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

CCCXLIII. (A. 86.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 505, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Menaei Melchitarum *menses martius et aprilis*, duobus dispositi laterculis. Is codex scriptus fuit feria tertia, die 27. februarii, anno mundi 6995. (Christi 1487.) a Theodoro presbytero fil. Iosephi, fil. Mosis, ex pago Darebta, ditionis botryensis, rogatu Rescallah archipresbyteri pagi Bacabartensis; uti in clausula martii adnotatur.

CCCXLIV. (A. 87.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 341, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Menaei Melchitarum *menses martius*, *aprilis*, *maius*, *iunius*, *iulius*, et *augustus*, cum epistolis, et evangeliis, et synaxario sanctorum, nec non cum scholiis in epistolas et evangelia, quae in praedictis mensibus leguntur. Is codex scriptus fuit anno mundi 7004. (Christi 1496.) a presbytero Iosepho, fil. Iohannis, fil. Abrahami, ex pago Chafur, temporibus Mosis archipresbyteri eiusdem pagi, ad usum presbyteri Mosis fil. Cypriani, ex pago Duma, ditionis tripolitanae; quemadmodum in clausula synaxarii sanctorum adnotatur.

CCCXLV. (A. 88.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 223, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis aprilis*. Is codex scriptus fuit die 20. martii, anno mundi 7076. (Christi 1568) studio Ioachimi presbyteri, et Domitii diaconi; uti in fine adnotatur.

CCCXLVI. (A. 89.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 440, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis aprilis*. Is codex perfectus fuit anno mundi 7073. (Christi 1565.) feria secunda, die 2. aprilis, a presbytero Uchebe al-Sabbagh, ex pago Batra ditionis tripolitanae, perpetuoque legatus ecclesiae SS. Sergii et Bacchi; quemadmodum in clausula diei decimi quinti dicti mensis adnotatur.

CCCXLVII. (A. 90.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 379, chaldaicis litteris èxaratus; quo continentur.

Menaei Melchitarum *menses aprilis et maius*. Is codex scriptus fuit a Iohanne presbytero et monacho filio Georgii, fil. Eliae, ex pago Nausia, territorii Besciarrae, ditionis tripolitanae, anno mundi 6995. (Christi 1487.) die 24. aprilis; uti in fine adnotatur. Supplevit aliquot folia Simeon episcopus Saidanaiae, die 10. maii, anno mundi 7132. (Christi 1624); qui eundem codicem perpetuo legavit monasteriis S. Georgii et Deiparae de Hamatura, rogatu Simeonis utriusque monasterii abbatis, et presbyteri Meletii, eiusque sociorum monachorum; quemadmodum in clausula mensis aprilis legitur. In fine autem maii idem Simeon episcopus ait, alia folia dicti mensis a se suppleta fuisse, feria 4, die 19. maii eiusdem anni.

CCCXLVIII. (A. 91.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 162, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis iunius*. Is codex exaratus fuit anno mundi 7033 (Christi 1525.) feria 5, die 27. augusti, a Iacobo presbytero filio Iohannis diaconi, filii Petri presbyteri, ex pago Hardin in monte Libano, studio diaconi Iohannis, fil. Uehebe, ex pago Basarma ditionis tripolitanae; ad usum ecclesiae SS. Tutaëlis, et Asiae, et Cypriani eiusdem pagi; quemadmodum in fine adnotatur.

CCCXLIX. (A. 92.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 346, chaldaicis litteris eleganter scriptus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis iulius*, duobus dispositus laterculis. Is codex absolutus fuit die 16. iunii, anno mundi 7062. (Christi 1554.) a Mose monacho filio Thomae, fil. Mosis, fil. Eliae, ex pago Nausia ditionis tripolitanae, perpetuoque legatus ecclesiae SS. Theodori et Mamantis eiusdem pagi ab uxore Abrahami, in redemptionem animae suae suique viri; uti in calce adnotatur.

CCCL. (A. 93.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 516, chaldaicis litteris exaratus; quo continetur.

Menaei Melchitarum *mensis augustus*, duobus laterculis dispositus. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus: exaratus autem fuit a Salomone diacono, filio Davidis presbyteri, fil. Uehebe presbyteri, ex pago Besram ditionis tripolitanae, studio Theodori archipresbyteri pagi Capharsaron; perpetuoque legatus ecclesiae SS. Mamantis et Theodori dicti pagi; uti in calce adnotatur.

CCCLI. (A. 94.)

Codex in fol. m. bombyc. foliorum 355, chaldaicis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Menaeum Melchitarum *parvum*, sive contractum, totius anni, a mense septembri ad totum mensem augustum, praepositis lectionibus ex novo testamento, dicendis in sabbathis ac dominicis; subiectaque in fine tabula cycli paschalis cum sua expositione. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur descriptus, pertinuitque olim ad Iohannem antiochenum Melchitarum patriarcham; uti in fine adnotatur.

CCCLII. (A. 95.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 192, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

1. *Procimena*, quae post dominicam novam, sive in albis, usque ad sabbathum pentecostes, iuxta ritum Syro-Graecorum melchitarum recitantur. 2. *Lectiones* ex actibus apostolorum, et divi Pauli epistolis, per anni circulum dicendae diebus dominicis et sabbathis ac festis. 3. Synaxarium sanctorum a mense septembri ad totum mensem augustum. Is codex descriptus est ex codice vaticano XXI. exarato anno Graecorum 1353. (Christi 1041.) qui olim

ad monasterium S. Pantaleonis martyris in monte Nigro, in suburbio urbis Antiochiae situm, pertinebat.

CCCLIII. (A. 96.)

Codex in 8. m. chartac. foliorum 160, syriacis litteris exaratus; quo continetur.

Nomocanon ecclesiae syriacae antiochenae, complectens 1. *Iohannis scholastici* titulos LI. 2. *Canones apostolorum* LXXXI. 3. *Constitutiones* eorumdem per Hippolytum XI. 4. *Canones nicaenos* XX. 5. *ancyranos* XXIV. 6. *neocaesarienses* XIV. 7. *gangrenses* XX. 8. *antiochenos* XXV. 9. *laodicenos* LIX. 10. *constantinopolitanos* IV. 11. *ephesinum* I. 12. *chalcedonenses* XXVII. 13. *Timothei* patriarchae Alexandriae quaesita et responsa canonica XV. Descripti sunt praedicti canones a Iosepho Simonio Assemano ex pervetusto codice chaldaico membranaceo vaticano CXXVII. circa saeculum christianum nonum scripto, uti idem Assemanus in illorum fronte adnotavit. Consequitur alia collectio canonum descripta ab eodem Assemano ex nomocanone *Gregorii Barhebraei Abulpharagii*, qui in codice vatic. CXXXII. exhibetur; videlicet *canones apostolorum*, nec non conciliorum *nicaeni*, *ancyrani*, *neocaesariensis*, *gangrensis*, *antiocheni*, *laodiceni*, *constantinopolitani*, *chalcedonensis*. Item patrum, *Dionysii atheniensis*, *Dionysii alexandrini*, *Origenis*, *Athanasii alexandrini*, *Cypriani*, *Eustathii antiocheni*, *Timothei alexandrini*, *Basilii magni*, *Gregorii theologi*, *Evagrii constantinopolitani*, *Iohannis scholastici*, *Leonis imperatoris*. Denique syrorum iuris consultorum, *Rabulae edesseni*, *Cyriaci patriarchae*, *Philoxeni mabugensis*, *Ignatii patriarchae*, *Iacobi edesseni*, *Georgii Arabum episcopi*, *Cyriaci amidensis*, *Iohannis telensis*, *Theodosii patriarchae*, *Iohannis patriarchae*, *Severi patriarchae*, *Lisii*, *Dionysii patriarchae*, *Michaëlis patriarchae*, *Dionysii*; seu Iacobi Barsalibaei.

CCCLIV. (A. 97.)

Codex in 4. m. chartac. foliorum 167, syriacis litteris exaratus; quo continetur.

Synodicon orientale Nestorianorum et Iacobitarum, ex variis codicibus a Iosepho Simonio Assemano, qui omnium primus synodorum et canonum orientalium latinam versionem atque editionem aggredi meditabatur, collectum et descriptum.

CCCLV. (A. 98.)

Codex in fol. chartac. foliorum 128, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Ebediesu episcopi sobensis nomocanon, seu collectio canonum synodalium. Pars I. in quinque tractatus, in varia abeuntes capita distributa; praepositis canonibus, constitutionibus, et legibus apostolorum. Tractatus I. de iis quorum cognitio omnibus necessaria est, capp. quinque. Tractatus II. de matrimonio, deque canonibus et regulis sponsalium christianorum; et quomodo haec peragenda sint; deque ceteris ad hanc rem spectantibus, capp. XXVII. Tractatus III. de divisione hereditatum, capp. XXV. Tractatus IV. de iudiciis et causis, quae inter Christi fideles contingunt, capp. XIX. Tractatus V. de iis quae omnibus universim christianis canonice imperata sunt, capp. XXVIII. De auctore et eius scriptis vide Assem. bibl. orient. tom. III. Is codex descriptus est ex cod. vat. CXXIX. exarato Bagdadi anno Graecorum 1543. (Christi 1331.)

CCCLVI. (A. 99.)

Codex in fol. chartac. foliorum 150, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Gregorii Barhebraei cognomento *Abulpharagii*, maphriani, seu primatis orientis, nomocanon, cui titulus *liber directionum de canonibus ecclesiasticis et legibus saecularibus*, in praefationem et capita XL. variis constantia sectionibus divisus, duobusque tomis comprehensus. Tomus I. a praefatione de sacrorum canonum observantia, ad sectionem quintam capitis undecimi de emptione et venditione. De auctore et eius scriptis vide Assem. bibl. orient. tom. II.

CCCLVII. (A. 100.)

Codex in fol. chartac. foliorum 223, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gregorii Barhebraei*, nomocanonis tomus II. a capite de mutuo et commodato, ad sectionem quintam capitis quadragesimi et ultimi de accusatione.

CCCLVIII. (A. 101.)

Codex in fol. chartac. foliorum 214, syriacis litteris exaratus; quo

continetur.

Eiusdem *Gregorii Barhebraei*, nomocanonis aliud exemplar, in duos tomos distributum, variisque scholiis marginalibus illustratum. Tomus I. a praefatione de canonum observantia, ad sectionem secundam capitis XVI. de translatione iuris.

CCCLIX. (A. 102.)

Codex in fol. chartac. foliorum 222, syriacis litteris eadem, qua praecedens codex, manu exaratus; quo continetur.

Gregorii Barhebraei, nomocanonis tomus alter a capite XVII. de fideiussione, usque ad finem. Is codex absolutus fuit a Iohanne Fortunato, chorepiscopo Cairi hierosolymitano syro, Romae die 13. decembris, anno Christi 1760, sumptibus Iosephi Simonii Assemani bibliothecae vaticanae praefecti, uti in fine carsciunice adnotatur.

CCCLX. (A. 103.)

Codex in fol. chartac. foliorum 76, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

1. *S. Athanasii alexandrini archiepiscopi* oratio de Verbi incarnatione; deque eius in corpore apparitione. 2. *Timothei Alexandriae archiepiscopi* homilia in illud Ioh. IV. 6. *Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem*; habita die dominica, 22. mensis martii, indictione quarta (anno Christi 526.) in throno ecclesiae S. Dionysii; uti in titulo legitur. Is codex descriptus est ex codice chaldaico vetustissimo membranaceo vaticano CIV, exarato mense augusto, anno Alexandri 875. (Christi 563.)

CCCLXI. (A. 104.)

Codex in 8. chartac. foliorum 44, syriacis litteris exaratus; quo continetur.

Dionysii Barsalibaei, metropolitae Amidae, expositio missae syriacae ad Ignatium Iacobitarum antistitem hierosolymitanum. De auctoris aetate et scriptis vide Assem. bibl. orient. tom. II. Is codex scriptus est a Iosepho fil. Simonis, fil. Iosephi, fil. Sciahini, fil. Denhae, hesronita (vulgo Iosepho Simonio Assemano) Romae temporibus Clementis papae XI, sabbatho, die 12. decembris, anno Christi 1711, uti in clausula adnotatur.

CCCLXII. (A. 105.)

Codex in fol. chartac. foliorum 230, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

Iohannis darensis metropolitae, de resurrectione mortuorum libri quatuor. De auctoris aetate et scriptis vide Assem. bibl. orient. tom. II.

CCCLXIII. (A. 106.)

Codex in fol. chartac. foliorum 150, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continentur.

1. Eiusdem *Iohannis darensis*, de caelesti hierarchia libri duo; in quibus verba S. Dionysii areopagitae de angelica et ecclesiastica hierarchia illustrantur. 2. Eiusdem *Iohannis darensis*, de sacerdotio libri quatuor. Is codex descriptus est ex pervetusto codice membranaceo vaticano C, ante annum Graecorum 1243. (Christi 931.) exarato. Vide catalog. vatic. tom. II. pag. 544.

CCCLXIV. (A. 107.)

Codex in fol. chartac. foliorum 254, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

S. Isaac syri homiliae, seu sermones metrici XXVII; quorum 1. de paenitentia. 2. reprehensio. 3. item reprehensio, quod honores dignitatesque appetimus. 4. de rogationibus. 5. item de rogationibus. 6. reprehensio. 7. de novissimis temporibus. 8. reprehensio. 9. de oppressione et tyrannide. 10. item de oppressione. 11. item de oppressione. 12. de perfectione fratrum. 13. adhortatio ad eleemosynam. 14. de beatis martyribus. 15. de crucifixione Domini 16. item de crucifixione. 17. item de crucifixione. 18. item de crucifixione. 19. item de crucifixione. 20. item de crucifixione. 21. adversus Iudaeos. 22. deprecatio metro pentasyllabo. 23. de Adamo et Heva. 24. de Abel et Isaac. 25. de adventu Domini nostri, deque vaticiniis prophetarum. 26. de Magis, qui ab oriente venerunt. 27. de paupere et divite. Is codex descriptus est ex vetustissimo codice membranaceo vaticano CXX. saeculi septimi.

CCCLXV. (A. 108.)

Codex in fol. chartac. foliorum 187, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continentur.

Eiusdem *S. Isaac syri* homiliae metricae, sive carmina metro heptasyl-

labo LIX, quae in duos tomos distribuuntur. Tomus I. complectitur priores triginta quatuor homilias, quarum 1. de amore doctrinae. 2. de perfectione fratrum. 3. de avaritia, quae fratres generatim perturbat, specialiter vero coenobitas. 4. de humilitate fratrum. 5. ad eleemosynam adhortatio. 6. reprehensio et paraenesis. 7. reprehensio. 8. de signo, quod apparuit in caelo; et adversus eos, qui sacrae scripturae verbis ad divinationem et sortilegium abutuntur. 9. de fide. 10. de ieiunio et eleemosyna, deque perfectione quae monachos decet. 11. de defunctis. 12. in blasphemos; itemque reprehensio. 13. adhuc reprehensio. 14. item reprehensio. 15. de monachis lugentibus, et anachoretis. 16. de consummatione saeculi. 17. de paenitentia et resipiscentia. 18. de naturali cogitationum naturalium discrimine. 19. in illud Isaiae *omnis caro foenum*. 20. reprehensio. 21. de anachoretis et monachis reprehensio. 22. paraenesis, et sui ipsius reprehensio. 23. de passibilitate et impassibilitate. 24. Quaenam sit diaboli in hominem potestas, cum eum tentat; et de hominis constitutione. 25. ad abbatem quemdam. Est haec prima homiliarum octo de monachis inclusis. 26. secunda de monachis inclusis. 27. tertia de monachis inclusis. 28. quarta de monachis inclusis. 29. quinta de monachis inclusis. 30. sexta de monachis inclusis. 31. septima de monachis inclusis. 32. octava de monachis inclusis. 33. de perfectione fratrum, et de paupertate. 34. de stimulo conscientiae. Ceterae homiliae exstant in sequenti codice.

CCCLXVI. (A. 109.)

Codex in fol. chartac. foliorum 172, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continentur.

Eiusdem *S. Isaac syri* homiliarum tomus secundus, ab homilia XXXV. ad LIX; videlicet homilia 35. de stimulo conscientiae, sive de reprehensione mentis. 36. de rogationibus. 37. de Beth-Hur oppido expugnato. 38. altera de Beth-Hur oppido expugnato. 39. in apostatas. 40. de paenitentia. 41. altera de paenitentia. 42. de paupertate, quae est vera libertas. 43. paraenesis. 44. ad eos qui tempore orationis et sacrorum mysteriorum sese mutuo accusant. 45. de sacro quadragesimali ieiunio. 46. secunda de quadragesimali ieiunio. 47. sermo physicus, in quo de hominis constitutione auctor disserit. 48. reprehensio. 49. adhuc reprehensio. 50. de mutationibus, quae in mundo et in mente accidunt. 51. de eleemosyna. 52. de paenitentia. 53. de fide. 54. de paenitentia. 55. de rogationibus. 56. altera de rogationibus. 57. tertia de rogationibus. 58. quod Deus omnia in beneficium hominis convertit, sive captivitatem et bellum, sive famem et pestem. 59. in illud poëtae *quis me destruat, rursusque aedificet, atque virginem reficiat?*

CCCXVII. (A. 110.)

Codex in 4. membr. foliorum 63, chaldaicis litteris exaratus; quo continentur.

S. Isaac ninivitae sermones de institutione monastica, in duas partes distributi, sed initio et fine mutili. Is codex ad octavum Christi saeculum haud immerito videtur referendus.

CCCLXVIII. (A. 111.)

Codex in fol. membr. paginarum 395, chaldaicis litteris exaratus; quo continentur.

Homiliae LX. complurium SS. patrum, duobus dispositae laterculis; quarum, nonnullis hic et illic foliis deperditis, novem desiderantur. Quae autem supersunt, hunc in ordinem digestae sunt. Homilia 1. *Gregorii episcopi nysseni* de nativitate Domini, principio mutila. 2. *Procli constantinopolitani episcopi* de nativitate Domini. 3. eiusdem in commemoratione S. Stephani protomartyris, de mysterio dispensationis, et de nativitate Domini. 4. *Basilii magni* de nativitate Domini. 5. *Iohannis chrysostomi episcopi constantinopolitani* in epiphaniam et baptismum Domini. 6. eiusdem in tentationem Domini a satana. 7. *Amphilochii episcopi iconiensis* de manifestatione Domini, et eius ingressu in templum; deque deipara Maria, et Simeone, atque Anna. 8. *Procli episcopi constantinopolitani* de dogmate, in hebdomadam incipientis ieiunii quadragesimalis. 9. *Iohannis chrysostomi* in sacrum quadragesimale ieiunium. 10. eiusdem de decem virginibus. 11. *Basilii magni* de sanctis quadraginta martyribus sebastenis 12. eiusdem altera de SS. quadraginta martyribus. 13. *Iohannis chrysostomi* in annunciationem deiparae virginis Mariae. 14. eiusdem in Lazarum, quem Dominus resuscitavit. 15. eiusdem in dominicam palmarum 16. eiusdem in diem quadragesimam sacri ieiunii. 17. eiusdem in Zacchaeum publicanum. 18. eiusdem in peccatricem, cui Dominus peccata dimisit. 19. eiusdem in proditionem Iudae. 20. eiusdem in passionem Domini, eiusque universam dispensationem. 21. *Alexandri episcopi alexandrini* de anima et corpore, deque passione Domini. 22. *Iohannis chrysostomi* de cruce, et latrone a dextra. 23. eiusdem in hebdomadam magnam. 24. *Gregorii nysseni* in pascha resurrectionis Domini. 25. *Gregorii theologi* in pascha resurrectionis Domini 26. *Iohannis chrysostomi* de sancto Thoma apostolo, et adversus Arianos. 27. eiusdem in dominicam novam, seu in albis, et in Thomam apostolum. 28. eiusdem in ascensionem Domini. 29. eiusdem alia in ascensionem Domini. 30. eiusdem in pentecosten. 31. eiusdem de SS. apostolis 32. eiusdem adversus Eudoxiam imperatricem. 33. eiusdem, qua ostendit honorandam esse diem

dominicam. 34. *Alexandri episcopi Alexandriae* de die dominica. 35. *Iohannis chrysostomi*, in laudem martyrum 36. eiusdem alia in laudem martyrum. 37. eiusdem de defunctis, in illud *nolumus autem vos igno are, fratres, de dormientibus, ut non contristemini* etc. 38. eiusdem in S. Paulum apostolum. 39. *Procli episcopi constantinopolitani* in S. Clementem martyrem. 40. *Iohannis chrysostomi* de saltatione Herodiadis; deque abscisione capitis S. Iohannis baptistae. 41. eiusdem in psalmum *dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea*. 42. eiusdem in psalmum quinquagesimum. 43 *Isaac doctoris* de incarnatione Domini. 44. eiusdem de fide, et adversus Nestorium atque Eutychetem haereticos. 45. eiusdem alia de fide. 46. *Iohannis chrysostomi* in filium prodigum. 47. eiusdem alia in filium prodigum. 48. eiusdem tertia in filium prodigum. 49. eiusdem in ficum a Christo Domino maledictam. 50. eiusdem de charitate. Is codex ad octavum Christi saeculum haud immerito videtur referendus.

CCCLXIX. (A. 112.)

Codex in fol. m. membr. foliorum 211, chaldaicis litteris exaratus; quo continentur.

Homiliae LXII. variorum SS. patrum, duobus dispositae laterculis, quarum, nonnullis hic et illic foliis deperditis, octo desiderantur; quae autem supersunt, hisce sunt titulis praenotatae. Homilia 1. *S. Gregorii nysseni* in S. Stephanum protomartyrem. 2. *Amphilochii iconien i* oratio funebris in laudem S. Basilii magni. 3. *Severiani episcopi Gabalorum* in nativitatem Domini. 4. *Gregorii theologi* in sancta lumina, videlicet in baptismum Domini. 5. *S. Iohannis chrysostomi* in sancta lumina. 6. eiusdem in epiphaniam Domini. 7. eiusdem alia in epiphaniam Domini. 8. eiusdem in baptismum Domini, eiusque luctam cum satana. 9. eiusdem alia in baptismum Domini. 10. eiusdem alia in epiphaniam, et baptismum Domini. 11. *Iacobi doctoris* in epiphaniam Domini. 12. *Iohannis chrysostomi* in ingressum Domini in templum. 13. eiusdem alia in ingressum Domini in templum. 14. *Procli constantinopolitani* de dogmate, dicta sabbatho ante initium ieiunii quadragesimalis. 15. *Basilii magni* in dominicam incipientis ieiunii quadragesimalis. 16. eiusdem in ieiunium quadragesimale. 17. eiusdem alia in ieiunium quadragesimale. 18. *Iacobi doctoris* in ieiunium quadragesimale. 19. *Iohannis chrysostomi* in ieiunium, et in illud *foeneratur Domino qui miseretur pauperis*. 20. eiusdem alia de ieiunio, et eleemosyna. 21. eiusdem alia de sancto ieiunio. 22. *Basilii magni* in SS. quadraginta martyres sebastenos. 23. eiusdem alia in SS. quadraginta martyres sebastenos. 24. *Iohannis chrysostomi* in annunciationem deiparae virginis Mariae. 25. eiusdem alia in annunciationem deiparae V. M. 26. *Cyrilli alexan-*

drini in laudem deiparae V. M. 27. *Iohannis chrysostomi* in Lazarum pauperem, et in divitem. 28. eiusdem in festum palmarum, et in ingressum Domini in Hierusalem. 29. eiusdem in feriam secundam hebdomadae passionis, et in accessum ad portum seu complementum ieiunii quadragesimalis. 30. *Anastasii sinaitae* de descensu Domini ad inferos. 31. *Gregorii theologi* in pascha resurrectionis. 32. eiusdem alia in pascha resurrectionis. 33. *Iohannis chrysostomi* in feriam quintam mysteriorum. 34. eiusdem alia in feriam quintam mysteriorum, et in proditionem Iudae. 35. eiusdem de cruce, et de latrone a dextra, deque dilectione inimicorum, dicta in feria sexta hebdomadae maioris. 36. eiusdem in feriam sextam crucifixionis, et in passionem Domini. 37. eiusdem in crucifixionem Domini. 38. in pascha resurrectionis, auctoris nomine et principio destituta. 39. *Iohannis chrysostomi* in resurrectionem Domini. 40. *Gregorii nazianzeni* in dominicam novam. 41. *Iohannis chrysostomi* in dominicam novam. 42. eiusdem in ascensionem Domini. 43. *Gregorii nazianzeni* in festum pentecostes, et in spirituum sanctum. 44. *Iohannis chrysostomi* in pentecosten. 45. eiusdem in SS. apostolos, et in spiritum sanctum. 46. eiusdem in sanctam crucem, et in Adamum atque Hevam. 47. eiusdem in filium prodigum. 48. eiusdem altera in filium prodigum. 49. eiusdem tertia in filium prodigum. 50. eiusdem de virginitate, paenitentia, et correptione. 51. eiusdem in psalmum quinquagesimum. 52. *Anastasii monachi sinaitae*, in psalmum sextum. 53. *Iohannis chrysostomi* in illud apostoli ad Timotheum *modico vino utere propter stomachum et frequentes infirmitates tuas*. 54. eiusdem in illud *qui animam suam non laedit, nemo eum laedere potest*. Is codex ad septimum Christi saeculum videtur referendus, pertinuitque olim ad ecclesiam S. Michaëlis in urbe Maipharacta, seu Martyropoli, in Mesopotamia; uti in fine adnotatur.

CCCLXX. (A. 113.)

Codex in fol. chartac. foliorum 108, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continentur.

S. Basilii magni regulae monasticae, per fratrum interrogationes CCCLX. totidemque ipsius responsiones, digestae. Complectuntur autem integrum S. Basilii tractatum de institutione monastica, qui in regulas fusius breviusque disputatas dividitur; ordine tamen a graecis editis diverso. Quaedam etiam in eis sunt, quae in impressis desiderantur; ac proinde ob antiquitatem codicis syriaci vaticani CXXII. exarati anno Christi 769, ex quo hocce exemplar desumptum est, ad illustrandas regulas graeco-latinas, plurimum conferre possunt.

CCCLXXI. (A. 114.)

Codex in fol. chartac. foliorum 97, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continentur.

1. *Apophthegmata patrum*, in sex capita distributa. 1. verba doctrinae S. Antonii abbatis. 2. de institutione fratrum tironum, sive in coenobio habitare velint, sive vitam solitariam ducere. 3. de iis qui simul habitare volunt. 4. de consideratione, et intelligentia. 5. sermo senum, et septem verba quae abbas Moses misit ad abbatem Poëmonem. 6. interrogationes patrum aegyptiorum. 2. *S. Antonii abbatis* epistola ad fratres. 3. *doctrina SS. patrum aegyptiorum*. 4. *interrogationes fratrum*, quomodo oporteat considerare divinae visionis ordinem. 5. *acta patrum aegyptiorum*. Is codex descriptus est ex codice syriaco vaticano CXXIII, qui octavo Christi saeculo exaratus fuit.

CCCLXXII. (A. 115.)

Codex in fol. chartac. foliorum 210, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Paradisus patrum, in sex tomos divisus. Tomus I. complectitur *Palladii helenopolitani episcopi* historiae lausiacae librum I. et II; quorum primus capitibus LXV, alter capitibus XLII. absolvitur. Vide in catalogo vat. tom. III. pag. 157. codicem CXXVI. anno Christi 1223. exaratum; unde hic et sequentes quinque codices descripti sunt; ubi seriem contentorum in eodem eorumque initia, syriace et latine recensuimus.

CCCLXXIII. (A. 116.)

Codex in fol. chartac. foliorum 241, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *paradisi patrum* tomus II, exhibens historiae lausiacae librum III. in capita XXX. divisum, auctore *Hieronymo*; et librum IV. complectentem apophthegmata patrum, collectore *Palladio*: huius capita XVIII sunt, quorum quatuor posteriora in sequenti tomo habentur.

CCCLXXIV. (A. 117.)

Codex in fol. chartac. foliorum 211, chaldaicis litteris, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *paradisi patrum* tomus III, complectens libri quarti apophthegma-

tum patrum capita quatuor posteriora; collectore *Palladio*.

CCCLXXV. (A. 118.)

Codex in fol. chartac. foliorum 164, chaldaicis litteris, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *paradisi patrum* tomus IV. complectens *S. Isaiae abbatis* sermones XX. asceticos.

CCCLXXVI. (A. 119.)

Codex in fol. chartac. foliorum 208, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *paradisi patrum* tomus V. comprehendens 1. *Evagrii abbatis* sermones XXIV. 2. *Antonii abbatis* epistolam ad fratres monachos. 3. *Macarii aegyptii* sermones III. 4. Eiusdem epistolas X item de bello daemonum et de oratione. 5. *Macarii alexandrini* sermones V. 6. eiusdem epistolam ad sanctimonialem quamdam.

CCCLXXVII. (A. 120.)

Codex in fol. chartac. foliorum 252, chaldaicis litteris, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *paradisi patrum* tomus VI. complectens 1. *Abrahami nephtareni* sermones VII. 2. *Ammonae monachi et episcopi* epistolas XV. 3. *Xysti papae Romae* sermones asceticos III. 4. *Iohannis dilaitae*, cognomento *Sabae*, sermones XIII. 5. *Gregorii monachi* sermonem ad patres et fratres monachos. 6. eiusdem epistolam ad Theodorum monachum. 7. eiusdem de archimandritae munere. 8. eiusdem ad Epiphanium epistolas II. 9. eiusdem fratrum interrogationes, et Gregorii responsiones. 10. *Iohannis thebaei* paraenesim ad Hesychium. 11. eiusdem de oratione. 12. eiusdem quod tribulatio aequo animo ferenda sit. 13. eiusdem quod non oporteat de corporis infirmitate tristari. 14. eiusdem adhortationem ad virtutem. 15. eiusdem in illud *beati pacifici*.

CCCLXXVIII. (A. 121.)

Codex in fol. chartac. foliorum 79, chaldaicis litteris exaratus; quo continentur.

S. Gregorii nazianzeni poëmata iambica CXXX, versibus CCCXXVI.

constantia, quorum titulos atque initia in catalogo vatic. tom. III. cod. CV, ex quo hocce exemplar desumptum est, recensuimus.

CCCLXXIX. (A. 122.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 121, chaldaicis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Ebediesu episcopi Sobae et Armeniae, paradisus Eden, seu carmina L, de diversis, elegantissimo sermone et admirabili prorsus artificio ab auctore composita, anno Graecorum 1602. (Christi 1291.) et ab eodem scholiis illustrata anno Graecorum 1627. (Christi 1315.) Vide codicem vaticanum CCXLV. olim XCVI. ex hocce apographo descriptum, nec non Assemanum bibl. orient. tom. III. part. I. a pag. 325, ubi is singulorum carminum themata et initia syriace et latine exhibuit. Is codex scriptus fuit a Salomone filio presbyteri Abrahami, in oppido Tela-Zakipha, ditionis mosulensis, temporibus Simeonis patriarchae orientis, et Ananiesu metropolitae Mosuli, anno Alexandri seu Graecorum 1851. (Christi 1539.) uti in calce adnotatur.

CCCLXXX. (A. 123.)

Codex in fol. chartac. foliorum 165, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

1. *Socratis* historia ecclesiastica, e graeco in syriacum sermonem conversa, et capitibus XXXVII. absoluta. 2. Excerpta ex historia ecclesiastica *Theodoreti*, in capita XV. distributa. 3. Excerpta ex *Zachariae rhetoris* (quem citat Evagrius) chronico, in capita XIX. divisa. Accedunt anonymi narrationes tres; quarum 1. de adventu regis Persarum, deque Darae obsidione, quae contigit anno Graecorum 884. (Christi 572.) 2. de excidio civitatis Apameae, quod contigit eodem anno, quo rex Persarum Daram obsidebat. 3. de bis mille virginibus, quas rex Persarum delectas, ad barbaros mittendas decreverat. Vide in catalogo vat. tom. III. codicem CXLV. membranaceum vetustissimum, unde hocce exemplar desumptum est; ubi singula eius capita recensuimus.

CCCXXXI. (A. 124.)

Codex in fol. chartac. foliorum 178, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Thomae margensis episcopi historia monastica orientis, in sex libros,

qui in varia capita abeunt, divisa, et duobus tomis comprehensa. Tomus I. complectitur quatuor priores libros.

CCCLXXXII. (A. 125.)

Codex in fol. chartaç. foliorum 117, eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Thomae margensis episcopi* historiae monasticae orientis tomus II, exhibens posteriores duos libros, nempe quintum et sextum. Vide catalog. vatic. tom. III. cod. CLXV, unde hocce exemplar desumptum; nec non Assem. bibl. or. tom. III. part. I. a pag. 464; ubi series et summa librorum et capitum huius perrari operis recensentur.

CCCLXXXIII. (A. 126.)

Codex in fol. chartac. foliorum 263, chaldaicis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Gregorii Barhebraei, cognomento *Abulpharagii*, maphriani, seu primatis orientis Syrorum iacobitarum, chronographia ab orbe condito ad annum Graecorum 1600. (Christi 1288.) in duas partes divisa. Pars I. quatuor tomis comprehensa, exhibet chronicon patrum et regum, ab Adamo ad regnum Chaldaeorum sub Nabuchodonosore; a Chaldaeis ad Medos et Persas; ab his ad Alexandrum magnum; et Ptolemaeos reges Aegypti: mox de imperatoribus romanis, ab Augusto ad Heraclium: demum a Mahomete, Arabumque imperio, usque ad regnum Tartarorum, quos Mogulenses vocat, hoc est usque ad annum Graecorum 1600. (Christi 1288.) Tomus I. ab orbe condito, ad annum Graecorum 1346. (Christi 1034.)

CCCLXXXIV. (A. 127.)

Codex in fol. chartac. foliorum 212, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gregorii Barhebraei* chronographiae partis I. tomus II. ab anno Graecorum 1347. (Christi 1035.) ad annum Graecorum 1513. (Christi 1201.)

CCCLXXXV. (A. 128.)

Codex in fol chartac. foliorum 167, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gregorii Barhebraei* chronographiae partis I. tomus III. ab anno Graecorum 1514. ad 1600, h. e. ab anno Christi 1202. ad 1288.

CCCLXXXVI. (A. 129.)

Codex in fol. chartac. foliorum 73, chaldaicis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gregorii Barhebraei* chronographiae partis I. tomus I. complectens continuationem, anonymo auctore, ab anno Graecorum 1600. ad annum 1609, i. e. ab anno Christi 1288. ad annum 1297. Accedit *historia Hatemi*, seu *Aitonis*, regis Ciliciae, una cum narratione de Amidae expugnatione, sub Alaëddino anno Graecorum 1628. (Christi 1316.) Item alia continuatio chronographiae Gregorii Barhebraei ab anno Graecorum 1705. ad annum 1804. i. e. ab anno Christi 1393 ad 1492; ubi de Hunnorum, seu Tartarorum, in Mesopotamiam incursione sub Tamerlane; de vastitate, quae facta est in Turabdin per eundem Tamerlanem; deque reliquis Tartarorum, Turcarum, et Curdorum rebus gestis in Assyria, Mesopotamia, et Cilicia, usque ad annum Graecorum 1804. (Christi 1492.)

CCCLXXXVII. (A. 130.)

Codex in fol. chartac. foliorum 247, syriacis litteris eleganter exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gregorii Barhebraei* chronographiae pars altera, duobus libris totidemque tomis comprehensa. Exhibet historiam ecclesiasticam. Tom. I. liber I. de summo sacerdotio veteris testamenti, ab Aarone scilicet primo Hebraeorum pontifice, usque ad Hananum Caiphae socerum, nempe usque ad passionem Christi Domini. Item de pontificatu testamenti novi; ubi, praeiacta de ponificatu Petri apostolorum principis, ac sedibus ab ipso fundatis, praefatione, series resque gestae patriarcharum Antiochiae accuratissime describuntur, ab Evodio, primo post Petrum Antiochiae patriarcha, usque ad Ephraemium amidensem, qui eo tempore ecclesiam antiochenam rexit, quo Severus ob haeresim, Iustino imperante, sede pulsus, Aegyptum et Syriam erroribus Monophysitarum inficiebat. Post Severi itaque obitum sequitur accurata patriarcharum Syrorum iacobitarum historia, a Sergio, qui primus ei genti praefuit, usque ad Nemrod, cognomento Philoxenum, qui decessit anno Graecorum 1596. (Christi 1284.) Hinc ab anonymo continuatur eadem historia usque ad Noë libanensem, qui anno Graecorum 1804. (Christi 1492.) Iacobitarum patriarcha ordinatus fuit.

CCCLXXXVIII. (A. 131.)

Codex in fol. chartac. foliorum 167, syriacis litteris eadem qua praecedens codex manu exaratus; quo continetur.

Eiusdem *Gregorii Barhebraei* chronographiae partis secundae tom. II. liber II. de primatibus; sive chronicon primatium, patriarcharum, et maphrianorum orientis, tum Chaldaeorum orthodoxorum, tum haereticorum nestorianorum, et iacobitarum, a Thoma apostolo eiusque discipulis Adaeo et Aghaeo usque ad Iaballaham, qui anno Graecorum 1593. (Christi 1281.) Nestorianis patriarcha praeerat; et a Marutha primo Iacobitarum orientis maphriano, seu primate, qui anno Graecorum 939. (Christi 627.) ordinatus dicitur, usque ad annum Graecorum 1597. (Christi 1285.) quo Gregorius ipse Barhebraeus Abulpharagius eam dignitatem apud suos Iacobitas gerebat. Continuatur eadem maphrianorum iacobitarum historia ab anonymo, ab anno Graecorum 1597. ad annum 1807, h. e. ab anno Christi 1285. ad annum 1495, quo Stephanus maphrianus a Noë libanensi Iacobitarum patriarcha constitutus fuit. Vide Assem. bibl. orient. tom. II. a pag. 321. ad pag. 463, ubi utriusque libri partis secundae epitome exhibetur. Opus luce publica dignissimum.

CCCLXXXIX. (A. 132.)

Codex in fol. chartac. foliorum 174, syriacis litteris exaratus; quo continetur.

Grammatica syriaca absolutissima, carsciunice exposita, novisque litteris vocalibus loco punctorum in corpore, ad faciliorem syriacae linguae lectionem, animata; auctore *Iosepho Simonio Assemano.* Is codex autographus est, absolutusque die 31. decembris, anno Christi 1707, uti in fine adnotatur.

CCCXC. (A. 133.)

Codex in 8. chartac. foliorum 48, syriacis litteris nitidissime exaratus; quo continetur.

Grammatica syriaca brevis, carsciunice exposita; auctore anonymo.

CCCXCI. (A. 134.)

Codex in 4. p. bombyc. foliorum 235, chaldaicis et arabicis litteris ac sermone exaratus; quo continetur.

Iosue ben-Ali medici, lexicon syriaco-arabicum, alphabetico ordine dis-

positum, a littera aleph ad mim inclusive; praeposita praefatione ad Abrahamum quemdam; in qua ait, ex Rabban Honaino, Isaacii medici filio, et ex Iosue Maruzita, lexicon suum se desumpsisse: aliorum praeterea auctorum meminit, qui huiusmodi opus aggressi sunt. Is codex ante annum mundi 7069. (Christi 1561.) exaratus est; eo quippe anno, feria quinta, die 19. iunii, compactus denuo dicitur, tempore Simeonis episcopi Saidanaiae, a Iohanne archipresbytero cognomento Tabala, Gregorii filio; quemadmodum in fronte arabice adnotatur.

CCCXCII. (A. 135.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 72, partim syriace partim carsciunice nitidissima manu conscriptus; cui titulus.

Ministeria sancta perficienda a puris secerdotibus iuxta ritum sanctae Maronitarum ecclesiae, accuratissime collecta a D. Stephano Aldoënsi antiocheno Maronitarum patriarcha, anno Domini 1694. in monasterio Canobini. Cuncta autem sequenti ordine disposita sunt. Ordo baptismi compositus a S. doctore Iacobo sarugensi. Benedictio aquae in festo epiphaniae; huius tamen benedictionis desideratur initium. Oratio pro pueris, quos parentes sacerdoti offerunt. Pro iisdem in tonsura capillorum. Pro puellis. Pro populo christiano. Pro sene. Pro offerentibus oblationes. Pro accedentibus ad sacra mysteria. Oratio pro iratis, qui reconciliari postulant. Pro iter agentibus et peregrinis. Preces pro infirmis, et iis qui ad angustias rediguntur, suntque morti proximi. Oratio in exitu animae. Pro eo, in quo mala cogitatio excitatur. Alia pro phantasticis. Alia pro eo, qui pavore aliquo afficitur. Alia pro eo, qui a diabolo vexatur. Alia pro eo, qui a diabolo tentatur. Oratio pro eo, qui manducavit aut bibit quid immundum. Aliae preces super aquam, vinum, et oleum, in quibus quid immundum suffocatum fuerit. Preces super mensam ante et post esum. Aliae super eamdem in sollemnitate sanctorum. Aliae in convivio pro defunctis. Benedictio panis; alia grani cocti, seu farris; alia ovorum in paschate resurrectionis; alia vini; alia fructuum; alia agrorum; alia aquae; alia tritici, quod domi servatur, aut seminatur; alia vineae, et oliveti; alia novae vineae, et cuiusvis rei quae seminatur, aut plantatur; alia torcularis. Denique sequitur ordo matrimonii Christianorum, scilicet benedictio anulorum, et vestium nuptialium; ordo sponsalium, et desponsationis, carsciunice; ordo matrimonii viduarum, carsciunice. Is codex scriptus est in monasterio Canobini anno Domini 1694. Sed notandum quod a pag. 62. usque ad finem omnia folia diversa manu Melitae scriptae sunt anno 1705. ut in fine adnotatur. Vide cod. LIV. inter codices assemanianos.

CCCXCIII. (A. 136.)

Codex in fol. hombyc. foliorum 91, partim yriace partim carsciunice nitide conscriptus; quo continetur.

Rituale seu ministeria a sacerdotibus peragenda iuxta ritum Maronitarum hocce ordine disposita. Ordo obsignationis ecclesiae et altaris. Ordo benedictionis aquae. Ordo accessus ad portum in nocte feriae secundae maioris hebdomadae. Ordines precum super baptisterium feria 2. 3. 4. et 5. hebdomadae maioris post matutinam dicendarum. Ordo mysticae pedum lotionis, quae feria quinta mysteriorum post nonam peragitur. Ordo adorationis crucis, quae fit feria 6. maioris hebdomadae post nonam. Oratio indulgentiae dicenda die sabathi magni post nonam. Ordo processionis crucis in dominica magna resurrectionis post matutinum. Ordo pacis, et salutationis in eadem dominica resurectionis post matutinum. Ordo adorationis in pentecoste. Ordo processionis reliquiarum SS. martyrum. Nonnullae preces. Is codex ad XVII. Christi saeculum referendus est.

CCCXCIV. (A. 137.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 139, carsciunice nitidissima manu conscriptus ; quo continentur.

Annales orientales, incipientes ab anno Christi 1095. ad annum 1699, digesti opera et studio Stephani Aldoënsis antiocheni Maronitarum patriarchae. Item chronicon gentis Maronitarum . Is codex pertinuit olim ad Michaëlem Aldoënsem, et ad XVII. Christi saeculum referendus est.

CCCXCV. (A. 138.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 154, carsciunice eleganter exaratus ; quo continentur.

Eiusdem Stephani Aldoënsis antiocheni patriarchae *vindiciae gentis Maronitarum*, in tres libros duobus comprehensos tomis divisae. Tomi I. liber I. praefationem generalem, et undecim capita complectitur, quorum 1. de opinionibus auctorum, qui de origine ac nomine Maronitarum scripserunt. 2. de vocabulo *Marun* , seu *Maro* , eiusque etymologia , et significatione ; deque locis, et praestantibus viris , qui hoc nomine insigniti sunt. 3. de S. Marone abbate eremitarum inclusorum , et monachorum coenobitarum in regione cyrrhestica Syriae . 4. de discipulis S. Maronis abbatis, et iis qui sanctam eiusdem vitam imitati sunt. 5. de altaribus et monasteriis S. Maroni dicatis, et de diebus quibus eiusdem memoria recolitur. 6. de monasterio S. Maronis

ad Orontem fluvium, et de propagatione ipsius monachorum, eorumque certaminibus pro sanctis oecumenicis conciliis. 7. de persecutione excitata adversus monachos monasterii S. Maronis, concilii quarti causa ab iisdem propugnati. 8. de S. Iohanne sirimensi, qui cognominatus est Maro, deque eiusdem prosapia, studiis, vita, et promotione ad episcopatum botriensem. 9. de eiusdem S. Iohannis Maronis electione et consecratione in patriarcham antiochenum. 10. de profectione eiusdem S. Iohannis ab urbe Antiochia ad montem Libanum. 11. de eiusdem cura pastorali cum omni sanctitate ad extremam usque vitam.

Libro secundo continentur responsiones ad futiles calumnias, quibus nonnulli historici Maronitas criminati sunt, in praefationem et XVIII. capita distributae. Caput 1. de assertione Eutychii parricidae quod Maro monachus laeserit religionem orthodoxam, tempore Mauritii imperatoris Romaeorum (Graecorum); id est sexto Christi saeculo exeunte, et quod ipse auctor fuerit monotheliticae haereseos. 2. de assertione eiusdem Eutychii, quod Cyrus anno Christi 630. creatus patriarcha alexandrinus, fuerit maronita, uti quod etiam Sergius, et Pyrrhus patriarchae constantinopolitani, et Macedonius, atque Macarius patriarchae antiocheni, fuerint maronitae, unius scilicet voluntatis et operationis in Christo assertores. 3. de assertione eiusdem Eutychii, quod Heraclius imperator fuerit maronita, atque idcirco a ducibus copiarum suarum trucidatus sit. 4. de eiusdem assertione, quod Honorius papa Romae, fuerit maronita, et quod Iohannes eius successor illum vindicaverit, maledixeritque Maroni et Maronitis anno 640. 5. de assertione eiusdem Eutychii, eiusque adseclarum, quod concilium generale sextum coactum fuerit adversus Maronem et Maronitas. 6. responsio ad assertionem Thomae chaphartabensis archiepiscopi, quod anno Christi 1809. Maronitae unam tantum Christo domino inesse voluntatem profiterentur. 7. responsio ad assertionem Guillelmi franci episcopi Tyri, quod Maronitae ad ecclesiae romanae communionem per Hymericum francum antiochenum patriarcham anno Christi 880. redierint. Responsio ad assertionem Villelmi galli, quod Maronitae catholicam romanam fidem amplexi fuerint in concilio romano, habito in Laterano, anno Christi 1215. 9. responsio ad assertionem Gabrielis Benclaii, quod Lucas patriarcha Maronitarum haeresim Apollinaris professus fuerit circa annum Christi 1300. 10. responsio ad assertionem Arnoldi Albertini, quod Maronitae post concilium lateranense ab ecclesia romana separati fuerint; atque ideo in concilio Constantiae anno 1414. habito anathematizati. 11. responsio ad assertionem Caroli Ginocholini, quod Maronitae unionem cum ecclesia romana iniverint sub Eugenio IV. in concilio florentino anno 1439. habito. 12. responsio ad assertionem Horatii Iustiniani, quod Maronitae reversi sint ad obedientiam ecclesiae romanae in concilio lateranensi, quod Eugenius IV. ex urbe Florentia Romam transtulit anno 1442. 13. responsio ad assertionem fratris Marci de Ulysippone, ordinis S. Francis-

ci de observantia, quod frater Grypho eiusdem ordinis converterit Maronitas ad obedientiam romanae ecclesiae anno Christi 1450. 14. responsio ad eos, qui asseruerunt Gabrielem Benclaium reduxisse Maronitas ad obedientiam ecclesiae romanae anno Christi 1494. 15. responsio ad Arnoldum Albertinum, qui asseruit, Maronitas suo aevo, nempe anno 1515, fuisse haereticos. 16. responsio ad eos, qui asseruerunt, Iohannem Baptistam Aelianum iesuitam convertisse Maronitas ad unionem cum ecclesia romana anno 1580. 17. responsio ad assertionem Camilli Fanutii, quod suo aevo, nempe anno Christi 1600. ineunte, Maronitae fuerint haeretici. 18. responsio ad assertionem Villelmi Galli, quod Maronitae ad ecclesiae romanae unionem redierint per Georgium Amiram eorum patriarcham anno Christi 1633. Vide cod. arab. asseman. LXXX. (qui nunc desiderari videtur; recole autem dicta a nobis in calce catalogi codd. turcicorum p. 678.)

CCCXCVI. (A. 139.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 246, carsciunice nitidissime conscriptus, quo continetur.

Eiusdem Stephani Aldoënsis, patriarchae antiocheni Maronitarum, *vindiciarum gentis Maronitarum liber III*, adversus Thomam a Iesu carmelitam excalceatum, Iohannem Baptistam Aelianum, et Petavium iesuitas, aliosque scriptores, qui varios errores et haereses Maronitis falso adscripserunt; in praefationem, et XII. capita divisus, quibus totidem vitiosae et haereticae propositiones Maronitis imputatae, planissime refelluntur, quae in eiusdem Thomae libro de conversione gentium exhibentur; ubi tamen idem Thomas ingenue fatetur, eas Iacobitarum esse, non vero Maronitarum, qui de iisdem ab Aeliano Iesuita, qui eas ex libris Iacobitarum excerpserat, apud S. Sedem accusati, sese perspicue purgarunt. Tum hic codex, tum praecedens, manu diaconi Michaëlis bar-Casciscia ex oppido Besbahel, anno Domini 1689. exarati sunt; vivente adhuc ipso patriarcha auctore, ut in syriaca epigraphe ad calcem primi tomi adnotatur. Vide cod. arab. asseman. LXXXI. (qui nunc desiderari videtur.)

CCCXCVII. (A. 140.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 44, carsciunice exaratus; quo continetur.

Tractatus *de origine Maronitarum*, auctore eodem Stephano Aldoënsi antiocheno Maronitarum patriarcha, nitidissime scriptus a presbytero Iacobo Evodio Assemano (postea eiusdem gentis patriarcha) anno Domini 1695, ut in calce adnotatur. Vide cod. arab. asseman. LXXIX.

CCCXCVIII. (A. 141.)

Codex in fol. chartac. foliorum 85, miscellanea syriaca complectens, nitide exaratus; quo continentur.

Pag. 1. officium et orationes S. Iohannis evangelistae, scriptae manu Georgii Mennae maronitae ex Hesron anno Domini 1670. Pag. 18. anaphorae recitandae in feria sexta hebdomadae maioris, scriptae manu Iosephi filii Alexandri carthabensis maronitae, quas ex oriente secum detulit Ioseph banensis maronita, cum Romam denuo reversus est anno Domini 1666. Pag. 25. professio fidei catholicae exarata a S. Iohanne Marone Maronitarum patriarcha. Pag. 39. a terg. anaphorae eiusdem S. Iohannis Maronis, scriptae manu Michaëlis Metoscitae maronitae anno Domini 1687. Pag. 47. fragmentum officii S. Iohannis evangelistae. Pag. 53. ordo processionis sanctissimae crucis iuxta ritum Maronitarum.

CCCXCIX. (A. 142.)

Codex in fol. chartac. foliorum 259, carsciunice conscriptus; quo continetur.

Synodus libanensis Maronitarum, praeside Iosepho Simonio Assemano Clementis papae XII. ablegato apostolico, a Iosepho Petro Gazeno patriarcha antiocheno, eiusque archiepiscopis et episcopis, anno 1736. in ecclesia sanctae Mariae de Loaiza celebrata. Is codex est primum exemplar rude versionis arabicae ex latino factae manu Andreae Scandar, qui est operis interpres, ut pag. 256. demonstratur; et in fine habetur sequens adnotatio. *Illum composuit magister et doctor dominus noster mar-Iosephus Assemanus latine, eumque arabice vertit humilis servus presbyter Andreas Scandar sacrae Congregationis interpres anno* 1735. Haec synodus in IV. partes distribuitur. Pars I. quinque capita complectitur. Cap. I. de fide catholica, eiusque professione, pag. 1. Cap. II. de doctrina christiana, et de praedicatione verbi Dei, pag. 10. Cap. III. de editione librorum, eorumque usu, pag. 12. Cap. IV. de festis et ieiuniis, pag. 13. a terg. Cap. V. de invocatione sanctorum, ac veneratione et cultu reliquiarum et sacrarum imaginum, pag. 16. Pars II. continet XIV. capita de sacramentis. Cap. I. de sacramentis in genere, pag. 19. a terg. Cap. II. de baptismo, pag. 22. Cap. III. de confirmatione, pag. 29. a terg. Cap. IV. de paenitentia, pag. 34. Cap. V. de casibus reservatis, pag. 41. a terg. Cap. VI. de poenis ac censuris ecclesiasticis, pag. 46. a terg. Cap. VII. de indulgentiis, pag. 53. Cap. VIII. de oleo sancto, pag. 56. Cap. IX. de cura et visitatione infirmorum, pag. 59. a terg. Cap. X. de funere et sepultura mortuorum, pag. 61. a terg. Cap. XI. de matrimonio,

pag. 64. a terg. Cap. XII. de eucharistia, pag. 86. a terg. Cap. XIII. de sacrificio missae, pag. 110. Cap. XIV. de sacramento ordinis, pag. 122. Pars III. de ministris ecclesiae, sex capita complectitur. Cap. I. de vita et moribus clericorum, pag. 146. Cap. II. de cantore, lectore, exorcista, diacono, subdiacono, archidiacono etc. pag. 153. Cap. III. de sacerdotibus et ministris ecclesiae, pag. 160. a terg. Cap. IV. de archiepiscopis et episcopis, pag. 167. a terg. Cap. V. de foro ecclesiastico, pag. 198. Cap. VI. de domino patriarcha, pag. 200. a terg. Pars IV. de ecclesiis, monasteriis, scholis, et dispositionibus synodi, complectitur VII. capita. Cap. I. de ecclesiis, earumque bonis, pag. 212. Cap. II. de monasteriis et monachis, pag. 219. a terg. Cap. III. de monialibus, pag. 236. a terg. Cap. IV. de sodalitatibus saecularium, pag. 241. Cap. V. de officio divino et choro, pag. 243. Cap. VI. de scholis et studio litterarum, pag. 246. Cap. VII. de synodi dispositionibus, pag. 257. a terg. Haec sancta synodus libanensis confirmata fuit a Benedicto papa XIV, ut constat ex eiusdem bullario.

CCCC. (A. 143.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 271, carsciunice nitidissima manu exaratus; quo continetur.

Tomus II. expositionis mysteriorum, caerimoniarumque sacrosancti sacrificii missae, iuxta usum et ritum ecclesiae Maronitarum, auctore D. Stephano Aldoënsi patriarcha antiocheno, olim collegii Maronitarum in Urbe alumno; tomus vero I. desideratur. Totum opus dividitur in decem partes, *candelabra* nuncupatas, ab ipso patriarcha addictum et dono datum eidem collegio, missum vero per D. Eliam Simonium Assemanum anno iubilaei 1700, mense iunio, cum diserto vetito, ne ab eodem collegio umquam extrahatur, ut patet ex ipsius patriarchae sigillo propria manu firmato, quod videsis in cod. pag. 9. a terg. Secundus hic tomus incipit a candelabro septimo; in quo agitur de pace et velamine, seu apertione mysteriorum. Candelabrum VIII. tractat de consecratione mysteriorum, et est secunda anaphorae pars. Candelabrum IX. agit de signo crucis super calicem, de oratione dominica, et elevatione sacramenti. Candelabrum X. et ultimum agit de fractione accidentium panis, et aspersione sanguinis super illa, et de sacramenti communicatione fidelibus. Absolutus fuit hic codex anno Domini 1697. mense martio, manu D. Iacobi Evodii Assemani (qui postea patriarcha antiochenus renunciatus est) qui dicto patriarchae Stephano a secretis erat; ut in epigraphe pag. 79. adnotatur.

CCCCI. (A. 144.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 368, syriace elegantissimis litteris con-

scriptus; quo continetur.

Officium quadragesimale iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum Romam latum anno 1669. a presbytero Elia monacho gazirensi, regnante Clemente papa IX. In fronte codicis monet ipse Elias, hunc codicem esse imperfectum, quum multa in eo desiderentur, quae in aliis officiis existentibus in monasteriis Canobini et Chezhaiae reperiuntur; et idcirco antequam is codex typis mandetur, necesse est, ait, ut mutila suppleantur. Monet insuper in margine codicis reperiri identidem nonnulla verba aliena manu adiuncta, quae cum haereticum, et corruptorem habeant auctorem, idcirco nullo modo esse attendenda. Is codex scriptus est anno Graecorum 1833. (Christi 1521.) manu cuiusdam Gabrielis monachi maronitae ex monasterio Chezhaiae, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur, ubi etiam laudes eiusdem italice scribuntur.

CCCCII. (A. 145.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 748, male compactus, principio, medio, ac fine mutilus, syriacis litteris et sermone nitidissime conscriptus; quo continetur.

Officium feriale septem dierum hebdomadae, iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum. Is codex eadem qua praecedens codex manu scriptus videtur.

CCCCIII. (A. 146.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 261, nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Ordo mysticae pedum lotionis, cum officio peragendo in feria sexta hebdomadae maioris, et in sabbato sancto, iuxta ritum ecclesiae Syrorum maronitarum. Subiicitur in fine ritus, seu ordo processionis sanctissimae crucis: sed quum in hoc codice ordo iste imperfectus sit, ideo in folio soluto habetur eius supplementum diversa manu conscriptum. Is codex eadem qua duo praecedentes codices manu conscriptus fuit.

CCCCIV. (A. 147.)

Codex in fol. chartac. foliorum 191, partim syriace, partim latine, nitide conscriptus; quo continetur.

Lexicon seu nomenclator syriaco-latinus. Pag. 108. a terg. habetur haec adnotatio. *Nos Iacobus Accurensis maronita latino charactere, et Beniami-*

8

nus Moyses edenensis maronita syriaco, hunc syriacum nomenclatorem, in gratiam admodum R. P. rectoris Iacobi Campionii manu nostra exaratum reliquimus. Ambo scriptores fuerunt alumni collegii Maronitarum ineunte saeculo XVI, et hunc codicem collegio suo reliquerunt.

CCCCV. (A. 148.)

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 484, carsciunice nitidissima manu conscriptus; quo continentur.

Commentarii Iacobitarum in quatuor evangelia, diebus festis per annuum circulum adsignati. Praeit index dierum et temporum, quibus lectiones evangelicae persolvendae sunt. In calce codicis habetur haec epigraphe. *Explicit scriptura huius evangelii, quod est opus evangelistarum, quorum benedictio sit super nos. Amen. Absolutus est hic liber anno patris nostri Adami 7064, Alexandri 1868, Christi 1556, prope finem benedicti mensis septembris, temporibus venerandi patris patriarchae mar-Petri, hodie in monasterio beatae Mariae virginis Canobini commorantis . . . . Absolutus autem fuit manu humilis, peccatoris, et pauperis Michaëlis.* Auctor horum commentariorum est Pharagius Abdallah ben-Attibi ex oppido Harae, ut in fronte aliena manu carsciunice adnotatum legitur. Huius vero codicis mentionem facit clarissimus Faustus Naironus in suo opere, cui titulus *Eutychius vindicatus.*

CCCCVI. (A. 149.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 402, syriace nitida manu conscriptus; quo continetur.

Breviarium, seu officium feriale syriacum, iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum, per singulos hebdomadae dies persolvendum. Is codex est autographus, et ad editionem eiusdem breviarii adhibitus fuit. In fine nonnulla folia desiderantur. Vide cod. syr. asseman. LX.

CCCCVII. (A. 150.)

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 461, partim syriace partim carsciunice conscriptus; quo continentur.

Quatuor evangelia duobus laterculis disposita, quorum prius textum syriacum, alterum arabicam versionem litteris tamen syriacis descriptam exhibent. Praeit index lectionum evangelicarum per anni circulum recitandarum iuxta ritum Syrorum. Is codex absolutus fuit anno Alexandri filii Philippi mace-

dens 1787. (Christi 1475) manu cuiusdam Abrahami, filii Sergii, ex oppido Ban in monte Libano, ditionis Bsciarrai, patriarchalem Maronitarum ecclesiam gubernante mar-Petro, ut in epigraphe syriaca ad calcem posita adnotatum legitur. Vide cod. syr. asseman. XIII.

CCCCVIII. (A. 151.)

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 505, carsciunice, hoc est arabice syriacis litteris, nitidissime exaratus; quo continentur.

Variae homiliae et sermones ascetici sequenti ordine dispositi. Pag. 2. a terg. homilia B. Bernardi de crucifixione Domini. Pag. 4. a terg. homilia adtributa S. Iohanni chrysostomo de ingressu S. Iohannis praecursoris in infernum; ubi asseritur, eum vicisse diabolum, et liberasse Adamum, patriarchas, prophetas, omnemque eius generationem ibi detentam. Pag. 115. homilia S. Cyriaci Bahnes urbis episcopi in honorem B. V. Mariae, ubi etiam agitur de fletu eiusdem ante sepulchrum sui filii unigeniti ipsa resurrectionis die. Pag. 139. a terg. vita sancti Bulae christianae religionis cultoris, eiusque confabulatio cum diabolo, utilis lectoribus et auditoribus ut ad Deum convertantur. Pag. 167. homilia S. Iacobi sarugensis episcopi de bono latrone, et de S. angelo paradisi custode. Pag. 179. paraenesis quotidie recitanda in quadragesima, utilis omnibus Christi fidelibus. Pag. 182. Sermo paraeneticus S. Cyrilli patriarchae alexandrini, quo in missis festis seu cantatis populum admonet, ut adstantes in pedes erecti sacrificio missae devote et cum silentio intersint. Pag. 192. sermo de eucharistiae sacramento. Pag. 193. a terg. paraenesis recitanda in hebdomada sanctae crucis. Pag. 196. a terg. paraenesis recitanda die festo resurrectionis. Pag. 199. homilia S. Iacobi sarugensis episcopi de resurrectione Domini. Pag. 306. a terg. sermo de dominica, et de nomine atque excellentia dominicae. Pag. 319. a terg. paraenesis ad paenitentiam, recitanda quotidie in ecclesia. Pag. 324. anonymi narratio de quodam anonymo rege. Pag. 331. homilia S. Iohannis chrysostomi de paenitentia. Pag. 359. alia homilia de peccatrice. Pag. 382. homilia S. Iohannis chrysostomi de conversione gentium. Pag. 398. de ieiunio, et oratione. Pag. 408. a terg. praeceptum feriae sextae et dominicae. Pag. 417. homilia S. Iohannis chrysostomi de paenitentia, de morte, et de peccato. Pag. 421. dialogus inter sanctos Basilium et Gregorium. Pag. 477. a terg. confessio S. Gregorii, ubi de eius conversione, et elevatione ad primum caelum. Ibidem est eiusdem descriptio paradisi, et altaris sancti, scilicet Hierusalem caelestis; et indicatur etiam locus, in quo sunt ministri sancti, pupilli, et viduae, pauperes, et devoti, reges terrae pii, et omnes illi qui molestias propter nomen Christi pertulerunt, fueruntque oppressi, calumniisque appetiti. Pag.

489. habetur descriptio tertii caeli, ubi iusti et electi habitant. Pag. 490. a terg. descriptio loci puerorum fidelium, et domicilii patrum Abrahami, Isaaci, et Iacobi, nec non caecorum, claudorum, et aliorum similium. Pag. 492. descriptio loci poenarum et suppliciorum, quibus peccatores diaboli adseclae cruciantur. Pag. 492. a terg. descriptio loci, in quo detinentur reges tyranni, et praepotentes, et divites. Pag. 494. a terg. descriptio supplicii praestigiatorum, magorum, et aliorum similium. Pag. 495. descriptio loci in quo detinentur Anna, Chaiphas, Iudas iscariotes, Herodes, et pontifices Iudaeorum. Pag. 495. a terg. descriptio suppliciorum, quae hypocritis, foeneratoribus, mendacibus, latronibus, ac omnibus iniquitatis filiis infliguntur. Pag. 500. a terg. descriptio loci, in quo meretrices, et mulieres abortum procurantes torquentur. Pag. 501. descriptio suppliciorum, quibus cruciantur patriarchae, archiepiscopi, episcopi, et alii ecclesiae ministri iniqui. Pag. 502. descriptio supplicii hypocritarum, quos mundani habent tamquam filios pacis, quum revera sint filii iniquitatis. Pag. 502. a terg. descriptio suppliciorum, quibus Christi fidem abnegantes torquentur.

Absolutus fuit hic codex feria quinta, hora eius sexta, die vero 7. mensis augusti, anno Alexandri 1861. (Christi 1549.) in monasterio Chezhaiae in monte Libano, ditionis Giobbat Bsciarrai, manu presbyteri Michaëlis, filii Iohannis, ex oppido Kaphar Hura prope Tripolim, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur; ubi etiam in ultimo folio a recentiore manu extat sequens adnotatio. *Anno 1704. obiit in Christo vir piissimus et sanctissimus Stephanus Aldoënsis, postquam antiochenam patriarchalem sedem per annos circiter 34. rexerat: eique successit patriarcha Gabriel Balluzensis antea Alepi episcopus, qui patriarchatum anno 1, mensibus 5, diebus 19, tenuit: eique successit patriarcha Iacobus Evodius (Assemanus) qui hodie patriarchalem sedem regit et gubernat.* Praedicti Aldoënsis servantur varia erudita opera in bibliotheca vaticana, itemque patriarchae Balluzensis. Habentur praeterea in fine nonnulla folia codicis tegumento conglutinata, diversa manu conscripta, in quibus notiones aliquot memoria dignae insertae sunt; scilicet compendium vitae Iohannis Saffrensis Maronitarum patriarchae; et canticum syriacum, in quo praecipuae haereses anathematizantur, inscriptum *demonstratio fidei* etc. Auctor huius cantici est cl. Gabriel Beuclaius nicosiensis episcopus maronita, ut cognoscitur ex codice syr. vaticano CCLI. Vide tom. III. catalog. bibl. vat. pag. 536.

CCCCIX. (A. 152.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 105, syriacis litteris nitide exaratus; quo continetur.

Psalterium Davidis duobus laterculis dispositum, quorum prius syriacam, alterum arabicam syriacis litteris conscriptam versionem complectuntur. Praeterea tam inter psalmos, quam in fine habentur variae preces sanctorum Philoxeni, Athanasii, Ephraem syri, Gregorii, item Severi, et Abrahami chidunensis, quarum nonnullae syriace tantum sunt exaratae. Psalmi vero et preces per diversas diei horas distribuuntur. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCX. (A. 153.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 77, partim syriace partim carsciunice conscriptus; quo continetur.

Grammatica syriaca, syriace explicata. Deinde occurrit fragmentum eiusdem grammaticae cum arabica explicatione, auctore Elia Sobae archiepiscopo. In calce scribuntur nonnullae notiones memoria dignae, quae collegii Maronitarum alumnos respiciunt, cum serie patriarcharum Maronitarum. Pag. 77. arabicis litteris exponitur contentio habita a cl. viro Abrahamo ecchellensi, uno ex auctoribus historiae byzantinae, cum patre Rectore collegii Maronitarum, ubi ille erat alumnus, quae propria Ecchellensis manu scripta est, uti ex contextu eruitur, et ex marginali adnotatione carsciunice conscripta. Is codex scriptus est saeculo Christi XVI, regnante Gregorio papa XIII, a presbytero Marone maronita, ut ex epigraphe marginali pag. 48. a terg. cognoscitur.

CCCCXI. (A. 154.)

Codex in fol. chartac. foliorum 223, miscellanea complectens sequenti ordine disposita, nempe.

Pag. 1. Iohannis metropolitae darensis ex sermone secundo de ecclesiastica hierarchia. Cap. I. de iis, quae in illuminatione, hoc est baptismo, perficiuntur; syriace cum versione latina. Pag. 13. Gregorii Barhebraei, qui et Abulpharagius, filius Aaron medici melitinensis, primatis orientis, ex libro directionum, de ecclesiasticis canonibus, legibusque civilibus. Caput II. de baptismo, quod articulos quinque complectitur. Articulus I. de baptismo proprie et improprie dicto; syriace cum versione latina pag. 16, quae tamen versio non est integra. Pag. 28. Gregorii Barhebraei orientis primatis, ex libro candelabri sanctorum, de ecclesiasticis fundamentis. De iis quae fiunt in illuminatione, scilicet in baptismo; syriace cum perpetua interpretatione latina. Pag. 34. Gregorii primatis orientis de administratione chrismatis divini, syriace. Pag. 38. Iacobi Bar-Taliae monachi matthaeiani ex libro thesaurorum caput XXXVI, in quo ostenditur oportere nos elui sancto et pu-

rificante atque illuminante baptismo. Praeterea notitia traditur eorum, quae circa baptismum peraguntur, et quam ob causam per aquam ille perficiatur: omnia syriace exarata cum latina interpretatione. Pag. 44. declaratio baptismi spiritualis matris: opus Moysis Bar-Cephae, qui est Severus episcopus Bet-Raman et Mosul, hoc est Ninives; syriace cum interpretatione latina. Pag. 69. Lazari episcopi bagdadensis descriptio nominum baptizati, et susceptoris eius; syriace cum interpretatione latina pag. 62. Pag. 104. ex libro Iosephi monachi presbyteri ad Davidem metropolitam, quem anno Alexandri millesimo trecentesimo septuagesimo scripsit, et ex syriaco in arabicum sermonem vertit, caput nonum, quod constat canone continente ritum baptismi: estque haec constitutio apprime recta ac necessaria, eademque est unum ex fundamentis religionis; carsciunice, hoc est arabice litteris syriacis; cum interpretatione latina. Pag. 128. Stephani Aldoënsis edenensis, patriarchae antiocheni, ex eius libro tertio de vindiciis gentis Maronitarum, sermo adversus quartam propositionem de sacramento baptismatis; carsciunice. Pag. 157. Severi patriarchae antiocheni in S. Antonium laudatio, latine. Pag. 169. a terg. eiusdem Severi de S. Proside homilia, latine. Pag. 177. eiusdem Severi in S. Prosidem laudatio, latine. Pag. 184. eiusdem Severi antiocheni extemporalis sermo de S. martyre Thallelaeo, in ipsius martyris templo habitus, qui est ordine centesimus decimus. Pag. 189. percontationes monachorum ex S. Basilio Caesareae Cappadociae episcopo, scriptae manu clarissimi praesulis Iosephi Simonii Assemani.

CCCCXII. (A. 155.)

Codex in fol. chartac. foliorum 130, carsciunice, seu arabice litteris syriacis, nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Synaxarium sanctorum per universam anni periodum distributum. Subtexitur in fine locupletissimus index nominum omnium sanctorum in codice contentorum. Is codex ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXIII. (A. 156.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 226, partim syriace partim carsciunice nitidissime conscriptus; quo continetur.

Pag. 1. liber pontificalis, seu liber sacramentalium quae perfici solent ab archiepiscopis et episcopis, iuxta ritum ecclesiae Maronitarum, a Stephano Aldoënsi patriarcha antiocheno olim recognitus et approbatus. Pag. 107. accedit testimonium P. Abrahami Gaziri ordinis S. Antonii abbatis, et patriarchae Maronitarum, apud S. Sedem legati, quo adfirmat, in hoc pontificali

nihil contra fidem apostolicam romanam inveniri, additurque testimonium Georgii Beniamini archiepiscopi edenensis, quo is collaudat peritiam doctrinamque dicti Gaziri in linguis orientalibus syriaca et arabica. Haec autem testimonia manu publici notarii confirmata sunt. Pag. 108. liber sacerdotalis, seu liber sacramentalium quae perfici solent a presbyteris, iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum, ab eodem patriarcha Stephano Aldoënsi olim recognitus et approbatus. Accedunt in fine ipsa illa testimonia latine conscripta, quae supra diximus. Is codex scriptus fuit Melitae, ut ex pag. 84. a terg. cognoscitur, a quodam presbytero Michaële filio Abrahami Metoscitae ex insula Cypro, qui hunc codicem exaravit in carcere captivorum, anno 1707, sedente in romana cathedra Clemente papa XI, et in antiochena Iacobo Evodio Assemano. Vide cod. syr. asseman. LV.

CCCCXIV. (A. 157.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 138, syriace nitidissime conscriptus; quo continentur.

Pag. 21. anaphora S. Iohannis apostoli et evangelistae. Pag. 29. a terg. anaphora S. Hermetis, ex septuaginta duobus Christi domini discipulis. Pag. 32. a terg. anaphora S. Clementis, S. Petri apostoli discipuli. Pag. 40. a terg. anaphora S. Ignatii ignei. Pag. 47. anaphora S. Dionysii iudicis, S. Pauli apostoli discipuli. Pag. 53. anaphora S. Eustathii patriarchae antiocheni. Pag. 59. a terg. anaphora SS. duodecim apostolorum, quam S. Lucas evangelista disposuit et ordinavit. Pag. 68. a terg. anaphora S. Basilii Cappadociae archiepiscopi. Pag. 77. anaphora S. Gregorii magni. Pag. 84. anaphora S. Maruthae tagritensis archiepiscopi. Pag. 89. a terg. anaphora S. Iohannis chrysostomi. Pag. 96. a terg. anaphora S. Iacobi Haran et Nisibis episcopi. Pag. 99. anaphora S. Cyrilli magni. Pag. 105. a terg. anaphora S. Callisti pontificis romani. Pag. 113. anaphora S. Iacobi episcopi sarugensis. Pag. 120. anaphora S. Iohannis, cognomento Maronis, patriarchae antiocheni. Pag. 128. anaphora S. Iacobi doctoris. Is codex principio et medio mutilus est; incipit enim a pag. 102; idemque ad XVIII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXV. (A. 158.)

Codex in fol. chartac. foliorum 12, syriace et carsciunice conscriptus; quo continetur.

Ordo benedictionis et processionis palmarum, iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum. Is codex manu cuiusdam Sergii conscriptus, ut ex pag. 11. a terg. cognoscitur, ad XVIII. Christi saeculum referendus est.

CCCCXVI. (A. 159.)

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 80, syriace nitidissima manu conscriptus, cuius capitum tituli estranghelis litteris vario colore sunt exarati; quo continetur.

Gregorii Barhebraei, vulgo *Abulpharagii*, orientis maphriani seu primatis, grammatica syro-chaldaica exquisito opere elaborata. Is codex scriptus fuit manu cuiusdam Cyriaci mardinensis anno Graecorum 1949. (Christi 1637.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur; quamquam scriptoris nomen in margine deletum conspicitur.

CCCCXVII. (A. 160.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 265, chaldaice et arabice exaratus; quo continetur.

Lexicon chaldaico-arabicum accuratissimum; vocabula insuper difficiliora, ac praesertim graeca, quae in libris Syrorum reperiuntur, complectens. Is codex scriptus est manu presbyteri Iesu Bar-Iuchanan, babylonicam sedem gubernante mar-Sabariesu catholico quinto orientis patriarcha, absolutusque fuit die 10. octobris, feria quarta, anno Alexandri macedonis filii Philippi 1558 (Christi 1246.) in urbe benedicta, et omnium urbium matre Babylone; ut in epigraphe chaldaica pag. 263. a terg. fusius exponitur. In fronte pag. 1. extat haec adnotatio. *Liber iste pertinet ad dominum nostrum Simeonem catholicum. Excommunicatus et maledictus esto quicumque rapuerit eum.*

CCCCXVIII. (A. 161.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 285, syriace et carsciunice conscriptus; quo continetur.

Lexicon syriacum, cum interpretatione arabica syriacis litteris conscripta; omnia Syrorum difficiliora vocabula, et Graecorum item, quae interdum in syriacis libris reperiuntur, complectens. Is codex scriptus fuit manu cuiusdam Ezechielis, absolutusque anno Graecorum 1781. (Christi 1469.) ut pag. 282. a terg. adnotatur.

CCCCXIX. (A. 162.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 282, chaldaicis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continetur.

Mar-Simeonis catholici patriarchae orientis ethica a pag. 1. ad pag. 226. Pag. 227. a terg. Ebediesu catholici orientis tractatus de verbis scriptura similibus, sed significatione dissimilibus. Pag 238. a terg. explicatio difficiliorum verborum alphabetico ordine dispositorum. Pag. 245. a terg. sancti Abrahami netfariensis sermones X. ascetici. Pag. 268. a terg. exponuntur alia verba scriptura similia, sed significatione dissimilia, cum versione arabica nonnullis verbis apposita. Is codex scriptus est anno Graecorum 1884. (Christi 1572.) ut in epigraphe chaldaica pag. 226. a terg. late exponitur. Initio codicis nonnulla folia desiderantur.

CCCCXX. (A. 163.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 113, syriace conscriptus; quo continetur.

Rituale syriacum, iuxta ritum ecclesiae antiochenae Syrorum maronitarum. Is codex dono datus fuit collegio Maronitarum a Benedicto papa XIV. anno 1752, mense augusto, pontificatus XIII, ut in calce adnotatur. Pag. 101. variae paraeneses pro defunctis, carsciunice vario charactere exaratae, quae ab episcopo Gabriele anno Christi 1498. fuerunt compositae, et postea a quodam Sergio anno Domini 1690. conscriptae, ut pag. 109. legitur. Pag. 110. eiusdem episcopi Gabrielis tractatus carsciunicus de usura. Is codex ad XVI. Christi saeculum referendus est.

CCCCXXI. (A. 164.)

Codex in fol. chartac. foliorum 123, partim syriace, partim carsciunice diversa tamen manu, nitidissime conscriptus; quo continentur.

Exequiae defunctorum iuxta ritum ecclesiae Maronitarum; scilicet 1. Pag. 1. exequiae pro sacerdotibus defunctis. 2. Pag. 26. exequiae pro diaconis defunctis. 3. Pag. 35. exequiae pro viris saecularibus defunctis 4. Pag. 46. a terg. exequiae pro mulieribus saecularibus. 5. Pag. 56. exequiae pro pueris. 6. Pag. 62. exequiae pro puellis. Desunt exequiae pro episcopis, pro monachis, et pro monialibus. Pag. 70. adiunctum habetur opus carsciunicum diversa manu conscriptum, complectens seriem patriarcharum orientalium, auctoribus Simone Evodio Assemano (deinde patriarcha antiocheno) et Iosepho Simonio Assemano collegii Maronitarum alumnis, quod opus anno 1706, dum adhuc in collegio studiis vacarent, exararunt, et in IV. partes diviserunt. Pars prima continet XII. capita. De nomine patriarchae eiusque significatione. De numero patriarcharum. De conditionibus necessariis ad eligendum patriarcham sedis alicuius ex quatuor patriarchatibus. De auctoritate suprema Pontificis maximi in qua-

tuor patriarchas. Confutatio eorum, qui hanc auctoritatem negant. De auctoritate concilii oecumenici super quatuor patriarchas. De auctoritate quatuor patriarcharum supra concilia particularia. De auctoritate patriarcharum inter se. De auctoritate quatuor patriarcharum supra cardinales. Confutatio eorum qui hoc negant. Pag. 86. a terg.

Pars II. complectitur XIV. capita. Scilicet, de electione patriarchae; de electione patriarcharum constantinopolitani, alexandrini, et hierosolymitani; de electione patriarchae antiocheni; de consecratione patriarchae antiocheni; de expeditione patriarchae antiocheni ad Pontificem maximum ad obtinendam confirmationem, deque legatione dicti patriarchae ad Cardinales sacrae Congregationis de propaganda fide. Formula litterarum, quae ab archiepiscopis et episcopis Pontifici maximo ob confirmationem patriarchae impetrandam mittuntur. Formula litterarum, quae ab iisdem ad Cardinales sacrae Congregationis de propaganda fide mittuntur. Formula litterarum, quae a proceribus nationis ad eosdem Cardinales mittuntur. Formula syngraphae, qua electus patriarcha procuratorem suum munit ad obtinendam confirmationem. De pallio pastorali eiusque praerogativis. Formula litterarum, quas patriarchae ad Pontificem maximum mittunt post receptam confirmationem et pallium. De professione fidei a patriarcha propria manu scribenda, et de eius formula.

Pars III. pag. 94. a terg. et seqq. complectitur XIII. capita; scilicet, de numero episcoporum, qui singulis ex quatuor patriarchis sunt subiecti. An possit patriarcha novas sedes erigere, et veteres amovere. An possit patriarcha permutare dioeceses episcopis et archiepiscopis. An possit patriarcha imperare omnibus in sua dioecesi degentibus, quamquam sint exteri. An possit patriarcha nova instituta religiosa confirmare. An possit patriarcha missionarios ad episcopatum extollere, eosque censuris punire. An possit patriarcha indulgentiam plenariam conferre. An possit patriarcha missionarios mittere in proxima loca ad nunciandam praedicandamque fidem, quamvis non sint in sua ditione. An possit patriarcha mutare suae ecclesiae consuetudines, necne. De auctoritate patriarchae in rebus ad sacramenta spectantibus. De reliquis rebus, quae ad patriarchae potestatem pertinent. Pars IV. pag. 106. a terg. series patriarcharum constantinopolitanorum, qui 119. numerantur. Pag. 109. series patriarcharum alexandrinorum, qui 111. recensentur. Pag. 110. a terg. series patriarcharum antiochenorum, qui 115. numerantur. Pag. 120. series patriarcharum hierosolymitanorum, qui 97. recensentur. In fine pag. 122. est index omnium capitum, quae patriarchas respiciunt. Quamquam vero in hoc indice memoretur series Pontificum maximorum, ea nihilominus in corpore desideratur.

CCCCXXII. (A. 165.)

Codex in fol. bombyc. foliorum 105, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Grammatica syriaca *Gregorii Barhebraei*, vulgo *Abulpharagii*, orientis maphriani seu primatis, ligata oratione conscripta. Accedunt varia eiusdem carmina. Is codex scriptus fuit Babylone anno Graecorum 1588. (Christi 1276.) ut certe pag. 73. adnotatur. Verum huic codici nequaquam tanta antiquitas tribuenda videtur; quare epigraphe, in qua id adfirmatur, ex antiquiore exemplari transcripta credenda est.

CCCCXXIII. (A. 166.)

Codex in fol. chartac. foliorum 325, carsciunice nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Theologia moralis R. P. Hermanni Busembai e societate Iesu, ab anonymo arabice eleganter versa. Praeit tabella propositionum damnatarum a pontificibus maximis Alexandro VII, Innocentio XI, et Alexandro VIII; cum locupletissimo indice totius operis. Is codex saeculo XVIII. exaratus est, pertinuitque olim ad bibliothecam collegii Maronitarum.

CCCCXXIV. (A. 167.)

Codex in 4. bombyc. paginarum 640, carsciunice exaratus; quo continetur.

Catechesis et doctrina Syrorum iacobitarum. Praeit amplissima eorumdem fidei professio. Pag. 299. legitur fabulosa narratio de S. Antonio abbate. Pag. 302. variae paraeneses statis anni temporibus recitandae. Pag. 319. variae interrogationes et responsiones. Interrogatio prima; quis mortuus est primus omnium? Responsio, Abel filius Adami interfectus a Caino fratre suo etc. Pag. 326. fabulosa, immo impia, narratio de diabolo, qui religiosum institutum amplexus, postquam peccatorum paenitentiam debitam egit, paradisi gloriam adeptus dicitur, et inter coetus caelestium angelorum iterum adnumeratus. Pag. 334. historia monachi et medici. Pag. 338. computus annorum. Pag. 356. S. Evagrii expositio in orationem evangelicam. Pag. 357. historia cuiusdam filii, qui vendidit patrem et matrem. Pag. 367. de mensibus et signis zodiaci. Pag. 370. homilia mar-Iacobi Baradaei. Pag. 397. admonitio facienda ab episcopo in ordinatione sacerdotum et diaconorum. Pag. 426. expositio orationis dominicae. Pag. 440. expositio visionis Isaiae. Pag. 446. Explicatio reconditae ac mysticae significationis litterarum arabicarum; ubi et de signis zo-

diaci, et de sphaera armillata. Pag. 496. tractatus de mensibus et diebus lunaribus, arabice et syriace. Pag. 509. tractatus ob cognoscendum quadragesimae et paschatis tempus. Pag. 513. formulae epistolares cum nonnullis responsis. Pag. 540. sermo ligata oratione, iuxta rithmum S. Iacobi, de anno eiusque mensibus, syriace. Pag. 558. professio fidei Iacobitarum, cum eiusdem declaratione. Pag. 594. adnexa codici reperiuntur nonnulla folia arabico charactere et idiomate conscripta, quae historiam Haichar et Nadan complectuntur, scriptam anno hegirae 820, die 17. mensis barmuthi, ut in margine ad calcem adnotatur. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXV. (A. 168.)

Codex in 4. chartac. foliorum 206, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Breviarium per septem hebdomadae dies, iuxta ritum Syrorum monophysitarum, collectum a Dionysio Barsalibaeo monophysita, episcopo amidensi. De hoc breviario vide quae dicit Faustus Naironus in sua evoplia fidei. Is codex scriptus fuit manu Dionysii, sub nomine episcopi Isaaci filii Abrahami ex oppido Barbi dioeceseos urbis Tarcat, anno Graecorum 1870. (Christi 1558.) ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCXXVI. (A. 169.)

Codex in 4. chartac. paginarum 282, carsciunice conscriptus; quo continetur.

Opus inscriptum *statera temporis*, ex italico in arabicum sermonem translatum a Iosepho filio Georgii hypodiacono maronita alepino collegii Maronitarum alumno. Is codex scriptus fuit Alepi in domo familiae Eva, manu eruditissimi viri Andreae Scandar presbyteri cyprii, anno Domini 1719, ut in calce adnotatur; ubi etiam narratur, eumdem D. Andream fuisse delegatum a Clemente papa XI. in Aegyptum, Damascum, et Mesopotamiam usque Ninivem, ob expedienda varia in dictis locis sanctae romanae ecclesiae negotia; et librum hunc bibliothecae collegii Maronitarum, ubi fuerat olim alumnus, addixisse.

CCCCXXVII. (A. 170.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 95, partim syriace partim carsciunice conscriptus; quo continetur.

Pag. 1. ritus benedictionis aquae in die epiphaniae, sed imperfectus. Pag. 2. de ordinatione presbyteri et chorepiscopi etc. Pag. 31. a terg. de consecratione archiepiscopi et episcopi. Pag. 52. ritus magni schematis monachorum, seu cuculli. Pag. 56. precatio recitanda in confessione, et antequam sacerdos missam celebret, cum formula absolutionis; syriace. Pag. 56. a terg. de benedictione calicis. Pag. 61. officium S. Iohannis evangelistae, cum carsciunica narratione eius vitae. Pag. 92. a terg. Vita S. Marinae, syriace. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXVIII. (A. 171.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 57, carsciunice nitidissime Iacobi Evodii Assemani patriarchae antiocheni manu exaratus; quo continentur.

Formulae epistolares in XVI. capita distributae, quorum index pag. 54. exhibetur. Cap. I. epistolae diversae ad patriarchas. Cap. II. epistolae patriarcharum mutuae. Cap. III. epistolae patriarcharum ad episcopos. Cap. IV. epistolae patriarcharum ad imperatores et reges. Cap. V. epistolae patriarcharum ad ministros regum. Cap. VI. epistolae obsequii ad bassam, et alios magnos principes, cum responsione post acceptum donum. Cap. VII. epistola patriarchae ad principem principum, iudicum, et gubernatorum. Ad eundem patriarchae recens electi epistola obsequii. Item epistolae ad principes infideles. Epistolae gratulationis ob proximum aliquod festum. Epistolae ad militem, vel ad hominem reverentia dignum. Cap. VIII. epistolae ad episcopos et ad sacerdotes ob exigendam decimam. Item encyclica ad pastores, et civitates de adventu legati, ad novum patriarcham pallium pastorale et confirmationem deferentis. Cap. IX. varia responsa patriarchae circa nuptias ad principes et gubernatores, et circa varios fidelium casus. Cap. X. epistolae consolatoriae in funeribus. Cap. XI. epistolae ob alicuius mortem nunciandam Cap. XII. epistolae ob gratiarum actionem de dono accepto; item litterae gratulatoriae de nuptiis etc. Cap. XIII. formula suspensionis sacerdotum, et excommunicationis saecularium. Formula excommunicationis latae sententiae ob grave crimen etc. Cap. XIV. epistolae commendatitiae ob quaerendam eleemosynam Cap. XV. formulae absolutionis impedimentorum matrimonia dirimentium. Item formula absolutionis peccatorum sacerdotibus vel monasteriorum superioribus reservatorum. Formula permissionis ad recitandam aliquam antiphonam alicuius sancti insignis. Formulae emptionis bonorum, et cum pecuniae alicuius fidei committuntur vel cum fructu vel sine fructu etc. Cap. XVI. epistolae cleri ad suos episcopos, et invicem etc. In calce codicis legitur haec epigraphe. *Scito, quod ego humilis presbyter Andreas Scandar cyprius*

alumnus collegii Maronitarum, et interpres S. Congregationis, post meum reditum e terris orientalibus, ad quas fueram delegatus ob expedienda varia S. Sedis negotia, detuli mecum hunc librum, exaratum manu propria a Iacobo Petro Evodio Assemano patriarcha antiocheno, eumque perpetuo addixi fratribus meis collegii Maronitarum alumnis, ad eorum usum et utilitatem, anno Domini 1721.

CCCCXXIX. (A. 172.)

Codex in 4. chartac. foliorum 253, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Psalmi Davidis regis et prophetae. Is codex scriptus fuit Romae, regnante pontifice maximo Clemente VIII, manu cuiusdam Melchisedech ex Mesopotamia, anno Domini 1598, ut in epigraphe syriaca ad calcem posita adnotatur.

CCCCXXX. (A. 173.)

Codex in 4. chartac. foliorum 308, carsciunice, hoc est arabice litteris syriacis, nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

Liber inscriptus *candelabrum illucescens cupientibus illuminari*; hoc est, liber controversiarum polemicarum, octo assertiones complectens; cum praefatione, cui praeit copiosissimus index rerum omnium, quae in hoc opere pertractantur. Pag. 1. a terg. Assertio I. de qualitate fidei orthodoxae, quae tria capita complectitur. Caput I. dividitur in X. articulos. Cap. II. in VI. articulos. Cap. III. in IX. articulos. Pag. 60. Assertio II. de sectis oppositis catholicae religioni, quae tria capita complectitur. Caput I. dividitur in V. artilos. Caput II. in V. articulos. Caput III. in VI. articulos. Pag. 88. Assertio III. de primatu Papae super omnes ecclesias orientales et occidentales. Haec complectitur tria capita. Caput I. dividitur in X. articulos. Cap. II. in tres articulos. Cap. III. in XI. articulos. Pag. 148. a terg. Assertio IV. contra Photianos, quae continet IV. capita. Caput I. dividitur in VI. articulos. Cap. II. in IV. articulos. Cap. III. in V. articulos. Cap. IV. in IV. articulos. Pag. 205. Assertio V. contra Nestorianos, quae continet duo capita. Caput I. dividitur in III. articulos. Cap. II. in III. articulos. Pag. 224. Assertio VI. contra monophysitas, quae complectitur IV. capita. Cap. I. dividitur in IV. articulos. Caput II. in IV. articulos. Cap. III. in V. articulos. Cap. IV. in II. articulos. Pag. 258. Assertio VII. continet duo capita. Caput I. dividitur in IV. articulos. Cap. II. in IV. articulos. Pag. 274. Assertio VIII, quae continet confutationem errorum orientalis ecclesiae circa varios ritus; quae dividitur in IV. articulos. Pag. 285. Conclusio paraenetica, qua

monentur omnes populi infideles, ut abiectis erroribus suis, orthodoxam fidem amplectantur. Pag. 288. De perpetua serie Pontificum romanorum usque ad pontificem Benedictum XIV. Pag. 295. a terg. Index conciliorum generalium. Pag. 298. Index conciliorum non approbatorum. Pag. 298. a terg. De conciliis partim probatis, et partim improbatis. Pag. 300. De photiana haeresi, et de sacrosancto octavo concilio oecumenico. Pag. 287. extat haec epigraphe: *Liber controversiarum polemicarum adversus haereses orientalium nationum; in quo sectae etiam refelluntur Iudaeorum, Ethnicorum, atque Turcarum; opera et studio Stephani Achillis cyprii, anturani seminarii in Libano, mox Maronitarum in Urbe collegii alumni, anno 1746. R. P. Simone Verdi studiorum praefecto instante ac dirigente, ad alumnorum usum et utilitatem, arabica methodo affabre et eleganter elucubratus; et R. D. Andrea Scandar, orientalium linguarum professore teste, proelo ob publicum bonum dignissimus.* Pag. vero 286. a terg. in epigraphe carsciunica legitur, unum ex alumnis collegii Maronitarum cyprium, omnia collegisse ex variis latinis operibus, et praesertim ex libris operibus cardinalis Bellarmini, anno Domini 1746; et collegio Maronitarum hunc librum addixisse.

CCCCXXXI. (A. 174.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 65, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Anaphorae SS. apostolorum. Is codex principio et fine mutilus, ad XVII. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXXII. (A. 175.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 175, carsciunice conscriptus; quo continetur.

Opus ad repellendam, et arcendam animi tristitiam, in quo agitur de virtutibus et vitiis; auctore domino Elia presbytero, cuius manu scriptum fuit anno Graecorum 1931. (Christi 1619) ut in calce adnotatur. Notandum, quod iste codex male compactus fuit, ideoque respiciendum est ad numeros singulis paginis praenotatos. Initium libri incipit post paginam 143. Post paginam autem 124. nonnulla folia desiderantur.

CCCCXXXIII. (A. 176.)

Codex in 8. chartac. paginarum 395, syriacis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Miscellanea; et quidem pag. 1. elementa logicae, duobus laterculis p. 14. disposita, quorum unum continet textum syriacum, alterum carsciunicam versionem. Pag. 15. fragmentum metaphysicae. Pag. 41. de scientia simpliciter. Pag. 57. de sacerdotio temporali. Pag. 161. tractatus de spiritibus immundis, seu de diabolis. Pag. 177. liber regnorum filiorum Israel. Pag. 189. liber responsionum Iesu Bar-Simon, qui appellatur Bar-Sira. Pag. 353. historia Susannae. Pag. 361. isagoge, seu introductio ad logicam, carsciunice et latine. Pag. 382. proverbia sapientium, syriace et latine. In fronte codicis inserta reperiuntur tria folia diversa manu conscripta, quae continent varia aenigmata, et fatiloquia Nestorianorum, cum interrogationibus et responsionibus. Is codex ad XVI. Christi saeculum videtur referendus.

CCCCXXXIV. (A. 177.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 208, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Pag. 2. liturgia missae. Pag. 35. anaphora S. Sixti papae. Pag. 56. anaphora S. Iohannis evangelistae. Pag. 70. a terg. anaphora S. Petri apostolorum principis. Pag. 79. a terg. anaphora SS. XII. apostolorum. Pag. 88. a terg. anaphora S. Eustathii. Pag. 98. a terg. anaphora S. Dionysii. Pag. 105. a terg. anaphora Matthaei pastoris. Pag. 115. a terg. anaphora Iohannis patriarchae, qui est Bar-Susan. (Verum haec anaphora non est recepta. Vide Edenensem tract. 3. declarat. 6. cap. 7.) Pag. 124. a terg. anaphora S. Marci evangelistae. Pag. 141. a terg. anaphora S. Maruthae tagritensis archiepiscopi. Pag. 161. a terg. anaphora S. Iohannis episcopi Haran, Haburae, et Nisibis. Pag. 170. a terg. anaphora S. Petri, et apostolorum. Pag. 197. oratio ad B. Virginem, carsciunice. Is codex fine mutilus, scriptus fuit manu cuiusdam Eliae, ut variis in locis adnotatur, anno Graecorum 1853. (Christi 1541) ut pag. 208. scriptum legitur.

CCCCXXXV. (A. 178.)

Codex in 8. chartac. foliorum 176, syriacis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Petri Metoscitae e societate Iesu, collegii Maronitarum olim alumni, grammatica syriaca syriace explicata. Is codex ad XVII. Christi saeculum referendus est.

CCCCXXXVI. (A. 179.)

Codex in 8. chartac. paginarum 550, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Opus inscriptum *liber oecumenicus omnibus gentibus (necessarius) qui docet veritatis cognitionem, ut haec percipiatur.* Omnia autem in hoc libro contenta sequenti ordine digesta sunt. Pag. 1. Pracit locupletissimus totius operis index. Pag. 10. Amplissima praefatio. Pag. 21. Sermo I. qui continet X. capita. Caput I. quid deceat hominem scire et docere. Pag. 26. Cap. II. quomodo veritas accurate dignoscatur. Pag. 34. Cap. III. quid sit veritas, et quid mendacium. Pag. 36. Cap. IV. quomodo cognoscatur, Deum existere. Pag. 56. Cap. V. quotuplex sit Deus; num unus, an plures. Pag. 70. Caput VI. quot sint in eo personae, quotque proprietates. Pag. 82. Cap. VII. num habeat nomen certum, nec ne. Pag. 95. Cap. VIII. Utrum sit causa omnium causarum, et creator omnium creaturarum. Pag. 99. Cap. IX. num sollicitus sit, gubernet, et curam habeat rerum omnium, nec ne. Pag. 113. Cap. X. utrum sit comprehensibilis an incomprehensibilis.

Sermo II. continet VIII. capita. Pag. 128. Cap. I. cur creaverit Deus creaturas, mundumque formaverit. Pag. 133. Cap. II. quaenam fuerit voluntas eius in creatione. Pag. 139. Cap. III. num sit alius mundus praeter hunc visibilem et constitutum. Pag. 145. Cap. IV. si est alius mundus, ubinam sit? et an sit materialis ac visibilis, ut noster hic; an vero spiritualis, subtilis, et invisibilis. Pag. 149. Cap. V. qualis sit ordo et quale regimen alterius mundi, qui est praeter hunc sensibilem. Pag. 155. Cap. VI. an futurus sit finis huius mundi sensibilis. Pag. 158. Cap. VII. num sit alius mundus praeter hunc. Pag. 164. Cap. VIII. num sit, et futurus sit alius mundus: et qualis sit ordo, et regimen eius.

Sermo III. continet IX. capita. Pag. 180. Cap. I. quare creatus fuerit homo. Pag. 191. Cap. II. quaenam sit natura hominis. Pag. 199. Cap. III. quomodo considerari debeat, et quid eum facere deceat in hoc mundo. Pag. 213. Cap. IV. quid ab homine agendum sit, et quaenam spes ei reposita. Pag. 223. Cap. V. num queat homo cognoscere Deum. Pag. 228. Cap. VI. num queat accurate cognoscere Deum prout est, nec ne. Pag. 229. Cap. VII. num unica et simplex sit cognitio hominis circa Deum; et an haec augeatur per illius operationes; ita ut cognitio Dei in homine crescat et decrescat. Pag. 232. Cap. VIII. quaenam sit causa, ut cum Deus unus sit, una eius natura et substantia, varient notiones Dei in omnibus populis, et in singulis hominibus, quod adtinet ad eius adtributa. Pag. 236. Cap. IX. si autem haec variat cognitio, cur in hominibus variet, cum ipsa sit invariabilis.

Sermo IV. continet V. capita. Pag. 238. Cap. I. an verax et utilis sit liber per antomasiam *Biblia*, qui scriptus est in mundo. Pag. 241. Cap. II. quinam auctor eius. Pag. 243. Cap. III. utrum verax sit liber geneseos,

quod adtinet ad mundi creationem. Pag. 251. Cap. IV. quandonam creatus sit mundus hic, et undenam factus, et ex qua re. Pag. 279. Cap. V. num ex copula contrariorum elementorum compacta sint ea omnia, quae conspiciuntur.

Sermo V. continet VII. capita. Pag. 288. Cap. I. quomodo creata sit lux, et unde facta. Pag. 296. Cap. II. quomodo expansi caeli, et quid rei sint? quidnam sit firmamentum, quod nobis imminet. Pag. 298. Cap. III. quae ratio sphaerarum sit? quot sint? quomodo invicem colligatae. Pag. 300. Cap. IV. an sit aliquid, quod in his sphaeris non cernatur, quodque scitu procul dubio dignum sit. Pag. 302. Cap. V. quot sint firmamenta, scilicet contignationes superiores sphaerarum. Pag. 306. Cap. VI. quidnam sint sol, luna, ceteraque luminaria, et ex quanam re facta sint? quaenam sit eorum natura? quinam ordo? quaenam utilitas? ubinam sint stationes eorum? quodnam eorum officium, et lex. Pag. 344. Cap. VII. cur fiat eclipsis, scilicet defectus solis et lunae.

Sermo VI. continet VII. capita. Pag. 350. Cap. I. quidnam sit sub tota sphaera, et locis stellarum? num sit aether igneus, et quare? Pag. 352. Cap. II. quidnam sit sub aethere, et qualis sit aer iste? quaenam sint signa ignea, quae noctu cernuntur in aëre Pag. 361. Cap. III. quaenam sit ratio nebularum? cur augeantur et minuantur? et quomodo dissipentur. Pag. 362. Cap. IV. undenam sint fulgura, et tonitrua. Pag. 368. Cap. V. undenam pluvia, et ros, et quare? quanam ex causa fiat nix, frigus, et glacies. Pag. 372. Cap. VI. undenam fiant mutationes temporum veris, aestatis, autumni, et hiemis. Pag. 384. Cap. VII. cur ordinatim veniant temporum mutationes, nec repente fiant.

Sermo VII. continet V. capita. Pag. 392. Cap. I. de generibus avium; quaenam sit earum utilitas: item de generibus piscium, et omnium reptilium, quae sunt in aquis. Pag. 402. Cap. II. quaenam sit natura terrae, et de plurima rerum varietate quae in terra est. De lapidibus, eorumque virtutibus. Curnam producantur omnia corpora ex terra, ut aurum, argentum, ferrum, aes, et alia terrae germina. Cetera capita, et sermones qui in adiecto indice recensentur, prorsus in codice desiderantur. Pag. 427. Liber ecclesiastae. Pag. 442. Liber ecclesiastici. Pag. 509. S. Ephraem Syri carmen de fine mundi. Pag. 519. sermo de Alexandro filio Philippi macedonis, cum ingressus est in mare tenebrosum, et in plagam orientalem, et in Gog et Magog. Item de fine mundi, metro iacobitico. Pag. 547. computus dierum et annorum. Pag. 550. habetur haec epigraphe. *Explicit hic liber, inscriptus* causa causarum, *manu humilis Iosephi filii diaconi Davidis, ex benedicto oppido Baslukit, in Giobbat Bsciarai, in monte Libano, quem Romae scripsit temporibus Gregorii papae XV. anno Domini* 1623.

CCCCXXXVII. (A. 180.)

Codex in 4. bombyc. foliorum 375, carsciunice exaratus; quo continetur.

Opus ex sanctis patribus desumptum, in quo agitur de vita, moribus, et virtutibus eorum, qui religionem amplectuntur. Is codex fine mutilus, ad XIV. Christi saeculum referendus videtur: idemque anno 1580. collegio Maronitarum dono datus fuit a Gaspare cyprio dicti collegii alumno, ut ex epigraphe latina ad calcem posita colligitur.

CCCCXXXVIII. (A. 181.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 58, partim syriace, partim carsciunice exaratus; quo continentur.

Pag. 1. consecratio patenae. Pag. 1. a terg. consecratio calicis. Pag. 3. a terg. consecratio pyxidis. Pag. 4. benedictio crucis. Pag. 4. a terg. benedictio turibuli. Pag. 5. benedictio turis. Pag. 6. oratio super puerum octava die a nativitate. Pag. 6. a terg. oratio super morti proximum; ubi de ritu extremae unctionis. Pag. 8. benedictio coemeterii. Pag. 9. oratio super palmas et aquam. Pag. 9. a terg. oratio super sal et aquam. Pag. 10. benedictio iconum. Pag. 11. benedictio vasorum sacrorum. Pag. 26. Nonnulla quae christiano homini scitu necessaria sunt, carsciunice exposita, adiectis nonnullis fidei rudimentis. Pag. 30. a terg. de aliquot censuris ecclesiasticis circa ordinationes sacerdotum; ubi de gradibus sacerdotii, et de ritu consecrationis episcoporum. Pag. 33. a terg. ritus consecrationis corporis Christi. Pag. 35. ritus olei infirmorum. Pag. 36. a terg. de nonnullis matrimonii impedimentis. Pag. 37. a terg. de confessario et confessione. Pag. 39. de pontifice romano. Pag. 40. de patriarchis. Pag. 40. a terg. de episcopis. Pag. 41. de pallio pastorali. Pag. 41. a terg. de casibus episcopo reservatis. Pag. 45. nonnulla fidei rudimenta. Pag. 51 professio fidei a catechumenis emittenda. Is codex scriptus est anno Graecorum 1885. (Christi 1573.) ut in margine paginae 58. adnotatur. Hunc autem codicem legit archipresbyter Iacobus Evodius Assemanus hesronita anno Domini 1655, qui a Iohanne Saffrensi Maronitarum patriarcha ad sanctam Sedem apostolicam tamquam legatus missus fuit, ut ibi legitur.

CCCCXXXIX. (A. 182.)

Codex in 8. chartac. paginarum 275, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Vetus diaconale ad usum Maronitarum, quod postea correctum ac reformatum, typis editum fuit. Is codex, olim collegii Maronitarum, scriptus fuit manu Iosephi carthabensis eiusdem collegii alumni anno Domini 1677, ut pag. 267. adnotatur.

CCCCXL. (A. 183.)

Codex in 12. chartac. foliorum 64, carsciunice conscriptus; quo continetur.

1. Praeparatio sacerdotis ad missam per singulos hebdomadae dies distributa; et quid deceat sacerdotem facere ante celebrationem, cum variis precibus. Omnia desumpta sunt ex operibus S. Francisci Salesii. 2. Pag. 28. Gratiarum actiones. 3. In principio et fine codicis diversa manu adiecti sunt nonnulli Davidis psalmi, nonnullaeque preces cum actibus virtutum etc. Is codex scriptus est anno Domini 1736, ut pag. 54. adnotatur, pertinuitque ad diaconum Gabrielem damascenum maronitam, ut in calce legitur.

CCCCXLI. (A. 184.)

Codex in 12. chartac. foliorum 170, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Mensura carminum, secundum rithmum SS. Iacobi, Ephraem, et Balzi eiusdem discipuli. Ut haec carmina cognoscantur, subiiciuntur initia singulorum canticorum, quae in officiis et psalmodiis Syrorum reperiuntur. Omnia summa diligentia et labore collecta sunt a Stephano Petro Aldoënsi Maronitarum patriarcha. Praeit praefatio carsciunica ab eodem patriarcha exarata, in qua etiam agitur de ratione carminum pangendorum, et de eorum varietate, ac differentiis. Is codex ad XVIII. Christi saeculum referendus est.

CCCCXLII. (A. 185.)

Codex in 12. bombyc. foliorum 143, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Vetus diaconale syriacum, iuxta ritum ecclesiae Maronitarum. Subiciuntur pag. 123. orationes super mensam dicendae. Is codex exaratus fuit a quodam Moyse anno Domini 1585, ut pagg. 66. et 142. adnotatur.

CCCCXLIII. (A. 186.)

Codex in 12. chartac. foliorum 310, syriacis litteris et sermone con-

scriptus; quo continentur.

Nonnulli veteris testamenti libri hoc ordine digesti; nempe pag. 1. liber I. et II. regum. Pag. 89. liber iudicum. Pag. 129. liber Ruth moliabitidis. Pag. 136. liber Iob. Pag. 172. liber proverbiorum, cui in fine adnectitur quaedam adnotatio. Pag. 208. cantica canticorum. Pag. 216. ecclesiastes. Pag. 232. liber sapientiae. Pag. 260. liber Iosue Bar-Nun. Pag. 304. nonnulli textus ex sacra scriptura desumpti, ex syriaco idiomate in latinum versi. Pag. 308. fragmentum syriacum complectens caput VII. de remissione peccatorum, et de paenitentia. Pag. 309. orationes syriacae recitandae ante et post confessionem. Is codex ad XVII. Christi saeculum referendus est.

CCCCXLIV. (A. 187.)

Codex in 8. chartac. foliorum 141, carsciunice conscriptus; quo continentur.

Meditationes piae, fidei christianae praeceptis consentaneae, ad singulos mensis dies. Pag. 39. sequuntur aliae XLVII. meditationes. Pag. 70. adhuc aliae breves meditationes, ad singulos mensis dies. Pag. 79. sequuntur variae preces ad B. Virginem, aliosque sanctos. Pag. 137. a terg. oratio post sacram synaxin dicenda, cum litaniis sanctissimi corporis Christi. *Absolutus fuit hic liber ope Dei anno Domini 1732. Romae, manu humilis Petri filii Georgii Scandar cyprii maronitae, apud avum eius Andream Scandar S. Congregationis de propaganda fide interpretem, qui hunc librum collegio Maronitarum perpetuo addixit, ad usum et utilitatem alumnorum.* Sic in calce legitur.

CCCCXLV. (A. 188.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 246, syriacis litteris et sermone exaratus; quo continentur.

Lectiones evangelicae diebus festis recitandae, per anni circulum distributae. Is codex scriptus fuit anno Graecorum 1876. (Christi 1564.) ut pag. 8. a terg. adnotatur.

CCCCXLVI. (A. 189.)

Codex in 8. chartac. foliorum 505, carsciunice nitidissima manu conscriptus; quo continetur.

1. Pag. 1. liber Tyrsi Gonzalez e societate Iesu contra impiam sectam alcorani legemque Mahometis, e latino idiomate arabici iuris factus a Iacobo

Arutin alepino presbytero et monacho maronita ordinis S. Antonii magni in monasterio urbano SS. Petri et Marcellini anno 1724, ut in fronte legitur. Praeit locupletissimus index singulorum operis capitum: tum pag. 269. habetur enumeratio omnium alcorani surarum seu capitum. 2. Pag. 280. prodromus alcorani auctore Ludovico Marraccio, e latino in arabicum versus ab eodem Iacobo Arutin. Praeit singulorum capitum operis index. Is codex scriptus fuit Romae manu diaconi Eliae ben-Sahd maronitae, ex oppido Bet-Scebab, Maronitarum collegii alumni, anno Domini 1725, ut in epigraphe ad calcem posita adnotatur.

CCCCXLVII. (A. 190.)

Codex in 12. bombyc. foliorum 51, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Apocalypsis S. Iohannis apostoli et evangelistae. Is codex scriptus fuit Romae in collegio Maronitarum a Gabriele Banensi eiusdem collegii alumno, anno Domini 1590, ut in fronte legitur.

CCCCXLVIII. (A. 191.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 107, partim syriace partim carsciunice conscriptus; quo continetur.

Rituale iuxta ritum ecclesiae Maronitarum, principio mutilum. Pag. 22. evangelicae lectiones diebus festis recitandae, cum nonnullis commemorationibus atque orationibus. Pag. 40. anaphora S. Sixti papae. Pag. 42. a terg. anaphora S. Iohannis evangelistae. Pag. 46. anaphora S. Petri apostoli. Pag. 52. anaphora alia S. Sixti papae. Pag. 55. anaphora S. Iohannis chrysostomi. Pag. 58. a terg. anaphora SS. duodecim apostolorum. Pag. 70. anaphora S. Dionysii. Pag. 73. anaphora S. Eustathii. Pag. 77. anaphora S. Ignatii. Pag. 81. anaphora S. Marci evangelistae. Pag. 87. a terg. anaphora S. Iacobi fratris Domini. Pag. 95. anaphora S. Maruthae. Pag. 103. ordo benedictionis aquae. Is codex, principio et fine mutilus, conscriptus videtur saeculo Christi XV: in eoque recentiore manu folia aliquot vel suppleta vel adiecta conspiciuntur.

CCCCXLIX. (A. 192.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 150, carsciunice nitide conscriptus; quo continetur.

Pag. 1. a terg. oratio dicenda in itinere ad ecclesiam. Pag. 2. oratio dicenda ante portam ecclesiae. Pag. 2. a terg. oratio dicenda in ingressu ad ecclesiam. Pag. 4. a terg. orationes diurnae et nocturnae. Pag. 98. o-

rationes dicendae singulis hebdomadae diebus. Pag. 118. oratio S. Ephraem cum aliis precibus. Pag. 138. a terg. oratio S. Isaaci ninivitae. Pag. 145. canticum paenitentiae. Is codex aliquot in locis mutilus, exaratus fuit anno Graecorum 1859. (Christi 1547) manu cuiusdam Michaëlis, ut in epigraphe pag. 98. posita adnotatur.

CCCCL. (A. 193.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 377, caldaicis litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Pag. 1. Grammatica chaldaica absolutissima, auctore Elia Sobae archiepiscopo. Pag. 296. Compendium grammaticae chaldaicae ephraemitico metro exaratum, auctore presbytero Iohanne Bar-Zohbai. Pag. 312. a terg. Iosephi episcopi mardensis tractatus de punctis. Pag. 331. Tractatus de nomine et verbo, anonymo auctore, sed recentiore manu exaratus. Pag. 343. De distinctione vocum scriptura similium, sed sensu dissimilium. Is codex exaratus fuit anno Graecorum 1583 (Christi 1271) ut in epigraphe ad calcem paginae 368. adnotatur.

CCCCLI. (A. 194.)

Codex in 8. chartac. paginarum 264, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Psalmi Davidis. Item psalmi *magnificat*, et trium puerorum, cantica canticorum, et apocalypsis. Is codex XVIII. Christi saeculo videtur exaratus.

CCCCLII. (A. 195.)

Codex in fol. p. chartac. foliorum 231, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continetur.

Liturgia, seu officium et ritus hebdomadae sanctae, iuxta usum ecclesiae Maronitarum. Is codex, olim collegii Maronitarum, ad saeculum XVII. referendus videtur.

CCCCLIII. (A. 196.)

Codex in 4. chartac. foliorum 131, syriacis litteris et sermone nitide conscriptus quo continetur.

Opusculum Thomae a Kempis in syriacam linguam e latina conversum a maphriano Isaaco. Hoc autem exemplar est autographum, id est propria

interpretis manu conscriptum Romae anno Domini 1715, ut in calce arabicis litteris et sermone adnotatur. Additur, praedictum Isaacum hanc fecisse hanc interpretationem cum a Turcis in exilium pulsus ad catholicam et apostolicam romanam ecclesiam confugit.

CCCCLIV. (A. 197.)

Codex in fol. p. bombyc. foliorum 245, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Psalmi Davidis regis et prophetae, cum versione arabica, litteris tamen syriacis expressa, et duobus laterculis distincta. Post CL. psalmos subiungitur psalmus extra numerum *parvulus eram inter fratres meos*. Pag. 222. canticum Moysis depromptum ex cap. XV. exodi. Pag. 224. a terg. canticum Isaiae prophetae. Pag. 225. alterum Moysis canticum ex cap. XXXII. deuteronomii. Pag. 231. oratio dominica. Pag. 231. a terg. symbolum nicaenum. Pag. 232. a terg. canticum S. Ephraem syri, *lux orta est iustis, et rectis corde laetitia*. Pag. 234. canticum trium puerorum domus Ananiae. Pag. 235. oratio in nocturno recitanda. Pag. 235. a terg. oratio dicenda in matutino quadragesimali. Pag. 236. canticum S. Ephraem de amore doctrinae, *domine da doctrinam omnibus diligentibus doctrinam*. Is codex scriptus fuit manu cuiusdam Gabrielis anno Graecorum 1841. (Christi 1529.) ut in calce adnotatur.

CCCCLV. (A. 198.)

Codex in 8. bombyc. foliorum 196, syriacis litteris et sermone conscriptus; quo continentur.

Pag. 1. variae preces. Pag. 1. a terg. epistola S. Pauli ad Corinthios. Pag. 2. evangelium S. Iohannis arabice; cum alia epistola S. Pauli ad Corinthios, syriace. Pag. 3. praeit index omnium liturgiarum, quae in hoc codice continentur. Pag. 3. a terg. epistola S. Iohannis, cum explicatione carsciunica. Pag. 4. epistola S. Pauli ad Corinthios, cum explicatione carsciunica. Pag. 5. aliud exemplar evangelii S. Iohannis. Pag. 6. sequuntur evangelia Matthaei, Marci, tertioque Iohannis, et aliquot prohoemia, cum nonnullis precibus in hebdomada sancta dicendis. Pag. 23. a terg. liturgia S. Iacobi fratris Domini, quae incipit *Deus universorum et domine*. Pag. 38. liturgia S. Iohannis evangelistae, quae incipit *domine Deus fortis*. Pag. 47. a terg. anaphora, seu liturgia S. Ignatii ignei patriarchae antiocheni, quae incipit *Deus pater sancte*. Pag. 63. a terg. liturgia S. Marci evangelistae, quae incipit *domine Deus omnipotens*. Pag. 75. liturgia S. Sixti papae Romae, quae incipit *quies et pax*. Pag. 80. liturgia S. Eustathii patriarchae antiocheni, quae incipit *Deus clemens, et*

multarum miserationum domine. Pag. 87. liturgia S. Iulii papae Romae, quae incipit *Deus pater omnipotens.* Pag. 96. liturgia S. Cyrilli patriarchae Alexandriae, quae incipit *domine Deus misericors.* Pag. 110. a terg. liturgia S. Dioscori patriarchae alexandrini, quae incipit *Deus qui es fons quietis, et mare bonitatis.* Pag. 126. liturgia S. Philoxeni mabugensis, quae incipit *domine Deus fortis.* Pag. 141. liturgia S. Iacobi doctoris oecumenici, seu universalis, episcopi Bathnarum Sarugi, quae incipit *Deus pater.* Pag. 159. liturgia S. Philoxeni Barsupta, quae incipit *Deus qui es mare tranquillum.* Pag. 173. liturgia S. Iacobi interpretis scripturarum, et episcopi edesseni, quae incipit *Deus pater omnium.* Pag. 189. precatio metro ephraemitico, in qua invocantur varii episcopi iacobitae, scilicet Dioscorus, Severus, Anthimus, Timotheus, Iacobus, Philoxenus, et Barsumas. Pag. 192. a terg. precatio eodem ephraemitico rithmo exarata, quae incipit *Deus benedic nobis omnibus.* Postremae duae paginae continent sacerdotis praeparationem ad missam, quae diversa manu addita est codici. In pretio habendi sunt isti syriaci liturgiarum codices, quamquam haereticorum, quoniam ex istis consensus orientalis ecclesiae cum occidentali circa veram Christi in eucharistia praesentiam, eiusdemque in eadem adorationem, uti etiam circa transubstantiationem, cognoscitur. Et quidem ex istis libris perpetuitas fidei circa hoc mysterium adeo perspicue probatur, ut protestantibus contradicentibus facile silentium imponatur. Is codex ad XV. Christi saeculum videtur referendus. (Nunc desiderari videtur hic codex.)

CCCCLVI. (A. 199.)

Codex in 12. bombyc. foliorum 69, syriacis nestorianis, ut vocant, idest Chaldaeorum litteris et sermone exaratus; quo continetur.

Ebediesu episcopi Sobae et Armeniae, anno 1318. defuncti, liber cui titulus *margarita*, id est *de veritate christianae religionis.* In fine autem subtexitur catalogus omnium librorum ecclesiasticorum. Huius operis duo extant exemplaria in bibliotheca vaticana. Vide catalogum codicum mss. bibliothecae vaticanae tom. III. pag. 361. et seqq. Hunc porro catalogum syriace et latine edidit vir eruditissimus Abrahamus ecchellensis Romae typis sacrae Congregationis de propaganda fide anno Domini 1653. Iosephus vero Simonius Assemanus novam huius catalogi editionem curavit tomo III. bibliothecae orientalis clementino-vaticanae a pag. 3. ad pag. 362. Is codex ad XIV. Christi saeculum referendus videtur. (Hic item codex nunc desiderari videtur.)

CCCCLVII. * (A. 200.)

Codex in fol. bombyc. paginarum 463, syriacis litteris nestorianis et ser-

(*) Hunc et sequentem codicem deprehendi translatos nescio quo casu inter arabicos. Utique hi locum duorum assemanianorum, qui desunt, tenere iam queunt.

mone conscriptus; quo continentur.

1. Declarationes quaestionum difficilium et verborum obscurorum sacrae scripturae; auctore mar-Iesciuaad episcopo Hadet. Initium fit a declaratione geneseos. Pag. 253. declaratio exodi. Pag. 320. professio fidei mar-Michaëlis episcopi amidensis. Pag. 327. quaestiones dogmaticae arabicis litteris et sermone. Pag. 335. alia professio fidei, syriace. Pag. 344. alia professio fidei Nestorianorum. Pag. 347. aliae quaestiones dogmaticae. Pag. 532. liber mar-Gabrielis contra haereticos, qui in Christo profitentur unam naturam, auctore Sabariesu. Pag. 360. liber seu epistola dogmatica mar-Georgii catholici patriarchae orientalium. Pag. 396. fidei professio cuiusdam Iohannis. Sequuntur alia dogmatica et ascetica. Pag. 412. fragmentum lexici syriaci-arabici-graeci. Pag. 436. de nomine Dei. Pag. 449. responsio dogmatica archiepiscopi cuiusdam iacobitae ad mar-Sabariesu episcopum harmacensem.

CCCCLVIII. (A. 201.)

Codex in 16. bombyc. foliorum 41, syriacis litteris et sermone nitide conscriptus; quo continetur.

1. Alphabetum syriacum. 2. Psalmi aliquot et preces, ob exercendos in syriaca lingua addiscenda tirones. Fuit collegii Maronitarum.

CCCCLIX. (A. 202.)

Diversorum codicum syriacorum fragmenta, in quibus haec fere leguntur 1. sermo de Daniele et Susanna. Item de electione episcopi. 2. fragmentum historiae Genovefae belgicae, carsciunice. 3. fragmentum paraeneseos, carsciunice. 4. de generatione Christi, carsciunice. 5. hymni aliquot sacri, e syriacis facti carsciunici. 6. martyrum commemoratio. 7. fragmentum carminum asceticorum, syriace. 8. fragmentum tractatus de musica, carsciunice. 9. fragmentum liturgicum, syriace. 10. fragmentum ritualis ecclesiae Maronitarum. 11. fragmentum de angelorum choris; item commentarii liturgici; syriace. 12. fragmentum de daemonibus eorumque natura et differentiis, syriace. 13. fragmentum philosophicum, carsciunice. 14. fragmentum tractatus theologici, syriace. 16. apographum manu Iosephi Simonii Assemani confectum, de vita S. Pauli apostoli, ex codice damasceno anni Ch. 1125, qui fuit episcopi Sedanaiae. 17. fragmenta pauca syriaca et arabica de antiquis haeresibus. 18. fragmenta arabica evangeliorum et canonum ecclesiasticorum. Item fragmenta liturgica partim syriaca partim arabica de sacri schematis monachorum ac monialium sumptione.

FINIS CODICUM SYRIACORUM VATIC. ASSEMAN.

APPENDIX

AD CATALOGUM CODICUM HEBRAICORUM BIBLIOTHECAE VATICANAE [PRAETER URBINATES] A CLARIS PRAESULIBUS ASSEMANIS TYPIS EDITUM.

CCCCLIV. Codex chartaceus in fol. saec. XVII, foliorum 577, hebraico et latino charactere exaratus; quo continetur pars prima *lexici hebraico-latini*, cum intelligentia seu convenientia aliarum linguarum orientalium, nempe chaldaicae et arabicae; auctore P. Mario de Calasio ord. min. observ., ut patet ex schedula initio adposita. Desunt priora quinque folia.

CCCCLV. Codex chartaceus in folio, ut superior; continens partem alteram supradicti lexici hebraico-latini, foliis 607. comprehensam.

CCCCLVI. Codex chartaceus in 4. foliorum 204, rabbinico charactere exaratus saec. XVI. Continet tractatus varios, ineditos plerosque, et quidem pertinentes ad opus talmudicum cui titulus *zoar*, *splendor*.

CCCCLVII. Codex chartaceus in 4. foliorum 198, rabbinico charactere exaratus saeculo circiter XVI. Continet anonymi commentarium in pentateuchum.

CCCCLVIII. Codex membraneus in 4. foliorum 231, rabbinico charactere elegantissime exaratus saeculo XV. Continet anonymi cursum philosophicum Ferrariae conscriptum anno Domini 1440.

CCCCLIX. Codex chartaceus in 8. foliorum 147, rabbinico, immo fere hebraico, charactere cum punctis vocalibus exaratus saeculo XVI. Inscribitur *ordo diei*; eoque continentur anonymi preces quotidie recitandae, cum adnexo opusculo eiusdem argumenti typis impresso.

CCCCLX. Codex chartaceus in 8. foliorum 190, charactere rabbinico exaratus saeculo XVI. Continet anonymi monita ad vitam recte instituendam.

CCCCLXI. Codex chartaceus in 8. foliorum 172, latino et hebraico charactere saec. XVIII. exaratus. Continet P. Benedicti Tessarii a S. Maria grammaticam hebraicam italice explicatam. Accedit ad calcem, nempe fol. 169, anonymi libellus inscriptus *le maledizioni che avvennero agli Ebrei per avere dato la morte a Gesù Cristo.*

CCCCLXII. Codex membraneus in 12. foliorum 170, rabbinico charactere exaratus saec. XVI; quo continentur anonymi monita quaedam ad bene beateque vivendum.

CCCCLXIII. Codex membraneus in 12. foliorum 228, hebraico charactere elegantissimo cum punctis vocalibus exaratus saec. XV, si priora septem folia excipias a recentissima manu refecta. Continet librum psalmorum Davidis.

CCCCLXIV. Codex in folio chartaceus foliorum 160, charactere partim hebraico partim latino elegantissime exaratus, saec. XVIII; quo continentur Iosephi filii Gurionis, seu Gurioniadae, (de quo Wolfius biblioth. hebr. tom. I. pag. 508.) historiarum iudaicarum hebraice, libri quinque. Eiusdem historiarum iudaicarum libri quinque in latinam linguam versi cum adnotationibus. Incipit opus ab historia Danielis et dimissione captivitatis babylonicae, desinitque in ingressu Pompeii in templum hierosolymitanum.

CCCCLXV. Codex in fol. membraneus rabbinico charactere exaratus saec. XIII, foliorum 275; quo continentur rab. Iehuda filii Salomonis hispani, qui vixit saec. XII, varia quae ex arabica lingua in hebraicam transtulit, ut notat Wolfius bibl. hebr. tom. I. pag. 456. Operis titulus *institutiones philosophorum.*

CCCCLXVI. Codex in folio chartaceus foliorum 265, rabbinico charac-

tere exaratus saec. XVII; quo continetur rab. Iacobi fil. Isaac Tzahalon, philosophiae et medicinae professoris romani, opus cui titulus *tentorium Iacob*, hoc est libri XII. de infirmitatibus et remediis adhibendis, deque simplicibus medicamentis.

CCCCLXVII. Codex partim bombycinus partim membraneus in fol. rabbinico charactere saeculo XIII. exaratus, foliorum 198, in fine mutilus; quo continetur *aruch hakctzar*, id est breve lexicon anonymi alphabeticum radicum hebraicarum rabbinice explicatarum.

CCCCLXVIII. Codex membraneus in 4. foliorum 484, hebraico charactere cum punctis vocalibus elegantissime exaratus, et cum adnotationibus massoreticis in principio et fine paginarum. Continet biblia sacra, hoc est libros omnes veteris testamenti, qui sunt in canone Iudaeorum.

CCCCLXIX. Codex membraneus in 4. foliorum 30, rabbinico charactere saec. XVI. exaratus. Continet rab. Emmanuelis filii Iacob *tabulas astronomicas*, de quibus Wolfius bibl. hebr. tom. I. p. 951.

CCCCLXX. Codex membraneus in 4. foliorum 232, antiquo elegante charactere exaratus saec. XIV; quo continetur rab. Levi ben-Gherson opus astronomicum, seu potius astrologicum, ex variis scriptis vetustis, tum Iudaeorum tum exterorum contextum. Vide Wolfium bibl. hebr. tom. I. pag. 729.

CCCCLXXI. Codex membraneus in 4. foliorum 159, rabbinico charactere exaratus, saec. XIV. Continet rab. Baruch filii Isaac wormatiensis, qui floruit circa annum Christi 1236, et de quo Wolfius bibl. hebr. tom. I. pag. 268, opus inscriptum *liber elevationis*, editum Venetiis anno 1523. apud Dan. Bombergium in 4. Agitur in eo de ritibus et institutis caerimonialibus.

CCCCLXXII. Codex chartaceus in 12. foliorum 100, partim latino partim hebraico charactere cum punctis vocalibus exaratus saec. XVII; quo continetur officium parvum B. M. Virginis hebraico-latinum.

CCCCLXXIII. Codex membraneus in 12. foliorum 13¼, charactere hebraico cum punctis vocalibus exaratus anno Domini 1295; quo continetur psalterium Davidis.

CCCCLXXIV. Codex membraneus in 16, rabbinico charactere exatus saec. XIII, quo continetur liber precum quotidianarum.

CCCCLXXV. Codex membraneus in fol. hebraico charactere cum punctis vocalibus elegantissime exaratus saeculo XV, foliorum 307; quo continentur biblia sacra, hoc est libri omnes veteris testamenti, qui sunt in canone Iudaeorum. Accedit *massora* magna in principio, et *massora* parva in marginibus singularum paginarum minutissimis litteris hebraicis conscripta.

CCCCLXXVI. Codex chartac. in 4. foliorum 176, litteris rabbinicis; quo continentur varia opuscula grammaticalia, rhetorica, philosophica, Aristotelis, Platonis, Porphyrii, collecta et commentariis illustrata a rab. Levi ben-Gherson.

CCCCLXXVII. Codex in 4. chartaceus foliorum 198, rabbinico charactere exaratus sacc. XV. Continet tractatus varios de effectibus et motu planetarum, iuxta systema ptolemaicum, cum epistola astrologica inedita rab. Iosephi fil. Iacob Aschalmer ex epitome secretorum naturae desumpta. De hoc opere, et auctore epistolae, altum silentium est in bibliothecis hebraicis Bartoloccii et Wolfii.

CCCCLXXVIII. Codex membraneus in 4. foliorum 218, rabbinico charactere eleganter exaratus saec. XV; quo continetur opus talmudicum, cui titulus *liber praevaricationum in mensuris*.

CCCCLXXIX. Codex chartac. in 4, foliorum 149, rabbinico charactere exaratus saec. XV; quo continetur rab. Moysis fil. Maimonidis vulgo *Rambam* hispani cordubensis, qui floruit saec. XII, pars operis cui titulus *manus fortis*; hoc est liber VIII. eiusdem operis *de seminibus*, de quo Wolfius tom I. biblioth. hebr. pag. 844.

CCCCLXXX. Codex in 4. membraneus foliorum 310, eleganti character hebraico cum punctis vocalibus saec. XV. exaratus; quo continetur pentateuchus, seu quinque libri Moysis, cum paraphrasi chaldaica et commentario rab. Salomonis Iarki vulgo Rasci: insuper canticum canticorum, ecclesiastes, lamentationes, et liber Estheris, cum commentario eiusdem Rasci, sed sine paraphrasi chaldaica.

CCCCLXXXI. Codex in 12, membraneus foliorum 90, saeculo XV, hebraico charactere cum punctis vocalibus exaratus; quo continetur canticum Salomonis, ecclesiastes, lamentationes, et liber Estheris.

CCCCLXXXII. Codex membraneus in folio maximo foliorum 555, hebraico charactere elegantissimo cum punctis vocalibus exaratus anno Christi 1316. Continet biblia sacra hebraica, nempe omnes veteris testamenti libros, qui sunt in canone Iudaeorum, duobus laterculis dispositos, cum paraphrasi chaldaica, seu targum Onkelosi ad totum pentateuchum, nec non utraque massora parva et magna; parva nempe inter latercula, magna autem in marginibus paginarum, hebraico itidem charactere, sed minusculo, eleganter exarata.

CCCCLXXXIII. Codex chartaceus, imperfectus, in 4, foliorum 99, litteris rabbinicis, quo continentur tractatus varii de re medica, chirurgica, et pharmaceutica.

CCCCLXXXIV. Codex partim chartaceus, partim membraneus, foliorum 98, initio et fine mutilus, rabbinico charactere exaratus saec. XVI; quo continetur libellus asceticus, in cuius folio 49, et seqq. leguntur *consuetudines* seu *praecepta* de moribus formandis et vita recte instituenda; auctore rab. Ascer. De hoc codice videsis Wolfium bibl. hebr. tom. I. pag. 227. ex Bartoloccio.

CCCCLXXXV. Codex in folio maximo in corio bubulo, olim in volumine, seu rotulo, ad usum alicuius synagogae Iudaeorum; proindeque in recta tantummodo pagina hebraicis quadratis litteris saeculo circiter XIV. elegantissime exaratus, cum numeris capitum inter latercula a manu poste-

riore adiectis, et cum versione latina litterali inedita, ad frontem uniuscuiusque folii hebraici, in membrana recentissime elegantissimeque conscripta. Continet tomum I. pentateuchi, seu quinque librorum Moysis, nempe genesim, exodum, et leviticum, usque ad cap. XXVI. vers. 43. inclusive. Constat foliis 108, partim hebraicis in corio, partim latinis in membrana.

CCCCLXXXVI. Codex in folio maximo, ut superior; quo continenetur tomus II. pentateuchi seu quinque librorum Moysis, videlicet pars levitici a versiculo 44. capitis XXVI; numeri, et totum deuteronomium. Constat foliis 78, partim hebraicis in corio, partim latinis in membrana. Hi duo codices, sive uterque tomus huius pentateuchi, ex bibliotheca principum de Comitibus in vaticanam iussu Pii PP. VI. illati fuerunt. Versionem autem litteralem latinam idcirco diximus *ineditam*, quia discrepat ab aliis litteralibus versionibus Sanctes Pagnini, et aliorum, editis.

CCCCLXXXVII. Codex membraneus in fol. hebraico quadrato charactere saeculo XV. exaratus, continens fragmenta plurima variorum operum talmudicorum.

CCCCLXXXVIII. Codex membraneus in 4, rabbinico charactere exaratus saec. XV, continens fragmentum operis talmudici, cui titulus *zohar*, *splendor*.

CCCCLXXXIX. Codex bombycinus in 8, rabbinico-germanico charactere exaratus saec. XVI, continens fragmentum operis rab. Moysis filii Maimonidis, cui titulus *manus fortis*.

CCCCXC. Volumen (seu rotulus) in corio bubulo, hebraico charactere saec. XV. eleganter exaratus, continens fragmentum *sepher thora*, seu *voluminis legis*, quod in synagogis retinere ac legere Hebraei reverenter solent. In hoc autem fragmento descripta sunt deuteronomii capita XIX. XX. XXI. et XXII; usque ad versiculum 22.

CCCCXCI. Volumen in corio bubulo, vetustate detritum, rabbinico charactere saec. circiter XIV. exaratum; quo continentur explicationes caba-

listicae et superstitiosae nominis tetragrammati *Iehova*, ad formam arboris dispositae.

CCCCXCII. Volumen in corio bubulo, hebraico quadrato charactere saeculo XIV. exaratus in laterculis quadraginta sex, continens fragmentum legis seu pentateuchi, quod volumen in synagogis a Iudaeis religiose, ut diximus, asservari legique solet: a capite XIV. libri exodi, usque ad finem deuteronomii.

CCCCXCIII. Volumen membraneum, hebraico quadrato charactere, absque punctis vocalibus recentissime exaratum in laterculis viginti quinque, continens historiam Estheris, et libros qui subsequuntur.

CCCCXCIV. Codex chartaceus in 8. fol. 107, saeculo XVII. latine exaratus, continens epilogum omnium regularum et praecipuarum difficultatum grammaticalium linguae hebraicae; auctore domino Benedicto Tessario a S. Maria monacho cisterciensi. Accedit catalogus omnium auctorum tum hebraeorum tum christianorum, qui de re grammaticali hebraica scripserunt.

CCCCXCV. Codex membraneus in 8. foliorum 13, rabbinico charactere exaratus saeculo XVI, continens fragmentum commentarii in deuteronomium.

CCCCXCVI. Codex membraneus in 4. foliorum 27, hebraico quadrato charactere absque punctis vocalibus saeculo XV. exaratus; quo continetur Avicennae philosophi arabis compendium rerum physicarum inscriptum *liber parvus compendiorum*. Opus ex arabico idiomate in hebraicum ab anonymo translatum.

CCCCXCVII. Codex bombycinus in 4. foliorum 324, hebraico quadrato charactere, absque punctis vocalibus, saeculo XV. in Hispania exaratus; continens precum collectionem, quae a Iudaeis non publice, id est in synagogis, sed privatim solent recitari.

CCCCXCVIII. Codex in fol. bombycinus foliorum 69, rabbinico charactere hispanico, absque punctis vocalibus, saeculo XV. exaratus; continens

directionem astronomicam Salomonis Mirnachi; cum tabulis comparativis mensium et annorum apud Hebraeos, Moslemanos, atque Christianos.

CCCCXCIX. Codex chartaceus in folio foliorum 487, rabbinico charactere germanico, absque punctis, saeculo XV. elegantissime exaratus; quo continentur opera rab. Ieruchami filii Mesciullam, galli narbonensis, qui florebat circa annum Christi 1334; videlicet libri *generationum et rectitudinum*; quorum prior in duas partes distributus, ostendit quomodo homo vitam instituere debeat usque ad tempus quo uxorem ducit; et a tempore initi matrimonii usque ad mortem: alter autem agit de institutis pecuniariis; triginta duabus semitis, sive partibus, constans. Haec opera fuerunt subinde typis edita Venetiis apud Bragadinum in fol. parvo anno 1553, cuius editionis exemplar extat in biblioth. vatic. num. 212; tum Constantinopoli anno 1669. item in folio, cuius editionis meminit Wolfius tom. I. biblioth. hebr. pag. 698.

D. Codex membraneus in 8. foliorum 135, rabbinico charactere germanico saeculo XV exaratus; quo continetur fragmentum pentateuchi a capite X. exodi usque ad deuteronomium: et a pag. 72. usque ad finem, *haphtaroth* idest *lectiones prophetarum* per hebdomadas distributae.

DI. Codex chartaceus in 4. foliorum 192, liber parvus praeceptorum, cui titulus *columna transmigrationis*; auctore R. Ioseph Corbiel.

DII. Codex in fol. partim membraneus, partim chartaceus, foliorum 151, cui titulus *confutatio confutationis*: opus rab. Kalonymi fil. Davidis fil. Todios.

DIII. Codex in 4. membraneus foliorum 213, litteris hebraicis elegantissimis exaratus; quo continetur pentateuchus Mosis, cum paraphrasi chaldaica, et aliquot scholiis.

DIV. Codex in 4. foliorum 347, litteris rabbinicis exaratus; quo continetur *liber portae lucis*; opus cabalisticum, cuius auctor valde celebris R. Ioseph ben-Ghicattilia.

DV. Codex in 4. foliorum 230, partim chartaceus, partim membraneus,

litteris rabbinicis exaratus; quo continetur commentarius in quartum pentateuchi librum, seu in numeros.

DVI. Codex in 4. foliorum 173, chartaceus, interpositis foliis membraneis; quo continentur expositiones desumptae praesertim ex opere *zohar*. Scriptus fuit hic liber manu R. Menachem anno Christi 1415.

DVII. Codex chartaceus in 4. foliorum 152, quo continentur varia de logica, caelo, et iuris prudentia. Accedunt in calce epistolae tres R. Maimonidis ad Rabbinos massilienses anno Christi 1456. scriptae.

DVIII. Codex chartaceus quo continetur brevis collectio vocabulorum hebraicorum, quae sunt levidensia studiosi alicuius adversaria. Accedit latinus catalogus monachorum Congregationis S. Maria Fuliensis a prima institutione Congregationis usque ad annum 1678.

DIX. Fasciculus fragmentorum, in quibus agitur de prophetiis circa Messiam. Insunt capita aliquot ex Miscna, tractatus cabalisticus superstitiosus de sortibus, et regulae aliquot grammaticales partim latine partim italice traditae.

DX. Codex in fol. membraneus foliorum 81, venuste scriptus; quo continetur Avicennae tractatus de aromatibus, et de simplicibus medicamentis.

DXI. Codex in fol. membraneus foliorum 135, quo continetur R. Ascer commentarius in pentateuchum.

DXII. Codex in fol. chartaceus foliorum 659, quo continentur tractatus talmudici, latine.

DXIII. Codex in fol. chartaceus foliorum 564, quo continentur Rabbinorum dogmata, latine. Pars I.

DXIV. Codex in fol. chartaceus foliorum 475, quo continetur eiusdem operis pars II.

DXV. Codex in 4. chart. foliorum 24, quo continetur tractatus de veritate christianae religionis, quam prophetae confirmant. Translatus porro fuit in latinam linguam a Paulo Fagio, impressusque Ienae anno Christi 1542.

DXVI. Codex in fol. membraneus foliorum 130, quo continetur R. Davidis Kimchii *liber radicum.*

DXVII. Codex in 8. chartaceus foliorum 36, quo continentur Iulii Bartoloccii regulae linguae hebraicae, breviter traditae sermone italico.

DXVIII. Codex in 8. chartaceus foliorum 54, quo continetur liber cui titulus *lumen adolescentiae.*

DXIX. Codex in 8. chartaceus foliorum 158, quo continentur preces variae christianae, cum officio B. Virginis, hebraice et latine.

DXX. Codex in 16. chartaceus foliorum 108, quo continetur epitome grammaticae hebraicae, latine scripta.

DXXI. Codex in fol. partim chartaceus partim membraneus foliorum 107, quo continentur R. Salomonis commentarii imperfecti ad ecclesiastem.

DXXII. Codex in fol. membraneus foliorum 163, quo continentur commentarii imperfecti ad tres priores pentateuchi libros, anonymo auctore.

DXXIII. Codex in 4. chartaceus foliorum 118, quo continentur varia opuscula, quibus christianus homo iudaeum convincit.

DXXIV. Codex in 8. membr. et chart. foliorum 16, quo continetur opusculum de re medica.

DXXV. Codex in 12. chart. fol. 72, quo continetur horarium seu regula recitandarum lectionum certis mensis diebus. Item de temporum anni vicissitudinibus.

DXXVI. Codex in 16. membr. fol. 13; quo continetur horarium ut supra, cum brevi kalendario.

DXXVII. Codex in 4. chartaceus foliorum 192, quo continetur R. Menachem commentarius in psalmos.

DXXVIII. Codex in 4. chartaceus foliorum 156, quo continentur 1. expositiones in aliquot Talmudis loca difficiliora. 2. item in X. *sephiroth*. 3. R. Menachem Rekanati expositio precum cabalistica.

DXXIX. Codex in fol. m. membraneus foliorum 245, antiq. quo continetur R. Kimkii, *liber radicum*.

DXXX. Fragmenta varia, seu folia aut particulae dissolutorum codicum.

DXXXI. Iohannis Georgii, scriptoris hebraici vaticani, nuper defuncti, adversaria hebraica, et partim etiam italica.

His codicibus DXXXI, accedunt codices vaticani urbinates LIX, ab Assemanis item in catalogo edito descripti. Ergo codicum hebraicorum et rabbinicorum, quos bibliotheca vaticana conservat, summa est DXC.

Codex samaritanis litteris et lingua conscriptus, chartaceus, foliorum 195. in 8. parvo; quo continentur preces ad usum synagogae Samaritanorum. De hoc opere ut iudices, legesis Guil. Gessenii praefationem ad carmina samaritana a se edita Lipsiae an. 1824, laudatosque ab eodem p.6. auctores, de Rubeis, Kennicottum, et Hottingerum.

CODICES AETHIOPICI
BIBLIOTHECAE VATICANAE. *

I. In hoc volumine continentur 1. quatuor evangelia. 2. officium Aethiopum, hoc est nocturnum. 3. nonnulla opuscula S. Clementis romani. 4. computus temporum Aethiopum. 5. aliquot concilia generalia. In fol. pergam. antiq. foliorum 217.

II. Nicaena prima synodus exhibens viginti canones nicaenos, quos Aethiopes, aeque ac Graeci et Latini, agnoscunt. Item canones 84, quos ipsi Aethiopes praecepta vocant, continentes varia quae cognosci possunt ex indice latino huic codici praeposito. In fol. chartac. foliorum 41.

III. Novum testamentum integrum cum psalterio. Est exemplar typis impressum in pontificatu Pauli III. Romae anno 1548. In 4. chartac foliorum 324.

IV. Psalmi Davidis mss. quibus adiunctae sunt aliquot preces. In 4. ex pergam. antiq. foliorum 160.

V. Duae epistolae Petri, duae Iohannis, una Iudae, una Pauli ad Hebraeos. In 4. chartac. foliorum 69.

VI. Novum testamentum integrum, cum nonnullis liturgiis. Est exemplar typis impressum Romae anno 1549. foliorum 226.

(*) Horum aliquam notitiam ab amico acceptam edidit iamdiu Ludolfus in commentario ad suam historiam aethiopicam p. 299; sed vix tertiam codicum partem Ludolfus novit. Profecto ne noster quidem catalogus magnopere se commendat: etsi enim iustum codicum numerum exhibet, operum tamen ipsorum vix adumbratam notitiam suppeditat. Misellum hunc indicem vaticanum, nescio qua fama commotus Assemanus (catalog. T. I. praef. p. X.) Vanslebii lucubrationem existimare videtur; ipse vero Assemanus multo accuratiorem confecturus erat, si vita comes fuisset: quam rem nos aliquando ad exitum perducturos, auxiliis idoneis subnixos vehementer speramus ac propemodum spondemus. Interim lector levi hac notitia contentus esto. In his codicibus aethiopicis nonnulli palimpsesti sunt; et quidem supposita quoque et antiquior scriptura aethiopica est [EDITOR.]

VII. Psalterium Davidis, cum precibus ad B. Virginem per singulos dies hebdomadae dicendis. In 4. ex pergam. antiq. foliorum 138.

VIII. Liber miraculorum B. M. Virginis. Item organum eiusdem B. Virginis, pag. 15. In 4. chartac. foliorum 163.

IX. Psalterium typis impressum anno 1513, cum aliquot liturgiis mss. sed imperfectis. In 4. chartac. foliorum 133.

X. Psalmi Davidis In 8. ex pergam. antiq. foliorum 143.

XI. Nonnulla S. Petri, ex actibus apostolorum. In 8. ex pergam. antiq. foliorum 144.

XII. Miraculum Christi in panis multiplicatione. In 8. ex pergam. antiq. foliorum 34.

XIII. Missa Aethiopum pag. 1. Item laudes B. M. Virginis, pag. 25. In 12. ex pergam. antiq. foliorum 61.

XIV. Psalmi Davidis, cum officio B. Virginis. In 4. parvo, ex pergam. antiq. foliorum 185.

XV. Psalterium Davidis, cum officio B. M. Virginis, et nonnullis liturgiis. In 4. parvo, ex pergam. antiq. foliorum 294.

XVI. Nonnullae liturgiae, ex quibus aliquot sunt editae. In 4. chartac. foliorum 59.

XVII. Catechismus, sive institutio fidei christianae, ex pergam. antiq. In 12. foliorum 74.

XVIII. Psalterium davidicum cum precibus. In 12. chartac. fol. 269.

XIX. Psalmi impressi Romae anno 1513. In 8. foliorum 103.

XX. Psalmi Davidis. In 4. ex pergam. antiq. foliorum 120.

XXI. Epistolae SS. Pauli et Petri. In 8. chartac. antiq. foliorum 114.

XXII. Liturgiae. In 8. ex pergam. antiq. foliorum 76.

XXIII. Preces variae sine principio et fine. In 8. ex perg. antiq. fol. 34.

XXIV. Collectio precum. In 8. ex pergam. antiq. foliorum 197.

XXV. Quatuor evangelia. In 4. ex pergam. antiq. foliorum 262.

XXVI. Preces variae. In 4. chartac. foliorum 19.

XXVII. Psalterium, cum canticis veteris testamenti. In 8. ex pergam. antiq. foliorum 160.

XXVIII. Liturgiae, quae carent principio et fine. In 4. ex pergam. antiq. foliorum 38.

XXIX. Alia fragmenta liturgiarum partim in charta, partim in pergam. antiq. In. 4. et 8. fol. 47.

XXX. Preces variae, quae carent principio et fine. In 12. partim ex charta, partim ex pergam. fol. 80.

XXXI. Organum B. Mariae virg. In 4. ex pergam. antiq. fol. 192.

XXXII. Homiliae nonnullae, in fine mutilae. In 4. ex pergam. antiq. foliorum 42.

XXXIII. Institutiones monasticae. In 8. ex pergam. antiq. foliorum 75.

XXXIV. Liturgiae. In 4. ex bombyc. antiq. c. s. 93.

XXXV. Preces ad B. M. Virginem. In 8. ex pergam. antiq. foliorum 109.

XXXVI. Preces variae partim chartac. partim in pergam. antiq. In 12. foliorum 115.

XXXVII. Preces superstitiosae. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 126.

XXXVIII. Evangelium Lucae et Iohannis. In 12. chartac. foliorum 304.

XXXIX. Liturgiae. In 12. ex pergam. antiq. foliorum 90.

XL. Preces variae. In 16. ex bombyc. foliorum 74.

XLI. Rubricae, et preces quotidianae. In 8. chartac. foliorum 20.

XLII. Precationes magicae, seu *zelote tiket.* In 16. ex pergam. antiq. foliorum 165.

XLIII. Laudatio omnium sanctorum, metrice. In 12. bombyc. foliorum 255.

XLIV. Salutationes ad Mariam virginem, et ad Iesum Christum. In 16. chartac. foliorum 91.

XLV. Psalmi, et canticum canticorum. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 205.

XLVI. Historia S. Eustathii monachi aethiopis. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 134.

XLVII. Evangelium Iohannis et apocalypsis. In 12. ex pergam. antiq. foliorum 215.

XLVIII. Doctrina secreta, et martyrium S. Sebastiani, cum aliis. In 16. chartac. foliorum 66.

XLIX. Apocalypsis, et officium B. Virginis. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 130.

L. Z*elote tiket*, sive preces magicae. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 114.

LI. Liturgiae defunctorum. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 47.

LII. Officium B. Virginis. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 70.

LIII. Officium B. Virginis. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 76.

LIV. Apocalypsis, cum officio monastico in fine. In 12. partim ex pergam. partim chartac. antiq. foliorum 235.

LV. Preces magicae. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 110.

LVI. Preces ad B. M. Virginem, partim chartac. partim ex pergam. In 8. foliorum 63.

LVII. Fragmenta ex psalmis, cum precibus in fine. In 4. ex perg. foliorum 49.

LVIII. Preces ad B. Virginem. In 12. ex pergam. antiq. foliorum 54.

LIX. Liber magicus. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 36.

LX. Preces ad appellandum daemonem, cum *zelote tiket*. Deest initium et finis. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 62.

LXI. Computus ecclesiasticus, cum homilia Isaaci, ob excitandum amorem divinum, contemptumque mundi. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 38.

LXII. Salutationes ad B. Virginem. In 12. chartac. foliorum 43.

LXIII. Preces variae, carentes principio et fine. In 16. ex pergam. antiq. foliorum 54.

LXIV. Preces diurnae et nocturnae. In 4. chartac. foliorum 29.

LXV. Confessio turco-arabica, litteris aethiopicis, cum aliis. In 4. et 8. chartac. foliorum 24.

LXVI. Liturgiae. In fol. chartac. foliorum 66.

LXVII. Evangelium S. Iohannis et apocalypsis, ex pergam. foliorum 160. antiq.

LXVIII. Evangelium S. Iohannis et apocalypsis; ex pergam. foliorum 122. antiq.

LXIX. Missale, cum precibus, et aliquot B. Virginis miraculis, et cum parte ritualis; ex pergam. foliorum 139. antiq.

LXX. Psalmi Davidis, cum canticis propheticis veteris et novi testamenti. Item cantica canticorum Salomonis. Item aliquot preces ad B. Virginem per hebdomadam; ex pergam. foliorum 152. antiq.

LXXI. Codex in fol. membraneus splendidissime scriptus, atque in tria latercula dispertitus, foliorum 27; quo continetur *Henochi liber* pseudepigraphus non ita pridem in Aethiopia inventus, atque Oxonii anno 1821. anglice editus a cl. Richardo Laurentio, cuius legenda est dissertatio praevia. Cum codice autem vaticano copulatur italica epistola cl. Fr. Antonii Georgii augustiniani ad Antonellium praesulem, qui deinde cardinalis fuit, in qua de hoc opere iudicium suum exponit. Adnectitur etiam pars multa interpretationis latinae, ab eodem, ut reor, Georgio curatae, usque ad cap. LIV; reliqua enim interpretationis pars excidit. Hic insignis perrarusque codex emptus fuit in publica auctione librorum praedicti cardinalis Antonellii, et bibliothecae vaticanae addictus, ab Angelo Maio bibliothecae eiusdem praefecto.

CODICES SLAVICI*

BIBLIOTHECAE VATICANAE.

CODEX I.

Inter codices manuscriptos hocce volumine contentos, qui multum conferunt ad res Dalmatiae antiquas illustrandas, in primis sese commendat et alta antiquitate et pretiosis linguae slavonicae, seu potius dialecti dalmaticae, reliquiis fragmentum, quod in codice inter latinos vaticanos 7019, sed inter slavicos primo, pag. 97. extat, semifoliis 19. constans, forma scilicet oblonga; dialecto dalmatica antiquiore, charactere latino, in vulgari charta conscriptum; regum Dalmatiae et Crobatiae res gestas, ab anno Christi 538 ad 1079, complectens; ignoti auctoris.

Hoc porro exemplar ex cuiusdam *Papalich* manuscripto, in Craina Marchovichiorum, in dioecesi antibarensi reperto, et crobaticis (vulgo hieronymianis) litteris exarato, *Chaletich* se transcripsisse anno 1545, ipse fidem facit, apposita dalmatice ad calcem manuscripti nota, quae latine ad verbum redditur. " Dominus Dominicus Papalich reperit codicem hunc in Craina „ Marchovichiorum in quodam libro vetustissimo, scriptum charactere chro- „ batico., eumque ad litteram exscripsit: ego vero Hieronymus Chaletich ex „ dictis libris transcripsi anno 1546, die 7. mensis octobris Almissi (nomen „ est oppidi in Craina Marchovichiorum.) Laus Deo „. Circa annum 1191. presbyter Diocleas eandem historiam ex alio exemplari slavico in latinum sermonem vertit; ut videre est in praefatione, quam suae versioni praefixit. Adde, quod fragmentum nostrum res gestas producit usque ad annum 1079. Atque exinde facile coniicitur, versionis etiam huius auctorem (qualecumque tandem nomen illi fuerit) dalmatam certe haud longe post saeculum XI. vixisse: atque ita locum inter slavicos annalium scriptores occupare primum post *Nestorem* illum monachum kioviensem, qui saeculo exeunte undecimo floruit, omniumque iudicio primus fuit, qui annales slavonico idiomate concinnaverit. Verumtamen dolendum est, quod illud exemplar, crobaticis seu glagoliticis litteris exaratum, ex quo nostrum latinis descriptum fuit, omnino e conspectu litteratorum avolaverit: secus, longe plura non tam historiae (in qua exiguae sane esset fidei autographum, aeque atque apographum est, propter anachro-

(*) Accuratum hunc slavicorum codicum et nonnullorum librorum vat. catalogum confecit, me rogante, anno 1820 vir cl. Michaël Bobrowskius in inclyta universitate vilnensi professor, dum in vaticana bibliotheca studiis suis vacaret. Atque hanc ego doctam scripturam, verbis tantum aliquot immutatis, heic colloco, nomenque auctoris tum grati animi tum honoris causa palam facio. [EDITOR.]

nismos, et nominum rerumque mentionem ab aliis scriptoribus fide dignissimis factam, saepe diversam) quam indagando slavonicae linguae genio et antiquitati suppeditaret: quae frustra quaesieris in nostro; praesertim quum et mendis amanuensis scateat, et litteris latinis iisque negligenter pictis, et minime sibi constante scribendi ratione dalmatica, et quandoque male verba seiungendo rem sistens, lectorem de verborum orthographia, radice et significatu incertum, adeoque etiam de vero sensu auctoris expiscando dubium, saepissime reddat.

Chronicon dalmaticum tres interpretes nactum est. Et quidem primum *Diocleam*, cuius versio ad Radoslavi regnum semper ferme persimilis nostro exemplari est, in reliquis ab eo discrepat. Inde facilis fit coniectura, Diocleam exemplari longe diverso a nostro codice usum fuisse in vertendo. Anno 1510. meliore latinitate donavit chronicon illud *Marcus Marulus* patricius spalatensis, magis rerum quam verborum diligens interpres, praefixo titulo *regum Dalmatiae et Crobatiae gesta.* Eius versio in hoc volumine inest pag. 77. Tertia habetur italica, quam *Maurus Orbinus* in opere *il regno degli Slavi* vulgavit. Ceterum qui magis scire cupit, quanti momenti sit in historia hoc chronici dalmatici fragmentum, cuiusque indolis tum textus originalis tum eius versiones, consulat Iohannis Lucii opus *de regno Dalmatiae et Crobatiae*, cui inserta est tam Diocleae quam Maruli versio, et notis historico-criticis illustrata: quod Lucii opus prodiit in lucem Amstaelodami anno 1666 in fol. Quaedam exemplaria habent an. 1668. Francof. (pro Amstaelod.) sed id discrimen versatur tantummodo in mutatione frontispicii a bibliopolis facta. Eadem chronica occurrunt inter scriptores rerum hungaricarum, cura Io. Georgii Schwandtneri editos Lipsiae 1748. in fol. part. I; cui praeterea praefatio de vita et operibus Lucii praefixa non parum iuvabit lectorem. I. S. Assemanus in kalendario ecclesiae universae Romae 1750. edito tom. I. pag. 321—344. errores contra veritatem historicam commissos a chronographis dalmaticis perstringens, plurimum lucis affundit non solum nostro fragmento, sed etiam aliis opusculis mss. quae codice vaticano n. 7019. continentur. Itaque duumvirorum, Lucii videlicet et Assemani, operâ fragmentum chronici dalmatici innotuit reipublicae litterariae ut fons historicus; quum textus eius originalis lucem nondum aspexerit. Denique eiusdem chronici mentionem iniecit celeber Ios. Debrowskius in teotisco libello *Slavin*, Pragae impresso anno 1806. in 8. pag. 379.

II. Codex manuscriptus inter slavicos ab Assemano notatus n. I, novissime vero locum II. inter eosdem codices occupans.

Hic codex slavicus, complectitur Constantini Manassis compendium chronicum, in slavo-serbicam dialectum e graeco conversum: membraneus est, in folio minore, litteris cyrillicis elegantissime exaratus; sine verborum separatione, quae non alibi fit, quam ubi ponitur punctum in fine cuiuslibet sententiae; accentibus, iisque paucis, ad morem Graecorum praeditus; distinctas minio colore habens inscriptiones et notas interpretis; tabulis pictis exornatus; foliorum 205, exceptis duobus tribusve, quae initio desiderantur.

Ad tradendam huius codicis notitiam sufficiet in medium proferre illam, quam eruditissimus I. S. Assemanus in kalendario ecclesiae universae tom. V. pag. 203. et seqq. de eodem concinnavit. " *Extat in bibliotheca „ vaticana codex membraneus in folio, litteris et sermone slavico elegan- „ tissime exaratus, inter slavicos signatus num. I. Continet Constantini Ma- „ nassis compendium chronicum, e graeca in slavicam linguam conver- „ sum, et ab anonymo interprete regi Bulgarorum et Graecorum Io- „ hanni Alexandro nuncupatum, cum figuris imperatorum constantino- „ politanorum, et eiusdem Iohannis Alexandri, atque filiorum, nec non „ rerum, quae in singulis capitibus e sacris litteris narrantur. Incipit „ enim a creatione mundi, et desinit in Nicephoro Botaniata, qui ab „ anno Christi* 1078. *ad* 1080. *imperavit.* Idem porro compendium chroni- „ cum Manassis graece et latine prodiit inter scriptores byzantinos Parisiis anno „ 1688. Qui hunc codicem olim viderat, quum nesciret quid complectere- „ tur, adnotationem huiusmodi ad primam codicis tabulam apposuit: *flos „ chronicorum.* Et infra: *flos omnium chronicorum lingua ruthenica, quae „ comprehenditur sub illyrica.* Et folio primo versa pagina: *iste liber ap- „ pellatur flos omnium chronicorum.* Supra caput imaginis Christi: *Iesus „ Christus.* Sub pedibus imaginis regis: *Iohannes Alexander macedo*; ad „ cuius petitionem iste liber fuit translatus de graeco in slavonicum. Supra „ caput tertiae imaginis: *S. Iohannes Baptista.* Fol. 2. *De morte praedicti „ Alexandri.* Ita anonymus interpres latinus, quisquis is fuerit: piget enim „ reliquas eius latinas adnotationes referre. Nos hic in gratiam lectoris, quid „ quaeque picturae repraesentent, singillatim damus etc. „.

Mox recenset Assemanus cunctas codicis picturas, quarum nonnullas nobis quoque lubet referre, sed tamen eas tantum, quae ad aetatem codicis definiendam aliquid conferre videntur. " Itaque fol. 1. (pergit celeber Assema- „ nus) versa pagina, occurrunt tres imagines. In medio (litteris slavicis, ut „ etiam infra) *Iohannes Alexander*, crucem patriarchalem dextra gestans, „ in capite diadema imperiale: supra caput angelus de caelo descendens, et „ coronam ei imponens, cum epigraphe: *angelus Domini.* A dextris Iesus „ Christus capite radiato in volumine scribens, cum epigraphe: *Iesus Christus „ rex regum et rex aeternus.* A sinistris: *Constantinus Manasses*, capite

„ item radiato, in volumine scribens cum epigraphe: *annalium scriptor Ma-* „ *nasses.* In capite paginae: *Iohannes Alexander in Christo Deo fidelis* „ *rex et monarcha omnium Bulgarorum et Graecorum.* Fol. 2. *Io-* „ *hannes Asen*, Alexandri regis filius, mortuus in feretro iacens: ad pedes „ *angelus*: ad latus *rex* pater, et *regina* mater; ad caput *archiepisco-* „ *pus*, cum *episcopo*, *presbyteris*, et *diaconis*, exequias eius celebrans. „ Supra, *angelus* animam ipsius in caelum ferens. Ibidem versa pagina, *Io-* „ *hannes Asen* in caelum translatus, inter sanctos et angelos, a Christo Domino „ in cathedra sedente, manu manum apprehendente, clementer excipitur „ etc. Fol. 205. Bulgarorum reges, *Iohannes Alexander* pater cum fi- „ liis; a dextris quidem, *Iohannes Asen* ab angelo in tutelam receptus: „ a sinistris autem, *Iohannes Strascimirus* et *Michaël.* Supra caput *Ie-* „ *sus Christus* extensis brachiis regiam familiam protegens. Inscriptiones: *Io-* „ *hannes Alexander rex. Iohannes Asen rex. Angelus Domini. Iohannes* „ *Strascimirus rex. Michaël rex.*

„ Iam vero ex pictis huiuscemodi imaginibus perspicuum fit primo, sla- „ vicum istum vaticanum codicem circa annum 1350, quo *Iohannes Alexan-* „ *der* Bulgarorum rex vivebat, exaratum fuisse. Secundo patet, *Alexandrum* „ Strascimiri filium, qui post Michaëlem Bulgaris ab anno 1330. praefuit, „ *Iohannis* praenomen gessisse, quum genus scilicet suum ad *Iohannem Asa-* „ *nem*, qui sub Innocentio III. papa Bulgarorum et Blacorum regem sese in- „ scribebat, referre gestiret. Tertio constat, eidem Iohanni Alexandro tres „ tantummodo filios fuisse, nimirum *Iohannem Asanem*, qui adolescens „ obiit, *Iohannem Strascimirum*, *et Michaëlem.* „ Hactenus ex Assemano.

His adiicere licebit quaedam de fructu ex pictis tabulis percipiendo, de versionis indole, utilitate, atque usu critico. Igitur in primis monendum est, tabulas has, quamquam rudi arte pictas et vetustatae iam attritas, quum tamen repraesentent saeculi XIV. morem atque consuetudines, quae fuerint in vestibus, impedimentis bellicis, domi et belli Bulgaris, Graecis, Tartaris, ac Russis, a pictoribus minime esse contemnendas. Quod spectat ad indolem versionis slavicae, ea scilicet est dialectus *slavo-serbica*, quam Serbi in patria loquebantur; praesertim quum ea proxime accedat ad codices manuscriptos bibliorum recensionis danubianae, et ad libros liturgicos usui Serborum Bulgarorumque inservientes, qui non excedunt saeculum XIII. Hinc elucescit, versionis huius auctorem aut bulgarum aut serbum fuisse, eumque circa saeculum XIV, aut paulo post, floruisse; quod coniectare etiam ex tabulis pictis licet. Porro interpres, aeque ac alii, qui vertendis de graeco in slavonicum idioma libris occupati fuerunt, adeo fidelis fuit, ut et verbum verbo reddere conatus fuerit, et verborum ordinem ac phrasium vim, et compositarum vocum analogiam, ut verbo absolvam, totius Graeci sermonis indolem et nativum co-

lorem ubique servare sibi duxerit religioni: de suo vero penu nihil addiderit, nisi quod rerum summa capita ex divinis paginis hausta, et imperatorum byzantinorum, quorum gesta in chronico narrantur, nomina inscripserit: praeterea adiecerit idemtidem notas alicuius momenti in Bulgarorum historia; quibus tamen omnibus rubro colore notatis, lectorem voluit reddere cautum, ne eas cum textu confunderet. Iamvero ex versionis indole patet, codicem nostrum haud exigui esse usus critici; praecipue vero utilitatem magnam praestare posse in locupletanda Slavorum lingua novis vocibus, phrasibus, locutionibusque poëticis, earumque compositione et structura ad graecam accommodata. Ad criticen autem quod adtinet, hoc monuisse sufficiet, interpretem scilicet in vertendo usum fuisse codice graeco optimae notae, cuius meliores conservavit variantes lectiones, quae scilicet in editione chronici Manassis mauriciana recensentur, a criticis ex aliis manuscriptis collectae, ita ut ad codicem ms. Leonis Allatii, atque ad primum parisiacum, magis quam ad textum editum versionemque et secundum codicem regiae parisiensis bibliothecae, accedere videatur.

III. Codex vetustissimus, membraneus, in quarto, exaratus litteris glagoliticis, saeculo saltem decimo tertio.

Est liber lingua slavica litterali scriptus, qui dicitur *evangeliarium*; continet enim *lectiones evangelicas* per anni decursum, iuxta ritum ecclesiae slavo-graecae, a *dominica resurrectionis* usque ad *sabbathum sanctum*, ordine in typico Graecorum diebus dominicis et sabbathis praescripto. Incipit ab evangelio S. Iohannis fol. 1. ad fol. 112. Mox sequitur *kalendarium sanctorum* a mense *septembri* ad finem *augusti*, in quo *lectiones evangelicae* diebus festis accommodatae inveniuntur, ad fol. 154. Tum lectiones in dominicis ad matutinum ad fol. 158, denique in communi sanctorum. In ultimo folio praescribitur sacerdotibus modus praeparandi se ad missam rite celebrandam: et quaedam alia inveniuntur, quae utpote usu et antiquitate nimis attrita, lectu difficilia sunt, eaque non integra, deficiente uno alterove folio. Fol. 1. legitur, codicem pertinuisse ad I. S. Assemannm. Et revera vir ille doctissimus, in monte Libano legationis munere functus, in Italiam reversurus hunc codicem comparavit a monachis slavo-graecis, Hierosolymis commorantibus, ut narrat eruditissimus Caramanus in opere quod inscribitur: *identità della lingua letterale slava* etc. §. 95.

Profecto nullus eorum, quos hucusque vidi, codicum glagoliticorum, par huic antiquitate esse videtur; tamen nullo modo possum assentiri Caramano l. c. asserenti, eius codicis scriptorem vel aetate Suidae vixisse vel eidem praecessisse. Non enim satis firma argumenta affert vir doctus, quibus mihi tam

remotam codicis slavici antiquitatem persuadeat. Nam quod vocalium in vocibus slavicis defectum littera, quae in alphabeto cyrillico et hieronymiano *ier* dicitur, plerumque supplet, et ideo in earundem pronunciatione stridorem quemdam auget, id proprium est omnibus codicibus slavicis recensionis danubianae vel recentissimis; ac proinde nihil aliud probat, quam quod codex ille ad familiam eiusdem recensionis pertineat. Ex forma litterarum glagoliticarum rudiore, aliena a manuscriptis glagoliticis hactenus notis, argumentum petitum facit quidem pro codicis antiquitate, non ita tamen ut sufficiat ad adscribendam tam spatiosam codici aetatem. A menologio absunt dies fastorum, quae in recentioribus commemorantur codicibus: sed textus evangeliorum slavicorum proxime accedit ad textum recensionis antiquissimae editum; quod tanti ponderis est, ut codex seculo XIII. antiquior esse nequeat. Illud singulare in nostro codice velim animadvertas, eum licet scriptus sit charactere glagolitico seu hieronymiano, quo uti solent Slavi in exarandis libris liturgicis ritus slavo-latini, tamen in hunc ordinem et modum redactum esse quo sunt comparati codices slavici, charactere cyrillico scripti ad usum ecclesiae slavo-graecae. Codex optimae notae est; ideoque plurimum prodesse potest textui evangeliorum slavico ad pristinum statum revocando. (Post fol. 49. est lacuna; excidit enim unum folium. Item folium 78. folio 79. postponendum est; nec non folium 80. post 82. collocandum.)

IV. Codex membraneus in fol. nitide scriptus saeculo, ni fallor, tertio decimo, constans foliis 275, in fine mutilus.

Est *evangeliarium* (aeque atque codex glagoliticus num. III. signatus): charactere cyrillico exaratum in duobus laterculis, habetque textum recensionis danubianae antiquioris ad recentiorem interdum refictae. Eius descriptionem uberiorem dedit I. S. Assemanus in kalendario ecclesiae univ. tom. I. pag. 109. quam heic recitare sufficiet. " Codex manuscriptus in membranis vetustissimus, „ signatus num. I. Continet folia scripta 275, quorum unum aut alterum in „ fine desideratur. Sunt autem *lectiones evangelicae* per anni circulum „ iuxta ritum ecclesiae slavo-graecae, a dominica paschatis resurrectionis, „ usque ad sabbatum sanctum, ordine in typico Graecorum inque menaeis prae- „ scripto, a fol. 1. ad fol. 235. Subiungitur kalendarium sanctorum a mense „ septembri ad finem augusti, a fol. 236. ad fol. 271. Demum evangelia quae- „ dam in quibusdam dominicis et festis legenda, a fol. 271. ad fol. 275. Codex, „ ut videtur, exaratus fuit saeculo undecimo, quum ea tantum in ipso festa „ sanctorum occurrant, quae illud saeculum antecessere, uti ex catalogo seu „ kalendario mox patebit. Porro lectionum ordo hic est: a fol. 1. ad fol. 33. „ ex evangelio Iohannis, dominicae septem cum suis feriis, a prima dominica

„ resurrectionis, ad eam dominicam in qua fit commemoratio patrum nicaeno-„ rum, quaeque pentecosten antecedit. Fol. 34. ad 36. ex evangelio Matthaei, „ dominica pentecostes cum sequentibus feriis. Fol. 37. ad 73. item ex Mat-„ thaeo, dominicae undecim post pentecosten cum suis feriis. Fol. 73. ad 96. „ dominicae sex, id est a XII. post pentecosten ad XVII. cum suis feriis, „ ex Marco. Fol. 97. ad 178. dominicae XIX. cum suis feriis, a prima do-„ minica post festum crucis, usque ad dominicam primam ieiunii quadra-„ gesimalis, ex evangelio Lucae. Fol. 179. ad 186. dominicae quinque cum suis „ sabbathis, a dominica I. ieiunii usque ad sabbathum, quod dominicam pal-„ marum antecedit. Fol. 187. ad 235. a dominica palmarum usque ad sabba-„ thum sanctum, ubi evangelia XII. in feria VI. de passione Domini, et e-„ vangelia XI. de resurrectione Christi. „ Hactenus ex Assemano. In definienda aetate recessi a sententia Assemani, propterea quod lectiones mediae recensionis codex hic habet.

V. Codex bombyc. in folio, scriptus fortasse saeculo XIV, constans chartis 238.

Est tetraëvangelion, quod ita describit I. S. Assemanus in kalend. eccl. univ. tom. I. pag. 111. " Ruthenicus codex, saeculo, ut videtur, tertio decimo „ exaratus in folio bombycino; olim in vaticanam bibliothecam anno Christi „ 1543. illatus, uti in postremo eius folio adnotatur. Signatur inter vaticanos „ ruthenicos num. II. Continet autem folia scripta 238: non tamen lectiones „ evangelicas per anni circulum recitandas instar prioris codicis complectitur, „ sed integer est quatuor sanctorum evangeliorum codex, hoc ordine disposi-„ tus. Fol. 1. index capitum LXVIII. Matthaei. Fol. 2. Theophylacti archie-„ piscopi Bulgariae praefatio in Matthaeum. Fol. 5. evangelium Matthaei. Fol. „ 68. index capitum XLVIII. Marci. Fol. 69. praefatio in Marcum. Fol. 71. „ evangelium Marci. Fol. 113. index capitum LXXXIII. Lucae. Fol. 115. prae-„ fatio in Lucam. Fol. 116. evangelium Lucae. Fol. 180. index capitum „ XVIII. Iohannis. Fol. 180. praefatio in Iohannem. Fol. 182. evangelium Io-„ hannis. Tum. fol. 231. evangeliis subiungitur kalendarium sanctorum, in-„ scriptum *sobornik BI mesezam*, id est *collectio duodecim mensium*; qua „ in collectione, non aliter ac in priore codice, sanctorum cuiuslibet mensis „ nomina recensentur, nec non indicantur evangelicae lectiones, quae eo die „ sunt praelegendae. „ Hactenus Assemanus. Codex iste videbatur mihi paulo recentioris temporis, quam existimabat eruditissimus Assemanus. Nam plura legit, quae nonnisi in textu edito mediae recensionis inveniuntur. Scriptum fuisse in Bulgaria aut Bosnia, ex mutatione vocalium, et ex lingua a puro slavonismo deflectente, colligitur.

VI. Codex chartaceus in folio, mendis scatens, scriptus saeculo XVI, constans chartis 385.

Est ruthenicum evangeliarium, ita videlicet dispositum, ut codices slavici num. III. et IV. signati. Fol. 1. legitur: *codex iste pertinebat ad bibliothecam serenissimae Svecorum reginae.* Inde colligitur, eum ex septentrionalibus Europae partibus allatum fuisse; ideoque ad recensionem codicum moscoviticorum, eamque recentiorem pertinere. Id eo certius adfirmari potest, quod eius textus ad posteriorem editorum recensionem proxime accedit.

VII. Codex bombyc. in 8. maiore, scriptus, ut videtur, saeculo XV, constans chartis octo.

Fragmentum hoc continet partem evangelii divi Lucae a cap. X. vers. 1. ad cap. XI. vers. 41. Diligenter scriptus fuit hic textus in aliqua regione ad Danubium, et quidem tunc temporis, quum iam systema punctuationis in libris slavicis ad normam graecorum perfectum fuisset; exscriptusque fuit e codice optimae notae. Pagina 1. signata num. 49. et sequentes indicio sunt, chartas priores a manuscripto, quod integrum evangelium Lucae habebat, omnino avulsas fuisse.

VIII. Codex membraneus in 16, saeculi fortasse XVI, constans foliis 150, in medio mutilus.

Hic libellus continet psalterium cum canticis, quae etiam in codicibus graecis psalterio adduntur: item preces ante et post sacram synaxim, hymnumque acathistum, seu laudes beatae Mariae. In fine paschalia Damasceni sunt. Conscriptus est codex sermone slavico litterali, deductusque ex codice antiquissimae et optimae notae eo tempore, quo libri veteris testamenti slavici in versus dividebantur: quilibet enim versus a capite incipit. Singularis est forma litterarum, quam ex breviato cyrillico charactere refictam esse, neminem fugerit, quicumque ad id animum intenderit.

IX. Codex bombyc. scriptus fortasse saeculo XII, in forma voluminis, mutilus.

Et forma codicis huius, et litterae cyrillicae unciales, et scribendi vocabula sine separatione eaque interpungendi ratio antiquissima, et sermonis slavici puritas, remotissimam aetatem demonstrant. Complectitur liturgiam divi Iohannis chrysostomi, mutilam initio et fine, etiam in quibusdam locis ex in-

stituto imperfectam, prout usus postulabat presbyteri, missam in ecclesia slavo-graeca simul cum aliis celebrantis, in cuius gratiam scriptus esse videtur. Initio deficit usque ad orationem, quae secundum antiphonon subsequitur. In fine abrumpitur in iis verbis, quae sacerdos cantat ad lavandas manus accessurus. In re critica magni faciendum hoc fragmentum.

X. Codex chartaceus, in octavo minore, saeculi incerti, initio, medio, et fine mutilus, foliorum 63.

Est fragmentum breviarii, seu potius horologii, quo Slavi ritus graeci in liturgiis uti solent. Exorditur ab officio vespertino, cuius primae paginae a manu posteriore cuiusdam bulgari, linguae slavicae ignari, scriptae sunt; desinitque in tropariis dierum dominicorum; et quidem in verbis, *sanctus*, *sanctus*, *sanctus Dominus*, quae insunt tropario quod cani solet diebus dominicis in matutino. Textus ad dialectum slavo-serbicam refictus cernitur.

XI. Primo intuitu huius folii membranei, charactere glagolitico exarati, dixeris esse quoddam diploma: sed re paulo accuratius considerata, nihil aliud reperies, quam formulas ex rituali selectas, quae contra obsessos a daemonibus praescribi solent, et hocce modo dispositas a nescio quo contra malorum angelorum insidias, et mala physica. Est igitur amuletum quoddam.

XII. Codex chartaceus, in 4. post saeculum XV. charactere cyrillico scriptus, et ex pluribus manuscriptis in unum compactus.

Continet miscellanea, res scilicet varias ad historiam ecclesiae slavograecae pertinentes. 1. De concilio florentino, deque rebus gestis post id concilium; nec non de Theodoro metropolita; excerpta ex chronicis moscoviticis, pag. 1. 2. Mense maio, 9. die, sermo de translatione corporis sancti patris nostri Nicolai ex civitate myrensi Barium; exceptus ex synaxariis slavicis, pag. 14. 3. Epistola Isidori cardinalis, metropolitae kioviensis, galiciensis, et totius Russiae, missa ad Starostam cholmensem anno 1440, 27. iulii, pag. 18. 4. Legatio ad pontificem romanum Sixtum IV. a clero, principibus, et optimatibus ruthenis, Vilnà anno 1446, mense martio, 14. die, pag. 23. 5. Adhuc de concilio florentino (qui est liber clerici ostrogiensis) pag. 55. 6. Mense februario, 14. die, vita beati doctoris nostri Cyrilli, philosophi, primi apostoli, litterarum slavicarum inventoris. pag. 82. 7. Mense iunio, 24. die, sanctorum martyrum Borisi et Hlibi, in baptismo dictorum Romani et Davidis: officium nempe de hisce SS. martyribus, pag. 106. 8. Gregorii Russorum archiep. panegyricus in SS. aposto-

lorum principes Petrum et Paulum. pag. 18. Hactenus scripta sunt sermone slavico, qui vulgaris est in Russia: cetera, quae sequuntur, latine scripta invenies, et quidem 9. Privilegium Vladislai regis Poloniae Ruthenis unitis datum anno 1443, feria sexta ante dominicam *oculi*, pag. 136. 10. Niphonis patriarchae constantinopolitani epistola data ad Iosephum Frit comministrum metropolitae kioviensis pro Slavis ritus graeci in regno Poloniae, pag. 139.

XIII. Codex chartac. in 8. mai. saeculi incerti, in fine mutilus, foliorum 197.

Continet psalmos; quibus in fine adduntur de more graecorum codicum psalmus 151. apocryphus, cantica Mosis duo, Annae, Habacuc, Isaiae, Ionae, Azariae, Deiparae, et patris Iohannis Baptistae; ac demum troparia quae sabbatho et diebus dominicis in matutino cantari solent; itemque troparia et officium in festo resurrectionis Christi, cuius finis desideratur. Scriptus est codex charactere cyrillico, dialecto slavica litterali, recensionis danubianae.

XIV. Missale slavicum, litteris bonis, in membrana.

XV. Psalterium slavicum, in charta.

XVI. Osmani poëma sermone illyrico, in charta.

XVII. Christiados poëma sermone illyrico, in charta.

XVIII. Christiados poëma sermone illyrico, litteris serbianis in charta.

LIBRI SLAVICI IMPRESSI VATICANI.

Pro ratione triplicis characteris, videlicet glagolitici, cyrillici, et latini, quo libri slavici imprimi solent, in tres item partes eorundem librorum catalogus dividi commode potest.

I. Libri slavici charactere glagolitico seu hieronymiano impressi.

1. Missale illyricum anno 1483. in folio; editio princeps, liber stupendae raritatis. 2. Eiusdem alterum exemplar ob singularem varietatem conservandum. 3. Missale illyricum, Fluvii 1531. in 4. 4. Missae pro defunctis, Romae. 1767. in 4. m. 5. Breviarium romanum, Romae 1683. in 4. 6. Breviarii fragmentum continens officia communia sanctorum, in 8. mai. 7. Cosicich Simeonis vitae romanorum Pontificum et Imperatorum, Fluvii 1531. in 4. 8. Levacovich Raphaëlis Azbukvidaruim, id est alphabetum slavum, Romae 1629. in 8. 9. Levacovich Raphaëlis compendium doctrinae christianae, Romae 1627. in 12. 10. Levacovich Raphaëlis, directio sacerdotum, Romae 1635. in 8, exemplaria 2. 11. Antonii dalmatici, Stephani istriani, et Truberi isrimi, confessio augustana, Tubingae 1562. in 4.

II. Libri slavici charactere cyrillico impressi.

1. Triodion quadragesimale, Venetiis 1561. in fol. editio princeps. 2. Horologium, Venetiis 1566. in 8, editio princeps. 3. Budinei Simeonis, compendium doctrinae christianae, Romae 1583. in 4. exemplaria 4. 4. Antonii dalmatici et Stephani istriani interpretum, catechismus non sine erroribus, Tubingae 1561. in 8. 5. Officium, Venetiis 1571. in 8. 6. Apologia concilii florentini, Vilnae 1604. in 4. 7. Divkovich Matthaei, doctrina christiana, Venetiis 1611. in 8. 8. Privilegia petropolitanae academiae, Petropoli 1765. in 4. mai.

III. Libri slavici charactere latino, qui etiam typographis italice dicitur *schiavetto*, impressi.

1. Comulovich Alexandri doctrina christiana, Romae 1582. in 8. Eiusdem alia exemplaria. 2. Compendium doctrinae christianae, Romae 1603. in 8. 3. Doctrina christiana, Romae 1661. in 12. editio correctior. 4. Radovcich Petri, de arte bene moriendi, Romae 1657. in 8. 5. Verancii Fausti, vitae SS. virginum, Romae 1606. in 4. 6. Palmottae Iunii Christiados poëma, Romae 1670. in 4. 7. Paetkowski Gasparis, sacrosanctum concilium florentinum, Cracoviae 1609. in 4. 8. Rituale ecclesiasticum lutheranum, sine frontispicio, in 4.

CODICES INDICI

BIBLIOTHECAE VATICANAE.

I. Liber exodi, malaice. II. Psalterium Davidis rithmo malaico. III. Evangelium Matthaei, malaice. IV. Ius maritimum, secundum constitutiones regis Malacorum sultani Mahmud. V. Historia regis siamensis Razia Bisfa Wirazia, et coniugis eius reginae Poutri Comala Hisma; malaice. VI. Lexicon malaico-belgicum. VII. Lexicon malaicum cum grammatica. VIII. Lexicon sanscriticum, dictum *namalinga neosiasianam*. IX. Lexicon iavano-belgicum. X. Kalendarium iavanum; et aliud arabicum. XI. Linguae iavanae rudimenta. Supradicti plerique codices fuerunt Hadriani Relandi. XII. Linguae malabarico-grandonicae seu samoscardamicae elementa. XII. Linguae praedictae item elementa. Uterque codex pertinuit ad coenobium urbanum S. Pancratii Carmelitarum excalceatorum. XIV. Linguae malabricae rudimenta. XV. Lexici malabarici pars I. XVI. Lexici malabarici pars II. XVII. Lexicon malabarico-lusitanum. XVIII. Concilium Diamperense in India orientali, ob reformandam S. Thomae ecclesiam celebratum ab Alexio Menezio ord. S. Augustini archiepiscopo goëensi anno 1599; sermone et litteris malabaricis; cuius latina interpretatio extat in bibliotheca angelica ord. S. Augustini Romae. Pertinuit autem noster codex ad urbanum coenobium S. Pancratii. XIX. Vitae sanctorum lingua tamulica, in philyris. XX. Sanakeae philosophi indici morales sententiae lingua sanscritica. Codicem hunc bibliothecae vaticanae nuper donavit vir grato cum animo commemorandus Nicolaus Cephala zacynthius, qui eundem acceperat anno 1824. in urbe Banares a celebri brackmane Gaianoung. Idem Cephala has sententias italico idiomate imprimendas typis Romae curavit. Denique supersunt duo breves codices sanscritici, nempe XXI et XXII, quorum uterque fuit Petri a Valle; sed neutrius descriptionem reperi.

II. Codices sinici, ipsis Sinensium litteris scripti, perpauci in bibliotheca vaticana sunt: nam illos, qui vel de rebus sinicis latine agunt, vel Sinensium scripta nonnisi latine exhibent, omittendos interim censeo; quandoquidem ad seriem codicum orientalium, vel certe orientalibus linguis loquentium, nequaquam pertinent. Ergo in sinicis magis proprie dictis ponendum est I. Monumentum christianum anno Christi 1625. apud Sinenses inventum (cuius latinam quoque interpretationem et illustrationem a Claudio Visdelou episcopo claudiopolitano curatam habemus) in amplissima tela pictum, tuboque inclusum. De re legendus est prae ceteris eloquentissimus Daniel Bartolus in sini-

ca Iesuitarum historia. II. Liber splendidus, aureis litteris sinicis exaratus, quo continentur preces ad idola. III. Grammatica et lexicon sinico-italico-latinum, auctore Fr. Carolo Horat. de Castorano franciscano. IV. Eiusdem grammaticae et lexici aliud exemplar. V. Concordia cycli seu computi imperii sinici, cum cyclo seu computo vel aera christiana; auctore eodem Fr. Carolo de Castorano. VI. Aliud exemplar grammaticae sinicae eiusdem Fr. Caroli de Castorano, qui deinde ibidem subtexuit ad suum usum lexicon sinicum P. Basilii de Glemona. VII. Aliud lexicon sinico-hispanicum. VIII. P. Basilii de Glemona franciscani, lexicon sinico-latinum in charta sinica, cum eiusdem auctoris praefatiuncula. Hoc videlicet apprime usus est vir cl. Guinius ad sinicum lexicon, immutata tamen methodo, adornandum; quod ingentis molis volumen Parisiis anno 1813. lucem aspexit. IX. Eiusdem lexici glemoniani aliud exemplar in charta europaea anno 1726. scriptum, cum praevia de huius lexici usu dissertatione Matthaei Ripae missionarii, iussu Clementis XII. scripta. Hunc ipsum codicem Parisiis vidit, deque eo loquitur vir cl. Klaprothus in supplem. ad sinicum Guinii lexicon p. 9. X. Supradicti lexici amplus index, secundum claves dispositus, ab eodem P. Glemona, in charta sinica.

CODICES COPTICI
BIBLIOTHECAE VATICANAE.

CODEX I.

Codex in fol. membraneus foliorum 279, partim copticis partim arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, ex Aegypto, Iosephi Simonii Assemani opera, in bibliothecam vaticanam anno Christi 1717. inlatus, et in catalogo codicum copticorum ad calcem tomi I. bibliothecae orient. eiusdem num. I. signatus; quo continetur.

Pentateuchus Mosis, e graeca lingua in copticam, sive aegyptiacam veterem, conversus, adiuncta e regione interpretatione arabica, quae copticae adamussim respondet, quaeque plerisque Coptitarum libris, qui ecclesiarum usui inserviunt, adnecti solet, ut hi a viris ecclesiasticis facilius intelligi possint; quum coptica lingua, etsi characteribus graecis expressa, iam a mille circiter annis, scilicet post occupatam ab Arabibus Aegyptum vulgaris ac familiaris esse desierit, et nonnisi perpaucis ex sola librorum lectione, eorumque cum arabicis translationibus collatione sit cognita. Coptica autem interpretatio tam veteris quam novi testamenti vetustissima est, et cum graeca septuaginta interpretum concordans.

Eius auctores, quantum ex martyrologio arabico Coptitarum, quod ante annos 400. exaratum, in bibliotheca urbani collegii Maronitarum adservatur, colligere licuit, fuerunt anachoretae illi sanctissimi, qui aegyptiacas solitudines, circa annum Christi 336. incolebant; quo tempore, teste Nicephoro, studium sacrarum litterarum in Thebaide, et per totam Aegyptum quam maxime florebat. Quod etiam ex hisce laudati martyrologii verbis, quae in prima prolusione mensis thoth (septembris) leguntur, manifestum fit: "praecipuam eius temporis monachorum occupationem „ fuisse sacra biblia e graeca, chaldaica seu syriaca, et hebraica in linguam suam, „ copticam nimirum, transferre.„ Vide catalogum nostrum mediceum laurentiano-palatinum pag. 54. Nec non cl. Le-Longium bibliothecae sacrae tom. I. pag. 40, ubi de lingua et bibliis copticis, seu aegyptiacis, eorumque arabicis interpretationibus doctissime agit. Tituli sacrorum librorum, et initia capitum picturis arabicis circum ornata sunt: in margine variae arabicae versionis lectiones coniectae; in fine vero summa commatum, sive versiculorum, quibus singuli libri constant, adnutata.

Porro *genesis* incipit fol. 1. In eius fine fol. 66. extat imago deiparae Virginis, Christum infantem in brachio sinistro gestantis; rudi tamen ac recenti penicillo super epigraphe librarii delineata; ubi fortasse tempus notabatur, quo hic codex fuit descriptus. *Exodus* incipit fol. 66. a terg. Circa eius medium, folio 97. a terg., occurrit imago Mosis prophetae excalceati apud rubum flam-

meum stantis, et manu dextera, Coptitarum seu Graecorum more, benedicentis; sinistra vero tabulam hisce verbis inscriptam gerentis: *ecce rubus flammis plenus*. Fol. autem 121. in eiusdem exodi clausula habetur icon sanctissimae crucis; circum quam haec leguntur graece: *Iesus Christus vincit*. Fol. 121. a terg. incipit *leviticus*. Fol. 166. a terg. incipiunt *numeri*. Fol. 225. a terg. incipit *deuteronomium*. Ad calcem vero, fol. 276. haec arabice adnotata reperies. " In nomine Dei creatoris, vivi, rationalis, antiqui, aeterni, „ cui omnes gloriae et laudes. Hic est codex sacrosanctae legis, traditae prophe- „ tae Dei Mosi, quocum pax; et complectitur quinque libros, qui CXLII. sectio- „ nibus absolvuntur, in quibus centum octoginta sex dicta. Liber primus *geneseos* „ habet XLVII. sectiones. Liber secundus *exodi*, ubi de exitu Israëlitarum ab Ae- „ gypto, XXVII. sectiones, et LXXVIII. dicta. Liber tertius *levitici*, ubi de qua- „ litate hostiarum et victimarum pro peccatis, sectiones XVI, et dicta XXXVII. „ Liber quartus *numerorum*, in quo de nominibus filiorum Israëlis, eorumque, „ uti et annorum ac festorum, numero etc. sectiones XXXV, dicta LXVI. Li- „ ber quintus *deuteronomii*, ubi de praeceptis et institutis ante memoratis; et est „ complementum sacrosanctae legis; complectitur sectiones XVIII, dicta vero quin- „ que. Et laus Domino gloriae semper, et super nos misericordia eius in aeternum.

Is codex, quem non immerito ad decimum Christi saeculum referas, si quidem versionem arabicam excipias recentius additam, scriptus est a quodam *Salomone Babylon*; ut haec ostendit epigraphe, quae fol. 166. ad calcem levitici coniecta est. " Benedicite mihi minimo, iniquo, et peccatori Salomoni Babylon cal- „ ligrapho. Mementote, quaeso, mei, ut Deus mihi dimittat peccata mea, et om- „ nes iniquitates meas; quoniam scripsi pro viribus meis, et secundum intelligen- „ tiam meam, et rationem scribendi. Et qui mei meminerit, ut requiescam, Deus „ meminerit illius in regno suo. Amen, fiat.

II.

Codex in fol. bombyc. foliorum 159, partim copticis partim arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; ex Aegypto, Hieronymi Vecchietti opera, anno 1594. Romam delatus, et a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae anno 1614. ex testamento addictus; inter codices copticos vaticanos olim numero VII. notatus; quo continetur.

Pentateuchi Mosis tomus primus, *genesim* et *exodum* sistens, e graeca lingua in copticam conversos, adiuncta e regione interpretatione arabica, cuius variae lectiones in margine passim adnotantur. Tituli capitum, una cum punctis, auro et minio distincti: in clausula utriusque sacri libri maioribus copticis litteris descripta summa commatum, sive versiculorum, qui iisdem libris comprehenduntur. Initio praefigitur Matthaei alexandrini Coptitarum patriarchae de hocce pentateucho iudicium, arabice, his verbis: " Ego humilis Matthaeus „ servus Iesu Christi, minister sedis Marci, perlegi hunc sacrum librum, et in

„ textu coptico quaedam deprehendi errata, quae ex incuria calligraphi obrepserunt, qui fortasse ipsum, postquam scripserat, non recognovit. Hoc quidem mihi „ visum est de praedicto exemplari. Verum quae in eo offendi, errata pauca sunt; „ et necesse est, ut ad aliud correctius exemplar conferatur. Qui vero id curaturus est, cautissimus et accuratissimus esse debet. Deus ei retribuet mercedem „ laboris. Amen, fiat. Scripta haec sunt die 3. mensis chiach (decembris) anno „ 1115. sanctorum martyrum (Christi 1399.) Deus det nobis benedictionem precum illorum. Amen „. Is Matthaeus in serie patriarcharum coptitarum octogesimus septimus recensetur: sedit annos 23, obiitque anno Christi 1405, teste chronico orientali, in corpore historiae byzantinae tom. XVI. pag. 155. Consequitur icon crucis eum hac inscriptione graeca: *Iesus Christus vincit.*

Genesis incipit fol. 1. In eius fine fol. 85. a terg. haec a calligrapho adnotantur. " Benedicite mihi, patres mei, qui legitis hunc librum. Vos etiam atque etiam „ rogo, ut recordemini mei in vestris precibus: et vobis erit merces pro laboribus „ vestris apud Deum benignum. Amen, nonagies novem amen.„ *Exodus* incipit fol. 88. In eius fine fol. 158. hac ab eodem librario adiecta leguntur. " Per benignitatem tuam, mi Deus, memento mei servi tui pauperis et miseri Gabrielis „ monachi, in regno tuo; quoniam misericordia tua manet in aeternum, et in „ saeculum saeculi. Amen „. Adnectitur folium unum chartaceum, exhibens fragmentum arabicum capitis ultimi libri I. paralipomenon; ubi de impensis templi hierosolymitani a Davide rege praeparatis.

Is codex, quem ante annum Christi 1399. descriptum fuisse, docet iudicium Matthaei patriarchae, quod supra protulimus, pertinuit olim ad ecclesiam deiparae Virginis in vico Zoailae urbis Cahirae; ut ex hac epigraphe liquet, quae fol. 158. a terg. legitur." Domine salus. (Formulam hanc soli patriarchae coptitae scriptis suis praefigere „ solent.) Perpetuo dicatus, aeternumque legatus est hic liber ecclesiae dominae nostrae Matronae in vico magno Zoailae. Quisquis autem illum sibi usurpaverit, iu- „ dicetur a Domino, cui laus. Iste enim liber opera defuncti Gabrielis filii Phanus „ conscriptus est; ut quum opus fuerit, legatur in eo. Caveto, atque etiam caveto, a transgressione; et super filios obedientiae descendat benedictio. Deo gratias. Scripta haec sunt die 23. mensis mesori (augusti) benedicti, anno SS. martyrum 1302. (Christi 1586.) „ Eandem omnino epigraphen in duobus, qui sequuntur, codicibus repetitam invenies. Eo autem anno alexandrinum Coptitarum patriarchatum gerebat Iohannes Monfalutensis, in serie patriarcharum nonagesimus sextus, qui proinde suprascriptae epigraphes auctor censendus est. Ad eum Gregorius XIII. per Iohannem Baptistam Raymundum litteras misit; uti testatur Gabriel Cahirensis eius successor in epistola ad Clementem VIII. data die 16. mensis athur, anno martyrum 1310, hoc est die 22. novembris anno Christi 1593, in qua romanae Sedis primatum agnoscit, et orthodoxam fidem profitetur; ut videre est apud Baronium, in calce tomi VI. annalium, ubi eadem epistola latine exhibetur.

Porro ab insigni persequutione diocletianaea, quae tot martyres caelo inseruit, suam Coptitae ducunt epocham, nempe martyrum, quae aliter aera Aegyp-

tiorum, seu Coptitarum, vocatur; quia soli Aegyptii ea uti iampridem consueverunt: quam consuetudinem servant adhuc Coptitae iacobitae: ab Aegyptiis autem Aethiopes acceperunt, qui illam *gratiae aeram* appellant. Eius initium arcessiverunt ab anno primo imperii Diocletiani, qui in annum Alexandri Graecorum 595, Christi 284, incidit; ut tradit Gregorius Abulpharagius in historia dynastiarum: et plane demonstrant bollandianae continuationis auctores. Ideoque, si memorato anno martyrum 1302. annos 284. adiicias, annum habebis aerae christianae vulgaris 1586, quo pentateuchus noster ecclesiae deiparae Virginis in vico Zoailae fuit addictus.

III.

Codex antiquus in fol. bombyc. foliorum 123, partim copticis partim arabicis litteris et sermone, eadem, qua superior codex, manu exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae ex testamento addictos, num. VIII. signatus; quo continetur.

Pentateuchi Mosis tomus alter, *leviticum et numeros* complectens, e graeca lingua in copticam conversos, adiuncta e regione interpretatione arabica, additaque in utriusque libri calce summa commatum, quibus iidem absolvuntur. Tituli librorum, uti et initiales commatum litterae, una cum punctis, cinnabari distincti sunt. *Leviticus* incipit fol. 1. a terg. In eius clausula fol. 55. haec a calligrapho adnotata reperies. " Domine mi Iesu Christe, fili Dei vivi, ignosce „ mihi minimo, infirmo, peccatori, mendico, Gabrieli monacho scriptori; et „ memento mei in regno tuo. Qui vero meminerit mei, tu Domine memento etiam illius in regno tuo, secundum miserationes tuas, et clementiam tuam; „ quoniam misericordia tua manet in aeternum. Amen, fiat. „ *Numeri* incipiunt fol. 55. a terg.

IV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 60, partim copticis partim arabicis litteris et sermone, eadem, qua praecedentes duo codices, manu exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, num. IX. signatus; quo continetur.

Pentateuchi Mosis tomus tertius *deuteronomium* exhibens, e graeca lingua in copticam conversum, adiuncta e regione interpretatione arabica. Incipit fol. 1. Titulus cum punctis cinnabari distinctus, uti et notulae marginales, singulis fere capitibus praefixae, quae designant dies, quibus ea in divinis officiis sunt legenda. Praeit icon crucis versicolor, hisce graece verbis insignita: *Iesus Christus filius Dei.* In fine vero post summam commatum sive versuum, quibus idem liber absolvitur, maioribus copticis litteris descriptam, idem omnino monitum arabicum de hocce pentateucho ecclesiae deiparae Virginis in vico Zoailae legato reperitur, quod supra cod. II. exhibuimus. Laudat hunc pentateuchum clarissimus vir Le-

Longius biblioth. sacr. tom. I. pag. 141, eumque ex Athanasio Kirchero cap. 8. prodromi coptici pag. 189. sic describit. " Pentateuchus coptice, tribus tomis in „ folio magno comprehensus. Descripti fuerunt hi tres tomi opera cuiusdam Ga- „ brielis filii Phanus. Sic enim in fine libri habetur. Descripsit autem hoc opus „ vigesimo tertio mensis megori (imo mesori) benedicti, anno 1115. sanctorum „ martyrum, hoc est Christi 1399. Det nobis Deus de benedictionibus eorum. Est „ porro pentateuchus hic prae reliquis singulari cura scriptus „. Sed fortasse Kircherii oculos fugit Matthaei patriarchae alexandrini iudicium tomo I. praefixum, quod ibidem descripsimus.

V.

Codex antiquissimus, in fol. membr. foliorum 209, charactere coptico elegante exaratus; ex Aegypto Iosephi Simonii Assemani opera in vaticanam bibliothecam illatus, et in eiusdem bibl. orient. ad calcem tomi I. pag. 617. inter codices copticos num. II. signatus; quo continetur.

Psalterium Davidis, cum canticis et orationibus veteris ac novi testamenti, hymno S. Athanasii, et symbolo nicaeno; e graeca lingua in copticam conversum. Psalterium Davidis incipit fol. 1. Consequuntur cantica et orationes hocce ordine. 1. Canticum Mosis I. ex exodo. Initium fol. 178. 2. Canticum Mosis II. ex deuteronomio. Initium fol. 180. 3. Oratio Annae matris Samuelis prophetae. Initium fol. 184. 4. Oratio Ezechiae regis. Init. fol. 185. a terg. 5. Oratio Manassis regis. Init. fol. 186. a terg. 6. Oratio Ionae prophetae. Init. fol. 188. 7. Oratio Habacuc. Init. fol. 189. 8. Oratio I. Isaiae prophetae. Init. fol. 191. 9. Eiusdem oratio II. Init. 192. a terg. 10. Eiusdem oratio III. Init. fol. 193. 11. Visio quarta Danielis prophetae de statua Nabuchodonosoris regis. Init. fol. 194. 12. Oratio Azariae cum cantico eiusdem, et sociorum puerorum. Init. fol. 197. a terg. 13. Canticum beatae Mariae virginis. Init. fol. 204. a terg. 14. Oratio Zachariae patris Iohannis Baptistae. Init. fol. 205. 15. Oratio Simeonis sacerdotis. Init. fol. 206. 16. Hymnus S. Athanasii alexandrini. Init. fol. 206. 17. Oratio dominica. Init. fol. 208. a terg. 18. Symbolum fidei nicaenum. Init. fol. 208. a terg. Is codex circa decimum Christi saeculum videtur descriptus; ex eo autem expressa fuit editio psalterii coptici, quae curante cl. viro Raphaele Tukio presbytero, deinde episcopo coptita, typis sacrae Congregationis de propaganda fide in 8. prodiit, anno 1744.

VI.

Codex in fol. bombyc. paginarum 450, partim copticis partim arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices orientales ex hereditate Petri de Valle patricii romani, anno 1616. comparatos, et vaticanae bibliothecae a Clemente XI. P. M. anno 1718. addictos, num. V. notatus; quo continetur.

Psalterium Davidis, cum canticis veteris ac novi testamenti, e graeca lingua in copticam conversum; adiuncta e regione interpretatione arabica, cuius varias lectiones in margine coniectas reperies. Sub initium codicis recentiore charactere arabico additae sunt virtutes nonnullorum psalmorum, futiles tamen et superstitiosae. Consequitur icon crucis versicolor, circa quam haec aureis litteris copticis descripta leguntur: *Iesu Christe miserere mei.* Tituli psalmorum (in quibus reperies occasionem quoque psalmorum conscribendorum, et summam commatum, sive versiculorum, quibus iidem constant) uti et canticorum, cinnabari sunt distincti. Porro psalterium hoc in quinque dividitur libros, quorum 1. complectitur psalmos quadraginta priores. Init. pag. 1. 2. Secundus, psalmos triginta, nempe a ps. XLI. ad LXXI. Init. fol. 103. 3. Tertius, psalmos septendecim a LXXII. ad LXXXVIII. Init. pag. 178. 4. Quartus, psalmos sexdecim ab LXXXIX. ad CV. Init. 230. 5. Quintus, psalmos quadraginta quinque a CVI. ad CL. Init. pag. 286. Accedit psalmus Davidis, quem extra numerum vocant. Init. pag. 382.

Subnectuntur cantica veteris ac novi testamenti hoc ordine disposita. 1. Canticum Mosis I. ex exod. Incipit pag. 384. 2. Canticum Mosis alterum ex deuteronomio. Incipit pag. 387. 3. Oratio Annae. Init. pag. 398. 4. Oratio Habacuc. Init. pag. 401. 5. Oratio Ionae. Init. pag. 406. 6. Oratio Ezechiae. Init. pag. 408. 7. Oratio Manassis. Init. pag. 410. 8. Oratio I. Isaiae. Init. pag. 414. 9. Oratio II. Isaiae. Init. pag. 417. 10. Oratio III. Isaiae. Init. pag. 419. 11. Visio quarta Danielis. Init. pag. 422. 12. Oratio Azariae, cum cantico eiusdem et sociorum puerorum. Init. pag. 429. 13. Canticum B. Mariae virginis. Init. pag. 443. 14. Oratio Zachariae. Init. pag. 444. 15. Oratio Simeonis. Init. pag. 444. 16. Psalmus CXXXV. Davidis repetitus. Init. pag. 445. 17. Praeconium Davidis, tono *Adam.* Init. pag. 449. Is codex exaratus fuit anno Christi 1386, ut haec ostendunt librarii verba, quae pag. 443. in calce cantici trium puerorum leguntur. " Explicit hoc psalterium benedictum, sabbatho, die 14. barmahath (martii) unius ex mensibus anni 1102. sanctorum martyrum. Et fuit complementum eius in monasterio sancti magni, et patris omnium monachorum, Antonii abbatis. Deus misereatur nostri per preces ipsius. Amen ".

VII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 337, partim copticis partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a Ioh. Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae ex testamento addictos, num. X. notatus; quo continentur.

Psalterium Davidis, et cantica veteris testamenti, e graeca lingua in copticam conversa, adiuncta e regione interpretatione arabica, cuius variantes lectiones in margine adscriptae. Initio praefigitur icon crucis absque ulla inscriptione. Tituli psalmorum et canticorum, una cum punctis, et variis arabicae interpretationis lectionibus, minio distincti. Psalterium autem in quinque libros, ut in praecedente codice, distributum incipit fol. 1. Cantica vero testamenti veteris

undecim recensentur, quorum primum et secundum Mosis; tertium matris Samuelis Annae; quartum Habacuc; quintum Ionae; sextum Ezechiae regis; septimum Manassis; octavum, nonum, et decimum Isaiae prophetae; undecimum trium puerorum, praeposita visione quarta Danielis; ubi de statua Nabuchodonosoris. Incipiunt fol. 295. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus. In eius calce fol. 337. recentiore manu addita est adnotatio arabica de obitu Gabrielis alexandrini Coptitarum patriarchae XCV. his verbis. " Feria ,, tertia benedicta, 28. mensis babae (octobris) benedicti, anno coptico 1285. ,, Christi 1569, requievit dominus pater patriarcha anba Gabriel, in serie pa- ,, trum patriarcharum nonagesimus quintus, quum sedisset in cathedra Marci an- ,, nos tres et quadraginta, bonumque certamen certavisset. Accidit eius requies in ,, monasterio S. Antonii magni, quod vulgo monasterium Maimun appellatur; ,, prout petiit a Christo, quum diceret: eamus ad monasterium; quoniam signum ,, salutis monachi est mors ipsius in monasterio suo. Et annuit Deus votis eius, et ,, audivit eius preces, et fecit ipsum requiescere a laboribus saeculi huius caduci. ,, Dominus participem illius sortis faciat scriptorem harum litterarum, et largia- ,, tur nobis benedictionem precum eius. Deo gratias semper. Scripta haec sunt heb- ,, domada una ab eius obitu. ,, Laudat hoc ipsum psalterium Kircherius loco citato pag. 193. num. 8, illudque iussu venerabilis domini patriarchae Gabrielis die 22. mensis paophi, anno martyrum 1082, exaratum adfirmat. Verum praeter quam quod nihil eiusmodi in codice nostro designatum reperitur; eo quidem anno Iohannes octogesimus quintus, non vero Gabriel, patriarchali Coptitarum sedi praeerat; uti ex chronico orientali, ceterisque rerum Coptitarum scriptoribus liquet. Fortasse Kircherius ex imperitia arabicae linguae epocham mortis Gabrielis patriarchae in modo allata epigraphe descriptam interpolavit, eamque ad ipsius codicis aetatem incautus retulit.

VIII.

Codex antiq. in fol. bombyc. foliorum 351, partim copticis partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, num. I. notatus; quo continentur.

Sacrosancta quatuor evangelia, e graeca lingua in copticam conversa, adiuncta e regione interpretatione arabica. Tituli evangeliorum cum initiis capitum minio distincti, picturisque arabicis circum ornati. Evangelium secundum Matthaeum incipit fol. 1. " In nomine Dei. Incipimus ope Dei, ac bonitate illius ,, auxilii scribere sacrosancta quatuor evangelia, quae sunt fons vitae, et via ,, salutis. Et hoc evangelium Matthaei scriptum fuit hebraice in Palaestina, anno ,, ab ascensione septimo; et promulgatum est Hierosolymis, et in Indiis; in pace, ,, quae a Deo. Amen. ,, *Argumenta* capitum evangelii S. Marci; praeposita hac epigraphe, initio tamen mutila. " Scripsit evangelium suum in urbe Roma, lingua ,, romana francica (sic latinam vocant) et promulgavit illud praestantissimus pater

„ noster venerandus Petrus Romae. Tum scripsit illud Marcus, et evulgavit Alexandriae, in Aegypto, et Pentapoli, anno quarto imperii Claudii, post ascensionem anno duodecimo. Et inventum est in alio apographo, quod scriptum „ fuerit syriace, et quod eius verba sint numero 1800. „ Initium fol. 100. Evangelium secundum Marcum. Init. fol. 103. *Argumenta* capitum evangelii S. Lucae, praeposita praefatiuncula, circa cuius finem haec habentur. " Scripsit evan- „ gelium suum graece anno duodecimo Claudii imperatoris, post ascensionem do- „ mini nostri Iesu Christi vigesimo anno, Antiochiae. Init. fol. 163. Evangelium secundum Lucam incipit fol. 166. *Argumenta* capitum evangelii S. Iohannis, sub hac inscriptione. " Ope Dei incipimus, et bonitate auxilii ipsius dirigimur; „ recensentes capita evangelii Iohannis, filii Zebedaci evangelistae. Et maio- „ ra quidem sunt numero viginti, minora vero CCXXXII. Scripsit evangelium „ suum Ephesi lingua graeca, anno sexto imperii Tiberii Caesaris, qui est ab „ ascensione domini et servatoris nostri Iesu Christi annus trigesimus., Init. fol. 272. Evangelium secundum Iohannem incipit fol. 273. Is codex ad decimum quartum Christi saeculum videtur referendus, si tamen nonnulla folia chartacea circa initium, medium, et finem recenter suppleta excipias, quorum postremum, numero 351. signatum, hanc a tergo epigraphem exhibet.

" Explicit evangelium S. Iohannis; et est complementum quatuor evangelio- „ rum. Benedictiones eius, qui illa praefatus est, sint cum curatore, scriptore, „ et auditore, et cum omnibus filiis baptismi. Amen. Perfectum est autem feria „ tertia benedicta, 28. mensis bescensii, anno 1303. SS. martyrum (Christi 1587.) „ Benedictio precum illorum sit nobiscum. Amen. Et ego adiuro te, quicumque „ legis in hoc libro, per passionem Christi, ut ex intimo corde tuo dicas: do- „ mine noster Iesu Christe, dimitte peccata servi tui Arcadii filii Iohannis, ha- „ rum litterarum scriptoris, et solve illum, et omnes filios baptismi a vinculo „ delictorum suorum, et a reliquis censuris, et poenis legalibus; et siste eos an- „ te tremendum thronum tuum a dextris tuis absque vitio; et hereditare fac „ eos regnum, quod non praeteribit. Si quis ita dixerit, erit ei persimile. Et „ laus Deo semper in aeternum. Id curavit dominus obsequio dignus, et amicus „ diligendus, fide orthodoxus, diaconus reverendus, et princeps laudandus, ve- „ nerandus et observandus, amator peregrinorum, educator orphanorum, erga „ pauperes et egenos liberalis, qui custodit mandata Domini, et insistit vestigio „ veritatis ac iustitiae, magister Saliba, filius domini Georgii, qui requies- „ scit in sinibus abrahamiticis. (Est hic Graecorum error qui visionem beatam „ usque ad universale iudicium differunt) Deus det requiem animae eius, et retribuat „ illi in sua mansione secundum curam ab eo in hocce pulchro monumento adhi- „ bitam; et exhilaret illum in regno caelorum post longam aetatem. Per preces „ et intercessionem essentiae intercessionum, fodinae puritatis, et benedictionum, „ dominae nostrae, decoris generis nostri, sanctae Mariae castae virginis, et om- „ nium martyrum, et sanctorum. Amen. Et laus Deo semper in aeternum „.

IX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 504, partim copticis partim arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, num. IV. notatus; quo continentur.

Sacrosancta quatuor evangelia, e graeca lingua in copticam conversa, adiecta e regione interpretatione arabica. Tituli evangeliorum picturis arabicis venuste circumornati; initiales vero commatum litterae, una cum punctis, auro obductae. Priora quatuordecim folia sistunt epistolam Eusebii Pamphili caesareensis ad Carpianum de harmonia quatuor evangelistarum, cum eiusdem Eusebii et Ammonii alexandrini canonibus decem harmonicis; de quibus videsis prolegomena ad biblia polyglotta. Initium fol. 2. Singulis evangeliis (praeter imagines Christi more Coptitarum benedicentis, nec non evangelistarum dictante angelo scribentium, et deiparae Virginis Iohanni evangelistae adstantis, rudi tamen penicillo miniatas) praefiguntur, una cum argumentis capitum quibus unumquodque evangelium absolvitur, praefatiunculae quaedam coptico-arabicae incerti auctoris, quae designant tempus, quo singuli evangelistae suum conscripserunt evangelium, statuta pro annorum epocha ascensione Servatoris nostri in caelum, quae necessario coniicienda est in annum trigesimum tertium aerae christianae, seu quartum ducentesimae secundae olympiadis, cui adsignavit Phlegon mirificam illam solis defectionem, quae tempore mortis Christi contigit. Id vero clare demonstrant excerpta ex iisdem praefatiunculis suo quaeque loco mox a nobis proferenda.

Praefatio in Matthaeum incipit fol. 15. Circa eius finem fol. 15. a terg. haec habentur. " Scriptum fuit hocce evangelium lingua hebraica in Palaestina, et pro„ mulgatum Hierosolymis: tum interpretatus est ipsum S. Iohannes filius Zebedaei „ in Aspoli civitate linguarum, anno primo imperii Claudii, qui est ab ascen„ sione sancta annus nonus. „ Consequuntur argumenta capitum evangelii Matthaei, praeposita hac epigraphe. " Evangelium S. Matthaei evangelistae, unius ex „ duodecim apostolis. Scripsit illud in terra Palaestina lingua hebraica ad eos „ qui ex Iudaeis crediderant, et promulgavit Hierosolymis, Tyri, et Sidone, „ et in Iudiis. Capita eius maiora sunt LXVIII „. Initium fol. 16. a terg. Evangelium secundum Matthaeum incipit fol. 23. Praefatio in Marcum; ubi haec circa finem. " Pax in splendore evangelii tui, quod tradidisti Marco apostolo tuo lin„ gua Romanorum orthodoxorum. (insignis locus adversus Coptitas, qui a commu„ nione sanctae romanae ecclesiae secesserunt) Et promulgavit illud in civitate Ra„ coti, Alexandriae, et in omnibus finibus eius, anno quarto imperii Claudii, post „ ascensionem servatoris nostri anno duodecimo „. Initium fol. 142. Argumenta capitum evangelii S. Marci, sub hocce titulo. " Evangelium patris nostri S. aposto„ li et evangelistae et martyris Marci, unius ex septuaginta discipulis aposto„ lorum. Latine scripsit illud in magna urbe Roma; eademque in urbe illudmet „ primo vulgavit praestantissimus pater Petrus; tum Marcus Racoti, Alexandriae, „ et in finibus eius, Aegypto, Pentapoli, Africa, et Aethiopia. Capita eius quadra-

ginta octo. Initium fol. 143. a terg. Evangelium secundum Marcum incipit fol. 147. Praefatio in Lucam circa finem haec habet. " Scripsit evangelium ,, suum Antiochiae lingua graeca, anno duodecimo Claudii imperatoris, post ,, ascensionem domini nostri Iesu Christi anno vigesimo. Et inventum est in ,, alio exemplari, quod scripserit illud Alexandriae ,,. Init. fol. 231. Argumenta capitum evangelii S. Lucae, praefixa hac epigraphe. " Evangelium S. Lucae, unius ,, ex LXX discipulis. Scripsit illud graece Alexandriae ad Theophilum regem ,,. Capita eius maiora tria et octoginta. Init. fol. 232. Evangelium secundum Lucam incipit fol. 237. Praefatio in Iohannem, ubi haec circa finem. " Scripsit evangelium suum Ephesi lingua graeca, anno sexto imperii Tiberii Caesaris, qui ,, est annus trigesimus ad ascensione domini et servatoris nostri Iesu Christi ,,. Init. fol. 285. a terg. Argumenta capitum evangelii S. Iohannis sub hac epigraphe. " Evangelium S. Iohannis theologi, filii Zebedaei apostoli, evangelistae et casti ,, virginis, unius ex duodecim apostolis, dilecti domino nostro Iesu Christo. Scriptum est graece Ephesi, et primum in Asia promulgatum ., Capita eius viginti. Init. fol. 386. a terg. Evangelium secundum Iohannem incipit fol. 389. a terg.

Is codex exaratus fuit anno Christi 1270. a Michaele Abu-Gelica diacono coptita, qui et eumdem monasterio S. Antonii in Arabiae deserto addixit; ceu testatur Gabriel alexandrinus Coptitarum patriarcha septuagesimus septimus, qui hocce monitum arabicum initio praefixit. " Gloria Deo semper in aeternum. Sacrosanctum hoc evangelium perpetuo dicatum, aeternumque legatum est monasterio S. ,, Antonii magni in Arabiae deserto. Legavit illud, dicavitque princeps christianus ,, senior sapiens diaconus Michaël Abu-Gelica medicus. Quisquis autem ex sanctis ,, patribus et fratribus in eo monasterio commorantibus scripturam hanc legerit, ,, meminerit huius sancti medici, eique vel viventi vel defuncto misericordiam ,, a Domino nostro adprecetur. Et scriptor horum versuum humilis Gabriel miseratione Dei eiusque decretis incomprehensibilibus patriarcha civitatis Alexandriae eiusque finium nuncupatus, suspendit et anathematizat eos omnes, qui ,, hunc sanctum librum ex ecclesia praedicti monasterii abstraxerint. Non exportetur in turrim, sicuti alii libri, nec abscondatur; sed maneat in ecclesia cum ,, libris, diebus dominicis et festis ad vesperas, matutinum, et missam legendus. ,, Si vero monachorum aliquis illum velit in cubiculum suum deferre, ut quidpiam ex eo sumat, vel ad ipsum conferat, id ei minime vetitum esto; dummodo illum ecclesiae restituat, statim ac suum perfecerit negotium. Et pax Domini descendat super eos, et gratia ipsius comprehendat illos, et misericordia ,, eius servet animas illorum. Amen. Et laus Deo semper in aeternum. Scripta ,, haec sunt in ecclesia S. Mercurii in civitate Misra (Cahira) a Deo custodita, ,, praesente medico praedicto, die 13. mensis barmahat (martii) anno sanctorum ,, martyrum 986, qui respondet diei quintae mensis regebi, anno Arabum 668. ,, (Christi 1270.),, Is Gabriel Petri episcopi Tanbedae, non vero Tomidi, ut perperam scribunt Sollerius et Renaudotius, ex sorore nepos, suffragantibus incolis Cahirae, patriarchatum copticum tenuit a die 24. paophi, seu 21. octobris, anno

16 *

martyrum 985, Christi 1268, (non vero 1269. ut recte adversus Vanslebium monet Assemanus chron. orient. pag. 154) usque ad 6. tybi, seu 1. iannuarii, anno martyrum 987. Christi 1271; quo anno depositus, paullo post obiit, teste Abulbarcato apud Renaudotium hist. patriarch. alexandr. pag. 600.

Consequuntur tria alia monita, itidem arabica; quorum primum eodem fol. 2. a tergo a Iohanne patriarcha Coptitarum XCII. haec habet. " Gloria Deo semper. Domine salus. Sic dicit humilis Iohannes, Dei gratia minister populi christiani sedis Marci indignus, et admonet in nomine domini Iesu Christi, ne quispiam legati retroscripti, et sententiae domini patris Gabrielis patriarcharum alexandrinorum septuagesimi septimi rationem habeat; quandoquidem monasterium S. Patris Antonii in Arabiae deserto ad mare rubrum, quod olim monachis florebat, incolis nunc vacuum est, utpote ab Arabibus direptum, de quorum manibus liber hic redemptus est, posteaquam illum una cum reliquis libris eiusdem monasterii fuerant depraedati. Quare abrogavimus Dei gratia quod a laudato D. P. Gabriele patriarcha de eodem libro fuit praescriptum. Idque solutum esto auctoritate sacerdotali proveniente ab illo ore veridico et sancto, quod ait: quaecunque solveritis, erit solutum. Per preces semper Virginis, et sanctorum martyrum. Amen. Et laus Deo in aeternum. Scripta haec sunt die 4. mensis bescensii benedicti, anno martyrum 1222. (Christi 1506) ". Iohannes autem ille Nicatensis, Sollerio et Renaudotio Neggadensis et Nehaddi dictus, in serie patriarcharum alexandrinorum nonagesimus secundus, sedit annos tres, menses quatuor, dies 9, ut tradit orientale chronicon pag. 156.

Alterum monitum in calce codicis fol. 504. a tergo coniectum; ubi haec. " In nomine Dei clementis et misericordis. Comparavit hunc sanctum librum quatuor evangelistarum Matthaei, Marci, Lucae, et Iohannis, dominus pater Gabriel, patrum patriarcharum nonagesimus quintus, cuius principatum Deus excelsus perennet ad multos annos, et ad longa tempora pacifica; et humiliet inimicos eius sub pedibus ipsius. Emit autem illum a magistro Barsuma filio Michaëlis Thai, filii Besadae, solutis quinquaginta nummis argenteis; et transiit in dominium R. P. D. Gabrielis patriarchae. Scripta haec sunt feria quarta benedicta, 3. mensis chiach, anno SS. martyrum 1242. (Christi 1526.) ". De hoc Gabriele patriarcha XCV. dictum est supra codd. II. et VII. Subnectitur tertium monitum ab eodem Gabriele patriarcha, ut videtur exaratum, his verbis. " Dei gratia translatus est benedictus hic liber quatuor evangelistarum e dominio camerae patriarchalis ad dominium ecclesiae SS. martyrum Sergii et Bacchi in magna urbe Alexandria. Nemini fas esto, ex iussu domini nostri Iesu Christi, alienare illum a dominio praedictae ecclesiae. Et super filios obedientiae descendat benedictio. Scripta haec sunt die 1. mensis athur benedicti, anno SS. martyrum 1253. (Christi 1537.) "

Laudat hunc codicem Guillelmus Boniour pag. 15. exercitationis de rebus copticis, quem exscribit Le-Longius bibl. sacr. tom. I. pag. 142. Laudat item Athanasius Kircherius prodr. copt. cap. 8. pag. 193, ubi tamen monitum Gabrielis septuagesimi sep-

timi Coptitarum patriarchae initio praefixum, fortasse ex imperitia arabicae linguae interpolat, et sic latine reddit. " Scripsit hoc in conventu S. Mercurii in Aegypto Ga-
" briel pauper humilis. Custoditur modo in monasterio S. Antonii magni in deserto
" Arabiae, in praesentia sapientis praedicti, in tertio mensis pharmuthi, anno 986.
" sanctorum martyrum, quinto die rebeb, mensis iunii, anno Arabum 918. "

X.

Codex in 4. bombyc. foliorum 563, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone eleganter conscriptus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, num. VI. notatus; quo continentur.

Sacrosancta quatuor evangelia, e graeca lingua in copticam conversa, adiecta e regione interpretatione arabica. Sub initium codicis, uti etiam in ipsius calce arabice recenter adnotatas reperies nativitates et nuptias quorundam coptitarum. Tituli evangeliorum, una cum initialibus commatum litteris et punctis, minio distinguuntur. Praeit icon crucis absque inscriptione. Evangelium secundum Matthaeum incipit fol. 1. Evangelium secundum Marcum, fol. 144. Evangelium secundum Lucam, fol. 235. Evangelium secundum Iohannem, fol. 389. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus.

XI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 108, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone eleganter scriptus, inter codices orientales Petri de Valle a Clemente XI. comparatos, et vaticanae bibliothecae addictos, num. VI. notatus; quo continetur.

Evangelium secundum Iohannem, e graeca lingua in copticam conversum, adiuncta e regione interpretatione arabica. Init. fol. 1. Praeit icon crucis versicolor hisce verbis coptice insignita: *Iesus Christus filius Dei.* Initia capitum et puncta minio distincta. Is codex exaratus fuit anno Christi 1346, ut haec docent librarii verba, quae fol. 108. in calce leguntur. " Explicit in pace Dei, die 10.
" mensis pharmuthi (aprilis) anno martyrum 1062. Christus in misericordia sua
" dominetur nostri ". Consequuntur arabice haec verba: *memento Domine servi tui peccatoris Iosephi, eique dimitte omnia peccata. Amen.*

XII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 423, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, numero II. signatus; quo continentur.

Epistolae D. Pauli XIV, cum septem catholicis, et actis apostolorum, e graeca lingua in copticam conversae, adiuncta e regione interpretatione arabica.

Tituli cum initiis capitum cinnabari sunt distincti, picturisque arabicis circum ornati. Porro divi Pauli epistola ad Romanos incipit fol. 1. In eius clausula fol. 45. a terg. haec habentur. " Explicit epistola ad Romanos scripta Corinthi, et „ missa per Phoeben diaconissam ecclesiae quae est Cenchris. Eius capita XXI; „ versiculi mille „. Epistola ad Corinthios I. fol. 46. In fine vero fol. 91. a terg. ista adnotantur. " Explicit epistola I. ad Corinthios, in pace Domini. Ver- „ siculi eius MLX, capita maiora XXII, minora LXXXIV „. Epistola II. ad Corinthios, fol. 92. Epistola ad Galatas, fol. 122. In eius calce fol. 136. a terg. haec arabice adnotata reperies. " Explicit ad Galatas, quam scripsit Romae, et misit „ per Titum discipulum suum. Et Deo gloria valde „. Epistola ad Ephesios, fol. 137. In eius clausula haec itidem arabice adnotantur fol. 152. " Explicit epistola „ ad Ephesios, scripta Romae, et missa per Titum. Et Deo gloria semper „.

Epistola ad Philippenses, fol. 152. a terg. In calce vero fol. 163. haec leguntur. " Explicit epistola ad Philippenses, scripta Romae, et missa per Timo- „ theum, et Epaphroditum. Eius versiculi CCXVIII, capita maiora IV, minora „ XXI „. Epistola ad Colossenses, fol. 163. a terg. In calce vero fol. 174. haec. " Explicit epistola Pauli apostoli ad Colossenses, scripta Romae, et missa per Ty- „ chicum, et Onesimum, et Marcum discipulos. Eius versiculi CCCXVIII, capita „ maiora VI, minora XXIII „. Epistola I. ad Thessalonicenses incipit fol. 174. a terg. In fine fol. 183. a terg. haec. " Explicit epistola ad Thessalonicenses I. „ scripta Athenis, et missa per Silvanum, et Timotheum discipulos. Eius versi- „ culi CCCXII, capita maiora V, minora XVIII „. Epistola II. ad Thessalonicenses, fol. 184. In fine fol. 189. haec. " Explicit epistola II. ad Thessalonicenses, „ scripta Laodiceae, et missa per Silvanum et Timotheum discipulos. Eius versiculi „ CLXXXV, capita maiora III, minora VIII „.

Epistola I. ad Timotheum, fol. 189. a terg. In fine fol. 301. haec. " Ex- „ plicit epistola I. ad Timotheum, scripta Athenis, et missa per Titum discipu- „ lum. Eius versiculi D, capita maiora VI, minora XXVII „. Epistola II. ad Timotheum, fol. 201. a terg. In fine fol. 210. a terg. haec. " Explicit epistola „ II. ad Timotheum, scripta Romae, et missa per Onesimum. Eius versiculi „ CCLXXXV, capita maiora III, minora XIX „. Epistola ad Titum incipit fol. 211. In fine fol. 214. a terg. haec. " Explicit epistola ad Titum, scripta Nico- „ poli, et missa per Artemam discipulum. Eius versiculi XCVI, capita maiora „ II, minora IX „. Epistola ad Philemonem, fol. 215. In fine fol. 218. haec leguntur. " Explicit epistola ad Philemonem, scripta Romae, et missa per Onesi- „ mum discipulum. Eius versiculi XLVIII, caput I „. Epistola ad Hebraeos, fol. 217. a terg. In fine fol. 251. haec adnotantur. " Explicit epistola ad Hebraeos, „ scripta in Italia, et missa per Timotheum. Eius versiculi DCLV, capita maiora „ XI, minora LXII „.

Epistolae septem catholicae. Videlicet epistola Iacobi, cuius init. fol. 261. a terg. In eius fine fol. 263. haec habentur. " Explicit epistola Iacobi, cuius versiculi CCC, „ capita IX „. Epistola Petri I. fol. 263. a terg. Epistola Petri II. fol. 286. a terg. In

eius calce fol. 293. a terg. haec. " Explicit epistola II. Petri, cuius capita IV, versiculi „ XXVIII „. Epistola Iohannis I. incipit fol. 294. Epistola Iohannis II. fol. 307. Epistola Iohannis III. fol. 308. a. terg. Epistola Iudae, fol. 309. In eius calce fol. 312. a terg. haec arabice adnotantur. " Explicit epistola Iudae, quae est complementum „ epistolarum sanctorum patrum apostolorum, quorum preces sint nobiscum. „ Amen „. Acta apostolorum incipiunt fol. 313. Is codex decimò quarto Christi saeculo videtur descriptus, si folia aliquot chartacea excipias. quae sub initium recenter suppleta fuerunt.

XIII.

Codex in folio bombyc. foliorum 261, partim copticis partim arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae ex testamento addictos, num. III. signatus; quo continentur.

Epistolae D. Pauli XIV. e graeca lingua in copticam conversae, adiecta e regione interpretatione arabica, reiectisque ad singularum calcem notis, quibus designantur tum loca ubi scriptae fuere epistolae, tum eorum nomina per quos missae; uti etiam numerus versiculorum et capitum, quibus unaquaeque absolvitur. Tituli et initia capitum rubeis litteris exprimuntur. Praeit icon crucis venuste delineata, circum quam haec leguntur: *Iesus Christus filius Dei.* Epistola ad Romanos, scripta Corinthi, et missa per Phoeben diaconissam ecclesiae quae est Cenchris, constans vers. 1000. capp. 21, uti in eius clausula adnotatur, incipit fol. 1. Epistola ad Corinthios I. scripta Ephesi, et missa per Stephanam et Achaicum, constans vers. 1060. capp. 22, fol. 46. a terg. Epistola ad Corinthios II. scripta Philippis Macedoniae, et missa per Titum et Lucam, constans vers. 655. capp. 12, fol. 94. Epistola ad Galatas, scripta Romae et missa per Archippum et Titum, constans vers. 312. cap. 6, fol. 126. Epistola ad Ephesios, scripta Romae, et missa per Tychicum, constans vers. 312. capp. 6, fol. 142. Epistola ad Philippenses, scripta Romae, et missa per Timotheum et Epaphroditum, fol. 150. a terg. Epistola ad Colosseuses, scripta Romae, et missa per Tychicum, Thaicum, Onesimum, et Marcum, constans versibus 318. capp. 6, fol. 169. Epistola ad Thessalonicenses I. scripta Athenis, et missa per Timotheum et Silvanum, constans vers. 312. capp. 5, fol. 180. a terg. Epistola ad Thessalonicenses II. scripta Athenis (in arabica versione Laodiceae) et missa per Silvanum, Timotheum, et Archippum, constans vers. 185. capp. 3, fol. 190. a terg. Epistola ad Hebraeos, scripta Romae, et missa per Timotheum, constans vers. 755. capp. 12, fol. 196. Epistola ad Timotheum I. scripta in Macedonia, fol. 231. Epistola ad Timotheum II, fol. 243. Epistola ad Titum, scripta Nicopoli, et missa per Artemam episcopum ecclesiae Macedoniae, constans capp. 2. fol. 252. Epistola ad Philemonem, scripta Romae, et missa per Onesimum, fol. 258. a terg.

Is codex scriptus videtur saeculo XIII, si quaedam chartacea folia excipias, quae recenter suppleta sunt.

XIV.

Codex in 4. bombyc. fol. 350, partim copticis partim arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices copticos, a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, num. V. notatus; quo continentur.

Epistolae D. Pauli XIV, cum VII. catholicis, et actis apostolorum, e graeca lingua in copticam conversae, adiuncta inter versus interpretatione arabica, rubeis litteris descripta, quae tamen recentius addita videtur, una cum variis eiusdem lectionibus, quae in margine coniectae sunt. Divi Pauli epistola ad Romanos incipit fol. 1. Epistola I. ad Corinthios, fol. 39. a terg. In eius clausula fol. 75. a terg. haec adnotantur. " Epistola I. ad Corinthios scripta est „ Ephesi, et missa per Stephanam et Achaicum. Eius versiculi sunt 1060, capita „ 22, sectiones minores 84. Apud Graecos vero capita 10, testimonia ex vetere tes„ tamento 17. „ Epistola II. ad Corinthios, fol. 76. In fine fol. 99. haec leguntur. " Epistola II. ad Corinthios scripta est Philippis Macedoniae, et missa per Ti„ tum et Lucam. Eius versiculi 655, capp. 12, sectiones minores 50. Graecis „ vero capp. 7, testimonia 11. „ Epistola ad Galatas incipit fol. 99. a terg. In fine fol. 111. haec. " Epistola ad Galatas scripta est Romae. Versiculi eius 312, „ capp. 6, sectiones minores 29. Graecis capp. 4, testimonia 11. „ Epistola ad Ephesios fol. 111. In fine, fol. 123. a terg. haec. " Epistola ad Ephesios scripta „ est Romae, et missa per Tychicum. Eius versiculi 312, capp. 6, sectiones mi„ nores 30. Graecis capp. 3, testimonia 6. „ Epistola ad Philippenses, fol. 123. a terg. In fine fol. 132. a terg. haec. " Epistola ad Philippenses scripta est Romae, „ et missa per Timotheum et Epaphroditum. Versiculi eius 258, capp. 4, sec„ tiones minores 21. Graecis capp. 3. „ Epistola ad Colossenses, fol. 133. In fine haec. " Epistola ad Colossenses scripta est Athenis, et missa per Ty„ chicum, Onesimum, et Marcum. Versiculi eius 312, capita 6, sectiones mi„ nores 22. Graecis capita 2. „ Epistola I. ad Thessalonicenses, fol. 144. a terg. In fine haec. " Epistola I. ad Thessalonicenses, scripta est Athenis, et missa per „ Silvanum, et Timotheum. Eius versiculi 312, capp. 4, sectiones minores 18. „ Graecis cap. 2. „

Epistola II. ad Thessalonicenses incipit fol. 150. In fine fol. 154. a terg. haec. " Epistola II. ad Thessalonicenses scripta est Athenis, et missa per Silvanum, „ et Timotheum. Eius versiculi 185, capp. 3, sectiones minores 8. Graecis cap. 1 „. Epistola ad Hebraeos, fol. 154. a terg. In fine fol. 182. haec habentur. " Epis„ tola ad Hebraeos scripta est Romae, et missa per Timotheum. Eius versiculi 735, „ capita 2, sectiones minores 61. Graecis capp. 6, testimonia 35 „. Epistola I. ad Timotheum incipit fol. 182. In fine fol. 191. a terg. haec. " Epistola I. ad Ti-

„ mothcum scripta est Laodiceae. Versiculi eius 280, capp. 6, sectiones minores „ 26. Graecis capp. 3. „ Epistola II. ad Timotheum, fol. 191. a terg. In fine fol. ista leguntur. " Epistola II. ad Timotheum scripta est Laodiceae, quae est metro- „ polis Phrygiae, et missa per Vacatianum (id nomen inauditum.) Versiculi eius „ 185, capp. 3, sectiones minores 18. Graecis capp. 2. „ Epistola ad Titum incipit fol. 190. In fine, fol. 203. haec habentur. " Epistola ad Titum scripta est „ Nicopoli, et missa per Artemam, qui fuit episcopus ecclesiae Macedoniae. Eius „ versiculi 96, capp. 2, sectiones minores 9. Graecis cap. 1. „ Epistola ad Philemonem, fol. 203. In fine ista leguntur. "Epistola ad Philemonem scripta est Romae, „ et missa per Onesimum. Versiculi eius sunt 40, cap. 1. Epistolae autem D. Pauli „ XIV. constant summatim omnes versiculis 5575, capp. 108. „ Subnectitur index epistolarum D. Pauli arabicus, cuius initium fol. 208.

Epistolae VII. catholicae. Videlicet, epistola Iacobi, quae incipit fol. 209. Epistola S. Petri, fol. 218. a terg. In eius fine fol. 229. a terg. haec adnotata reperies. " Explicit epistola I. Petri. Eius versiculi sunt 325, capp. 9, sectiones mi- „ nores 55 „. Epistola II. Petri, fol. 229. a terg. In eius clausula, fol. 236. a terg. haec. " Explicit epistola II. Petri. Versiculi eius 225, capita 4, sectiones mino- „ res 28. „ Epistola I. Iohannis incipit fol. 237. In fine, fol. 257. haec. " Explicit epistola prima Iohannis, cuius versiculi 301, capp. 9, sectiones minores 46. „ Epistola II. Iohannis, fol. 247. a terg. In fine, fol. 248. a terg. haec. " Explicit „ epistola secunda Iohannis, cuius versiculi 65, cap. 1, sectiones minores 2. „ Epistola III. Iohannis, fol. 248. In fine fol. 250. haec. " Explicit epistola III. Io- „ hannis, cuius versiculi 90, cap. 1, sectiones minores 3. „ Epistola Iudae, fol. 250. In fine fol. 253. ista leguntur. " Explicit epistola Iudae. Eius versiculi sunt „ numero 90, capp. 2, sectiones minores 7. Omnes autem epistolae septem catholicae „ constant versiculis 1400, capp. 35, sectionibus minoribus 187. In pace Domini „ amen. „ Acta apostolorum incipiunt fol. 253. a terg.

Is codex scriptus fuit anno Christi 1358, quemadmodum ex epigraphe in calce epistolarum D. Pauli fol. 205. apposita liquet, ubi haec. " Absolutae sunt epis- „ stolae D. Pauli, in pace Domini, amen; manu pauperis et magni peccatoris „ Michaëlis filii Abrahami, monachi, ex oppido Bembge Dei amante. Memen- „ tote, quaeso, mei, patres et fratres, in vestris precibus, ut inveniam fi- „ duciam in tremendo tribunali, et audiam vocem dicentem: venite benedicti „ patris mei, possidete regnum praeparatum vobis ab initio creationis. Hoc erit „ mihi, et iis qui diligunt apparitionem Domini. Amen, fiat. Scripsi ad usum vene- „ randi patris mei fidelis presbyteri Georgii. Deus misereatur mei per preces „ illius, et conservet vitam eius ad multos annos, et ad tempora pacifica, amen. „ Anno martyrum 1074. mense thoth (septembri). „ Ultimum vero folium chartaceum est, et anno Christi 1504. suppletum. Sic enim in eius fine habetur arabice. " Explicit in pace amen, sabbatho benedicto, die 25. mensis pharmuthi „ benedicti, anno 1220. sanctorum martyrum. Dominus largiatur nobis benedic- „ tionem precum eorum, amen. Gloria datori intellectus „. Memorat hunc codicem

Athanasius Kircherius prodr. copt. cap. 8. pag. 192, et ex eo Le-Longius biblioth. sacr. tom. I.; verum, praetermissa per inconsiderantiam epigraphe ad calcem epistolarum D. Pauli apposita, quae designat annum, quo codicem hunc se exaravisse testatur Michaël monachus, nempe martyrum 1074, Christi 1358; perperam eiusdem aetatem ad annum martyrum 1220, Christi 1504, referunt, quo anno suppletum fuisse postremum folium chartaceum, monuimus.

XV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 59, partim copticis partim arabicis litteris, et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales, qui ad sacram Congregationem de propaganda fide ex oriente transmissi sunt, eiusdemque decreto 20. novembris 1723. in vaticanam bibliothecam inlati, ut non solum ad bibliothecae, sed eiusdem etiam S. Congregationis usum adserventur, num. XXXIV. apud Assemanum biblioth. orient. tom. III. pag. 643. notatus; quo continetur.

1. *Apocalypsis S. Iohannis apostoli et evangelistae*, e graeca lingua in copticam conversa, adiecta e regione interpretatione arabica. Titulus, cum initiis capitum, cinnabari distinguitur. Incipit fol. 1. 2. *Ordo dominicae palmarum*, arabicus fine mutilus, ex libro rituali, cui titulus *indicans*, (caerimonias nempe et ritus in hebdomada maiore servandos) excerptus, fol. 59. Is codex ad XIV. Christi saeculum videtur referendus, si quidem folium 1. chartaceum excipias quod recenter suppletum est.

XVI.

Codex antiquus in 4. bombyc. foliorum 103, partim copticis partim arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices copticos a Ioh. Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae ex testamento addictos, num. XI. notatus; quo continetur.

Apocalypsis S. Iohannis evangelistae e graeca lingua in copticam conversa, adiecta e regione interpretatione arabica. Titulus, cum initiis capitum, auro et minio distinguitur: in margine positae sunt variae lectiones tam arabicae quam copticae versionis, eaeque accuratissimae. Capiti autem XXXII. (sive XXII. vulgatae editionis) additur anonymi adnotatio de lapidibus pretiosis portarum caelestis Hierusalem, eorumque variis nominibus, ex scala seu lexico coptico, potissimum desumptis. Porro apocalypsis incipit fol. 1. 2. *Benedictio*, seu *deprecatio*, quae lectioni sacrarum homiliarum a patriarcha vel episcopo seu presbytero praemitti solet. Incipit fol. 98.

Is codex exaratus fuit anno Christi 1345, ut haec ostendunt librarii coptica verba, quae fol. 102. a terg. leguntur. " Explicit hic liber. Scripsi autem " ipsum manu mea; et quidem character mihi demonstrat, eundem mihi " propediem demigraturo esse derelinquendum. O qui inhabitas domum, ne ob-

„ liviscaris demigrationis; omnes enim habitatores domorum demigraturi sunt. „ Consequitur arabice. “ Absolutus est autem ope Dei excelsi liber sanctae apocalypseos, „ quae est visio S. Iohannis evangelistae, cuius per preces Deus misereatur nostri, feria sexta hebdomadae sextae sancti ieiunii, die 15. mensis pharmuthi „ (aprilis) anno 1061. sanctorum martyrum. Legavit illum sibi, et cui post ipsum „ Deo excelso placuerit, humilis, egenus, impotens, terra infructuosa, omni scelere impurus, virtutibus omnibus expers, peccator, omnium hominum nequissimus, Iohannes filius Abul-Mennae, filii Alcadisi, qui rogat omnes amicos suos „ sinceros, qui legerint et viderint hunc librum, ut castigent atque corrigant errata illius, pro sua prudentia, quoniam ausus sum fungi munere mihi ignoto etc. „ Hanc epigraphem, omisso librarii nomine, sic interpolat Kircherius loc. cit. pag. 193. ubi hunc codicem commemorat. .“ Die veneris, 25. mensis pharmuthi „ anno 1061. SS. martyrum, et illa erat septimana sexta ieiunii sancti. Det Deus „ de benedictione sua continentiam animae meae, et cui voluerit Deus excelsus „ post me abiectum, vilem, pauperem, omnibus meritis et excellentiis privatum, „ peccatorem inter mortales maximum „.

XVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 129, partim copticis partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos, a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, num. XII. signatus; quo continetur.

Euchologium, sive missale, ad usum ecclesiae alexandrinae, coptico-arabicum, cum rubricis accuratissimis; quo continetur 1. Ordo missae: incipit ab orationibus, quae statim dicuntur ac paratur altare; atque ita omnes ritus et preces complectitur tam ad inferenda oblata, quam ad lectiones sacrarum scripturarum; quarum ultima ex evangelio est, usque ad osculum pacis; quod iuxta ecclesiae orientalis ritum consecrationi praemittitur. Initium fol. 1. 2. Anaphora, seu liturgia S. Basilii magni, quae incipit fol. 31. 3. Anaphora S. Gregorii theologi, quae incipit fol. 64. 4. Anaphora S. Cyrilli alexandrini, principio mutila, et perperam compacta: folium enim num. 102. signatum adiungi debet folio 109: incipit a media oratione adversus infideles et haereticos fol. 110. 5. Consequuntur nonnullae orationes et benedictiones copticae, quarum I. benedictio panis post missam distribuendi incipit fol. 121. a terg. II. benedictio cibi, fol. 124. III. oratio ad gratias agendas post mensam, fol. 125. a terg. IV. benedictio aquae, fol. 126. V. ordo renovationis calicis si ei aliquis defectus acciderit, auctore Iohanne episcopo Brullos. Titulus cum rubrica arabicus, cetera coptica, fol. 127. Tres praedictae anaphorae, seu liturgiae, una cum ordine missae Coptitarum, latine et graece prodierunt Parisiis anno 1716. in 4, opera et studio Eusebii Renaudotii, qui et doctissimas notas adiecit; coptice vero et arabice, cum orationibus et benedictionibus supra memoratis, Romae typis S. Congregationis de propaganda fide, anno 1736. in 4; expunctis tamen Severi, Dioscori, Iacobi Baradaei, aliorumque monophysiticae

sectae, cui addicti sunt Coptitae, auctorum, seu propagatorum ac defensorum nominibus, quae in diptichis huiusce codicis memorantur.

Is codex exaratus fuit anno Christi 1288. a Petro episcopo Kisi, curante diacono Nephisio. Sic enim fol. 129. in calce arabice habetur. " Curavit hocce sanctum euchologium filius benedictus, pius christianus, orthodoxus, diaconus „ Nephisius, filius fratris iusti, sancti, puri, abstinentis, presbyteri Euphemii, „ civis asnanus (seu athenopolitanus). Curavit autem illud opera et aere suo, ut „ lectione ipsius sese confirmaret. Deus illuminet oculos cordis eius ut legat, in- „ telligat, et faciat quae legit, et retribuat illi mercedem laboris in vita aeterna, „ prout promisit in sancto evangelio suo: pro uno triginta sexaginta et centum, „ et in fine vitam aeternam. Completus autem fuit hic liber mense emscir (fe- „ bruario) anno sanctorum martyrum 1004, per pauperem, humilem, Dei gratia „ nuncupatum ministrum, i. e. episcopum, sedis Kisi, Petrum nomine, qui rogat „ omnes qui hunc librum viderint, ut adprecentur ei indulgentiam. Et qui ali- „ quid dixerit, esto ei consimile duplicatum. Et pax Domini, quae descendit „ super sanctos eius apostolos, descendat super illum, amen. Et laus Deo in ae- „ ternum. „

XVIII.

Codex in 16. bombyc. foliorum 259, partim copticis partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim quartus; quo continetur.

1. Ordo eorum, quae sacerdoti peragenda ac dicenda sunt in ecclesia, ad vesperas, matutinum, et missam; cum rubricis arabicis, orationibus vero et lectionibus copticis: adiectis e regione earum arabicis interpretationibus. Init. fol. 1. 2. Ordo ministerii missae S. Basilii, cum rubricis arabicis, ceteris vero coptico-arabicis. Init. fol. 105. a terg. Is codex ante annum Christi 1318. exaratus fuit; quemadmodum liquet ex adnotatione censoris eiusdem codicis, quae fol. 256. legitur his verbis. " Recognovit hoc sacrosanctum euchologium servus humi- „ lis Gabriel, nomine tenus non vero opere presbyter etc., mense abibo, anno „ martyrum 1034 „.

XIX.

Codex in 4. chartaceus, fol. 144. partim copticis, partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices arabicos ex Aegypto, Iosephi Simonii Assemani opera, in vaticanam bibliothecam inlatos, olim vigesimus; quo continetur.

1. Anaphora seu liturgia S. Basilii, praeposito ordine missae, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum; coptice et arabice. Incipit fol. 1. 2. Ordo thurificationis ad vesperas et matutinum, coptico-arabicus, fol. 110. Is codex exaratus fuit anno Christi 1715, ut haec ostendit epigraphe quae in clausula liturgiae S.

Basilii, fol. 103. a terg. legitur. " Absoluta est et completa liturgia S. Basilii, ope „ Dei: et complementum eius fuit feria 6. benedicta, 9 mensis paoni (iulii) bene- „ dicti, anno 1431. sanctorum martyrum, quorum benedictiones sint nobiscum, et „ custodiant nos usque ad extremum spiritum, amen. Kyrie eleison. „

XX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 156, partim copticis partim arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, olim decimus quartus; quo continetur.

1. Euchologium, seu missale copticum, adiecta e regione interpretatione arabica. Videlicet 1. anaphora seu liturgia S. Gregorii theologi, titulo tamen et tribus prioribus orationis versibus mutila, incipit fol. 1. 2. Anaphora seu liturgia S. Cyrilli, fol. 70. 3. Oratio pro patriarcha defuncto, incipit fol. 150. 4. oratio fractionis, hostiae scilicet, fol. 151. Is codex scriptus fuit anno Christi 1315, ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 148. in calce liturgiae S. Cyrilli leguntur. " Ego pauper et infirmus scriptor Petrus filius, i. e. monachus, monasterii Psogo- „ mendi, descripsi hunc librum. Et Dominus misereatur mei. Amen. Anno marty- „ rum 1031 „. Pertinuit olim ad monasterium S. Antonii; sic enim fol. 150. habetur. " Hoc euchologium legavit archipresbyter Iohannes abbas monasteriorum Ara- „ biae, et addixit monasterio S Antonii magni.

XXI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 67, partim copticis partim arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, olim decimus quartus; quo continetur.

Anaphora seu liturgia S. Cyrilli, coptico-arabica, quae in indice ms. vaticano, cuius auctor Kircherius, perperam sancto Marco evangelistae tribuitur; incipit fol. 1. Titulus picturis arabicis circum ornatus; rubricae vero cinnabari distinctae. Is codex scriptus fuit anno Christi 1333, ut haec docet epigraphe quae fol. 66. a terg. legitur. " In nomine patris et filii et spiritus sancti, trinitatis „ aequalis, unius Dei quem adoramus et conlaudamus in aeternum, amen. „ Completus est hic benedictus liber, qui continet liturgiam S. Cyrilli die 24. „ mensis emscir (februarii) anno martyrum 1059, hegirae 743, in pace Domini, „ amen. Curavit autem illum pater sanctus monachus sacerdos Dei eiusque mi- „ nister, presbyter Iohannes, filius ecclesiae patris nostri archipresbyteri Iohannis „ abbatis montis Scetis, in deserto P. N. S. Macarii, opera et aere suo, ut reci- „ tent ex eo; et sit ei in memoriam sempiternam, amen; ut Christus Deus det ei „ pro terrenis caelestia, et pro caducis mansura in caelesti Hierusalem, amen. „

XXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 74, partim copticis partim arabicis litteris et sermone descriptus, inter codices copticos, a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, olim vigesimus; quo continetur.

Anaphora seu liturgia S. Cyrilli, coptico-arabica, fine tamen mutila; incipit fol. 1. Is codex exaratus fuit ante annum Christi 1580, ut haec ostendunt eius domini verba, quae in fronte leguntur: "Dominus huius libri est humilis peccator „ Amin-Addaula Barsauma Al-sciammah (i. e. candelarum opifex); et nemo contendat esse suum vel ex iure, vel ex hereditate, nisi post obitum humilis „ harum litterarum scriptoris, Amin-addaulae Barsaumae Georgii, candelarum opificis, ministri ecclesiae martyrum apud Alexandriam, Dei excelsi gratia custoditam. Scripta haec sunt die dominica benedicta 19. mensis emscir (februarii) benedicti, anno 1296, qui respondet diei 28. mensis alhagget-alharam, anno „ hegirae arabicae 988; cuius finem Deus excelsus faciat in bonum, et in pacem. „ Et Deus sit spes nostra. Amen.

XXIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 33, partim copticis partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, olim vigesimus quartus; quo continetur.

1. Oratio veli, ex liturgia S. Gregorii theologi, fine mutila; copt. arab. Incipit fol. 1. 2. fragmentum deprecationis pro patriarcha a diacono dicendae, copt. arab. fol. 2. 3. laudes seu versiculi ex psalmis de nativitate Domini, eiusque epiphania, ad matutinum, copt. arab. fol. 3. 4. laudes, seu versiculi ex psalmis de quadragesima ad matutinum, fine mutila, copt. arab. fol. 18. 5. lectio evangelica, ex Ioh. cap. 3, ubi de Nicodemo, in consecratione aquae baptismalis, et in vestiendis monachis recitanda, fine tamen mutila; praemissis versiculis ante praedictam lectionem alternatim canendis, copt. arab. fol. 19. 6. fragmentum orationis fractionis, hostiae scilicet consecratae, copt. tantum, uti ea quae sequuntur, incipit fol. 25. 7. cantus de Deipara, de resurrectione Domini, et de apostolis, init. fol. 28. a terg. 8. commemoratio vivorum et defunctorum in missa, principio mutila, fol. 37. Index vetus ms. vaticanus hunc codicem ita recenset. " In „ hoc libro continetur oratio dicenda ante missam D. Gregorii, arabice et coptice, et evangelium D. Iohannis de Nicodemo, a pag. 1. usque ad 24; post quam „ habetur catechismus copticus totus in lingua coptica „. Is autem codex saeculo XIV. videtur exaratus.

XXIV.

Codex in fol. bombyc. foliorum 271, partim copticis, partim arabicis litteris

et sermone eleganter exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae addictos, olim trigesimus primus; quo continetur.

1. Anaphora, seu liturgia S. Basilii; praeposito ordine missae, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum, coptico-arabica. Init. fol. 1. 2. anaphora, seu liturgia S. Gregorii nazianzeni, cognomento theologi, coptico-arabica. Init. fol. 97. 3. anaphora, seu liturgia S. Cyrilli alexandrini, coptico-arabica. Init. fol. 160. 4. benedictio panis post missam distribuendi coptico-arabica, uti et ea quae sequuntur. Init. fol. 241. 5. ordo thurificationis ad vesperas, et matutinum, fol. 265. 6. ordo renovationis calicis, si ei aliquis defectus acciderit, praeposita rubrica, fol. 268. Is codex ad saeculum XIV. referendus videtur, si nonnulla chartacea folia excipias, quae circa medium et finem recenter suppleta sunt.

XXV.

Codex in 16. bombyc. foliorum 229, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices copticos a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim quinquagesimus secundus; quo continetur.

1. Anaphora seu liturgia S. Basilii, praeposito ordine missae, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum; coptico-arabice, uti et ea quae sequuntur. Init. fol. 1. 2. anaphora seu liturgia S. Gregorii. Init. fol. 91. 3. liturgia S. Cyrilli, fol. 130. 4. S Iacobi apostoli oratio osculi pacis, fol. 198. 5. ordo renovationis calicis, fol. 199. 6. oratio fractionis hostiae, fol. 201. a terg. 7. ordo thurificationis ad vesperas, et matutinum, fol. 212. a terg. 8. oratio pacis, fol. 214. a terg. 9. oratio pacis alia, auctore Severo patriarcha antiocheno, fine mutila, fol. 215. a terg. 10. oratio ante cibum, fol. 220. 11. oratio super aquam, fol. 221. 12. oratio gratiarum actionis post cibum, fol. 220. 13. oratio super aquam, eadem atque superior, fol. 221. 14. oratio super itinerantes. Init. fol. 221. a terg. 15. benedictio olei, fol. 224. 16. precatio ad Dominum nostrum Iesum Christum, in modum exorcismi adversus morsum animalium venenosorum, fol. 224. a terg. 17. orationes et benedictiones variae. Incipiunt fol. 226. 18. paraphrasis in canticum I. Mosis, ex exodo, fol. 228. a terg. 19. paraphrasis in psalmum Davidis XLVIII, fol. 229. Is codex exaratus fuit anno Christi 1491. Sic enim in clausula liturgiae S Cyrilli fol. 90. legitur. " Recensuit hocce euchologium benedictum, sive tres „ liturgias, servus peccator, egenus, humilis, qui sperat in misericordia Domini sui, „ Ioseph filius Iohannis, nomine tenus diaconus: et provolutus ad pedes omnium, „ qui in hoc euchologio legerint, orat eosdem, ut adprecentur ei veniam pec„ catorum et delictorum. Et si quis aliquid dixerit, retribuat ei Dominus, prout „ dixit in sancto evangelio, triginta sexaginta et centum in caelesti Hierusalem, „ in regno caelorum. Amen. Explicit id anno sanctorum martyrum 1207.

XXVI.

Codex in 4. bombyc. foliorum 232, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone eleganter exaratus; quo continetur.

Euchologium, seu missale copticum, addita e regione interpretatione arabica. Videlicet ordo missae, cum liturgia S. Basilii. Incipit fol. 1. Liturgia S. Gregorii theologi, fol. 97. Liturgia S. Cyrilli, fol. 160. Tituli liturgiarum, cum rubricis cinnabari sunt distincti, et picturis arabicis circum ornati. Is codex scriptus fuit anno Christi 1616. Sic enim fol. 231. a terg. legitur. " Mementote mei, " quaeso, patres et fratres mei, et dicite propter amorem Dei: Domine miserere " infirmi inter creaturas, qui Deo non placet. Ecce prostratus, quaeso, ne ad peccata mea multa respiciatis, quia non intelligo quod scripsi, ego humilis et miser, " indignus homo, etsi diaconus sim, nomine Salomon Arisci, filius Michaëlis, ex " civitate Scobonia. Domine, dona eis requiem. Amen, fiat. Scripta haec sunt die " 29. mensis barmahat (martii) anno martyrum 1332, in pace Dei. Amen. ". Additur fol. 232. arabice ab eodem calligrapho. " Explicit die 29. mensis barmahat anno martyrum 1332. in pace a Deo. Amen.

XXVII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 130, partim coptico, partim arabico charactere et sermone eleganter conscriptus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos olim trigesimus septimus; quo continetur.

1. *Diaconale* coptico-arabicum, sive preces cantus et responsoria, quae ad diaconum sacerdoti celebranti ministrantem spectant. Titulus aureis litteris descriptus, rubricae vero cinnabari distinctae. Incipit fol. 1. 2. Canones XXXIV, sive cantus elata voce a diacono et choro alternatim recitandi, in adoratione S. crucis; ex quibus IX. de cruce. I. de deipara Virgine. I. de festo S. crucis. I. de nativitate Domini. I. de martyribus, et sanctis. VII. de festis dominicis, nempe de annunciatione B. M. V, de epiphania, de dominica palmarum, de resurrectione Domini, de ascensione et de pentecoste. IV. de dominicis adventus. I. de ieiunio ninivitico. VII. de quadragesima, ad totidem hebdomadae dies; copt. arab. Incipiunt fol. 31. 3. *Psaliae*, sive cantus VII de angelis et sanctis, ad vesperas et matutinum recitandi, copt. arab. fol. 91. Is codex XIII. Christi saeculo videtur exaratus. Ex eo expressum est diaconale, cum canonibus seu cantibus per anni circulum recitandis, quod missali coptico-arabico, Romae typis S. Congregationis de propaganda fide vulgato, praefixum est.

XXVIII.

Codex in 8. foliorum 100, coptico charactere elegante exaratus, inter codi-

ces copticos, a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos olim quintus; quo continetur.

1. *Diaconale*, seu preces, cantus, et responsoria, quae ad diaconum sacerdoti celebranti ministrantem spectant; coptice cum titulis, et rubricis tantum arabice versis. Incipit fol. 1. 2. Hymnus angelicus, cum ceteris canticis, ad primam persolvendis. Fol. 63. Is codex scriptus fuit anno Christi 1307, ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 100. a tergo arabice leguntur. " Precor cum „ charitate spirituali omnes, qui in hunc librum inciderint, ut dicant: domine „ Deus noster Iesu Christe, dimitte peccata servi miseri calligraphi Thomae fi- „ lii Cosmae, filii presbyteri Iacobi Assadidi, filii Meligi presbyteri, nomine te- „ nus monachi in monasterio S. Antonii. Scripsit illum cum moraretur in urbe „ Cahira a Deo custodita. Idque die 6. mensis thoth septembris, an. 1023. sanc- „ torum martyrum. Concedat nobis Deus intercessionem eorum: et qui dixerit, igno- „ scat ei Deus, ignoscet illi Deus: quoniam evangelium sanctum dicit, in qua „ mensura mensi fueritis, remetietur vobis, et adiicietur vobis.

XXIX.

Codex in fol. chartac. foliorum 447, copticis litteris et sermone elegantissime scriptus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide bibliothecae vaticanae addictos, num. XX. apud Assemanum bibl. orient. tom. III. p. 640. notatus; quo continetur.

Katameros, id est psalmi et lectiones, ex actis apostolorum, ex septem epistolis canonicis, et epistolis Pauli, et ex evangelio, ad vesperas matutinum et missam, quae secundum alexandrinae ecclesiae ritum per anni circulum recitantur, coptice cum rubricis arabicis. Tomus I. in duas partes distributus; quarum prima recitatur dominicis priorum sex anni mensium, hoc est thoth, baba, habur, chiach, tuba, et emscir. Init. fol. 1. In fine vero fol. 267 haec arabice adnotata reperies. " Absolutum et completum est dominica quinta ex prioribus sex mensibus anni, „ in pace quae a Domino. Complementum autem descriptionis huius sancti *ka-* „ *tameri*, qui recitatur sex prioribus anni mensibus, a thoth ad emscir, hoc „ est a septembri ad februarium, fuit feria tertia benedicta, 5. mensis mesori „ (augusti) benedicti anno 1428 beatorum martyrum. Det nobis Deus gratiam suam „ per preces et intercessionem eorum coram tremendo tribunali, amen; qui res- „ pondet diei 6 mensis regeb, anno hegirae 1123, (Christi 1712.) Scriptor vero huius „ *katameri*, servus humilis nuncupatus diaconus Raphaël, filius presbyteri Kyrio- „ duli, fil. Dioscori, fil. Salibi ex regione Biarath, incola civitatis Achmim (Pa- „ nopoleos) orat patres et fratres, ut adprecentur ei veniam peccatorum. Qui au- „ tem offenderit in eo erratum, idque emendaverit, meliorem faciat Deus illius „ conditionem. Et qui aliquid dixerit, esto ei consimile sive in bonum sive in „ malum, iuxta dictum sancti evangelii. Amen. Et Deo gratias semper. „ Altera pars recitatur in festis S. Iohannis Baptistae, crucis dominicae, Georgii martyris, Michaëlis archangeli, viginti quatuor seniorum, Mercurii martyris, annunciationis B.

M. V., nativitatis Domini, Stephani protomartyris, Dioscori, Asclepii, eorumque filiorum in urbe Achmim, epiphaniae Domini, quadraginta martyrum, Macarii abbatis, et SS. Petri et Pauli apostolorum. Init. fol. 268. Descripta est haec altera pars ab eodem Raphaële diacono coptita, exeunte mense augusto eiusdem anni martyrum 1428 (Christi 1712.) ut haec ostendunt eiusdem verba, quae fol. 417. in calce leguntur. " Explicit quod legendum est ex sectionibus in festo „ patrum nostrorum apostolorum, quod incidit in diem 5. abibi; in pace quae „ est a Domino, amen. Finis autem descriptionis huius sancti libri, qui legitur „ in festis peculiaribus, accidit feria 3 benedicta, 2. mensis parvi benedicti, an„ no 1428. sanctorum martyrum. Det nobis Deus gratiam suam in tremendo tri„ bunali per preces et intercessionem eorum, amen: qui respondet diei 4. mensis „ sciaabani, anno hegirae arabicae 1123. Calligraphus autem servus humilis, no„ mine diaconus Raphaël, filius presbyteri Kyrioduli etc. ut in superiore epigraphe.

XXX.

Codex in folio chartac. foliorum 408, copticis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, num. XXI. notatus; quo continetur.

Katameros, id est psalmi et lectiones ex novo testamento, ad vesperas, matutinum, et missam, coptice cum rubricis arabicis, tomus alter recitandus in dominicis et festis, quae sequuntur. Videlicet in dominicis quadragesimae usque ad resurrectionis dominicam inclusive. Init. fol. 1. In dominicis pentecostes, a dominica nova, sive in albis, usque ad dominicam pentecostes, nec non in festo ascensionis Domini. Incipit fol. 125. In dominicis mensium bescensii, baonae, abibi, mesori, et mensis parvi, fol. 232. Is codex exaratus fuit a Raphaële diacono coptita anno Christi 1714. Sic enim in fine habetur. " Et fuit com„ plementum descriptionis huius sancti *katameri*, qui recitatur in dominicis sancti „ ieiunii quadragesimalis usque ad finem anni, feria quarta benedicta, 5. men„ sis thoth sancti benedicti, anno 1430. martyrum, qui respondet diei 22. mensis sciaabani, anno lunari hegirae 1125. Et calligraphus huius *katameri* servus humilis diaconus Raphaël, filius presbyteri Kyrioduli, fil. Dioscori, fil. Salibi, ex regione Biarath, incola civitatis Achmim, rogat patres et fratres, qui hunc librum legerint, ut adprecentur ei veniam peccatorum.

XXXI.

Codex in folio chartac. fol. 414, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales, a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, num. XXII. notatus; quo continetur.

Katameros, id est psalmi et lectiones ex scriptura, tomus tertius recitandus in hebdomada maiore, a dominica palmarum ad matutinum Domini. Inter sacras lectiones habentur 1. homilia seu catechesis S. P. N. Senuthii, quae legitur

feria 2. ad primam. 2. eiusdem homilia in feria 2. ad 11. horam. 3. eiusdem homilia in feria 3. ad primam. 4. homilia S. Iohannis chrysostomi in feria 4. ad 11. horam. 5. S. Senuthii abbatis homilia in feria 4. ad primam. 6. Severiani episcopi Gabalorum homilia in feria 4. ad 11. horam. 7. Iohannis chrysostomi homilia in feria 6. ad primam horam. 8. S. Athanasii alexandrini homilia in feria 6. ad 11. horam. 9. Severi episcopi antiocheni homilia in sabbatho sancto, sive praeconium in resurrectionem dominicam, tono *illuminare illuminare Hierusalem*, alternis choris canendum, arabice.

Is codex exaratus fuit anno Christi 1711. Sic enim fol. 414. in calce habetur. " Explicit hoc sanctae hebdomadae officium feria 4. benedicta, die 29. ,, mensis tybi (ianuarii) benedicti, anno aegyptiaco SS. martyrum 1427. Elargiatur nobis Deus preces eorum in conspectu tremendi tribunalis, amen. Praedictus autem mensis respondet diei 16. dilhegge benedicti, anno 1122. arabicae ,, hegirae. Huius vero libri calligraphus, servus abiectus, cuius peccata longitudinem et latitudinem terrae impleverunt, nomine Raphaël, filius presbyteri ,, Christoduli, ex oppido Biarath oriundus, et Achmim (Panopoleos) incola, ,, rogat patres et fratres qui hunc librum viderint, ut veniam peccatorum ei ,, adprecentur. Qui autem hoc sanctum officium describi curavit, is fuit magister ,, Sion, filius Mansuri, fil. Salomonis Gannami achmimensis, seu panopolitani; ,, qui proinde misericordiam animae suae et peccatorum suorum veniam conse- ,, qui desiderat. Laus Deo semper.

XXXII.

Codex in folio chartac. foliorum 271, copticis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales, a sacra Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, num. XXVIII. signatus; quo continetur.

Katameros, sive psalmi et lectiones, ad vesperas matutinum et missam dicendae in dominicis sex priorum anni mensium, videlicet thoth, hatur, chiach, tuba, et emscir; nec non in diebus 28. et 29. mensis chiach, in nativitate Domini, et in dominica quinta singulorum praedictorum mensium; coptice cum rubricis arabicis. Fol. 1. Is codex descriptus fuit a Mercurio filio Isaaci anno Christi 1723, ceu ipse fol. 271. in calce testatur his verbis. " Explicit dominica quinta, oc- ,, currens in aliquo ex prioribus sex anni mensibus, nempe a toth ad emscir (a ,, septembri ad februarium) in pace Domini, amen. Calligraphus autem pauper, ,, humilis, vilis peccator, impos, piger, abiectus, minimus, Mercurius filius ,, Isaaci mellarii, provolutus ad pedes eorum, qui illustrem hunc codicem legerint, ,, rogat eosdem ut adprecentur ei et parentibus ipsius indulgentiam. Et qui ,, aliquid dixerit, esto ei consimile in regno caelorum. Finis autem descriptio- ,, nis huius sancti *katameri* fuit feria sexta, 4. mensis chiac, anno coptico SS. mar- ,, tyrum 1439. etc.

XXXIII.

Codex in folio chartaceus foliorum 326, copticis litteris et sermone elegan-

ter exaratus inter codices orientales a sacra Congregatione de propaganda fide bibliothecae vaticanae addictos, num. XXIX. notatus; quo continetur.

Katameros, sive psalmi et lectiones ex novo testamento, in dominicis quadragesimae et pentecostes, a dominica ingressus ieiunii quadragesimalis, usque ad pentecosten inclusive dicendae; nec non in dominicis post pentecosten usque ad finem anni; coptice cum rubricis arabicis. Incipiunt fol. 1. Is codex descriptus fuit A. C. 1719. Sic enim fol. 326. in fine habetur. " Absolutus, perfectusque est hic liber „ benedictus sabbatho benedicto, die 19. mensis baonae benedicti, anno 1435. SS. „ martyrum, qui respondet diei 6. mensis sciaabani, anno arabico lunari 1131. Calli- „ graphus autem mendicus orat et obsecrat legentes hunc benedictum librum, ut „ adprecentur ei veniam peccatorum atque delictorum. Quisquis vero offenderit in „ eo aliquod erratum, illudque emendaverit, ampliorem faciat Deus eius famam „ per intercessionem dominae matronae Virginis, et martyrum, et sanctorum, et „ anachoretarum, et athletarum, qui complacuerunt in bonis operibus suis, amen. „ Kyrie eleison; et laus Deo semper in aeternum. "

XXXIV.

Codex in folio chartaceus foliorum 298, copticis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, num. XXX. notatus; quo continetur.

Katameros, sive officium hebdomadae maioris, a dominica palmarum ad dominicam resurrectionis inclusive; copticum cum rubricis arabice scriptis. Init. fol. 1. Huic inseruntur 1. S. Patris nostri Senuthii homilia, seu catechesis ad 1. horam feriae 2. recitanda. Init. fol. 43. 2. Eiusdem catechesis ad 11. horam feriae 2. Init. fol. 60. 3. Eiusdem catechesis ad 1. horam feriae tertiae. Init. fol. 80. 4. S. Iohannis chrysostomi catechesis ad 11. horam feriae 3. Init. fol. 107. 5. S. Senuthii abbatis catechesis ad 1. horam feriae 4. Init. fol. 126. 6. S. Severiani episcopi Gabalorum catechesis ad 11. horam feriae 4. Init. fol. 144. 7. S. Iohannis chrysostomi catechesis ad 1. parasceves. Init. fol. 227. 8. S. Athanasii alexandrini catechesis ad horam 11. horam parasceves. Init. 263. Severi episcopi antiocheni praeconium resurrectionis tono *illuminare illuminare Hierusalem*, alternis choris canendum, addita paraphrasi arabica, fol. 297. Is codex circa initium saeculi XVIII. exaratus fuit.

XXXV.

Codex in fol. membr. foliorum 57, copticis litteris et sermone elegantissime conscriptus, inter codices copticos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos, num. III. signatus; quo continentur.

Antiphonae et responsoria per annum, et in festis sanctorum. Is codex ad duodecimum Christi saeculum videtur referendus.

XXXVI.

Codex in 4. chartac. foliorum 396, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales vaticanae bibliothecae a S. Congregatione de propaganda fide addictos, num. XXIII apud Assemanum loc. cit. pag. 640. signatus; quo continetur.

Psalmodia, seu cantus et odae de Christo domino, de B. V. Maria, de sanctis et angelis, de adventu Domini, qui in mensem chiach (decembrem) incidit, per hebdomadam distributae. 2. Accedit doxologia sive cantus in quadragesima, dominica resurrectionis, ascensione Domini, in festis de S. cruce, B. V. Maria, Michaële, Gabriele, Raphaële, et Uriele archangelis, quatuor animalibus, et viginti quatuor senioribus in apocalypsi memoratis, omnibus angelis, Iohanne Baptista, centum quadraginta quatuor millibus puerorum, apostolis, Stephano protomartyre, Georgio M., Mercurio M., Menna M., tribus pueris, omnibus martyribus, Antonio abbate, Paulo eremita, Macario abbate, Macario episcopo, Macario presbytero, Iohanne nigro abbate, Pesaeo, Paulo thmuitano, Maximo et Domitio fratribus. Mose aethiope, XLIX martyribus Nitriae, omnibus monachis, Elia propheta, Marco evangelista, Severo patriarcha antiocheno, omnibus sanctis, Philotheo martyre, Victore martyre, Claudio martyre, Iulio martyre; ad usum patriarchae, qui sedem Marci tenet; interpretatione arabica e regione adiuncta. Init. fol. 3.

Is codex scriptus fuit A. C. 1709. ad usum Sionis al-Gannami; ut haec docet epigraphe, quae fol. 396. in calce legitur. " Et fuit complementum huius „ psalmodiae benedictae feria 3, 6. mensis hatur (novembris) anno coptico SS. „ matyrum 1425, qui respondet diei 29 mensis sciaabani, anno lunari hegirae 1120. „ Id vero factum est iussu filii benedicti diaconi honorandi, et principis laudabilis, magistri Sionis, filii magistri Mansuri, i. e. Victoris, cognomento al-Gannami, incolae civitatis Achmim, seu Panopoleos. „ Calligraphi nomen sub initium codicis fol. 1. a terg. adnotatum reperies hisce verbis. " In nomine patris et filii et spiritus sancti unius Dei, incipimus ope Dei excelsi, et bonitate „ eius providentiae, exscribere psalmodiam mensis chiach. Calligraphus est humilis, egenus, Michaël, filius Pilati fullonis „.

XXXVII.

Codex in 4. chartac. foliorum 264, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales, a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, num. XL. apud Assemanum loco cit. pag. 643. signatus; quo continentur.

Psaliae sive cantus, et odae de Christo domino, de B. V. Maria, de angelis, martyribus, et sanctis, per anni circulum, ut in praecedente codice; coptice cum arabicis rubricis. Initium fol. 1. Confer cum praecedente codice; unum enim, eundemque librum *psalmodiam* et *psalias* vocant. Is codex descriptus fuit a Iohanne Mercurio, presbytero monacho, A. C. 1623. Sic enim in fine, fol. 264. habetur. " Completae sunt *psaliae*, feria 4. benedicta, 27. mensis mesori bene-

„ dicti (augusti) anno 1339. SS. martyrum, quorum intercessio sit nobiscum,
„ amen. Calligraphus autem servus peccator, multorum criminum et delictorum
„ reus, nomine tenus non vero opere monachus, Iohannes Mercurius, immerito
„ sacerdos nuncupatus, implorat gratiam Dei, teque benigne lector enixe rogat,
„ ut eius memineris in bonum. Qui vero aliquid dixerit, Dominus parem ei mer-
„ cedem retribuat. Et pax tecum.„

XXXVIII.

Codex in 4. partim membraneus, partim chartaceus, foliis constans 295, copticis et arabicis litteris ac sermone exaratus, inter codices orientales vaticanae bibliothecae a S. Congregatione de propaganda fide addictos, num. XLVIII. notatus; quo continetur.

Psalmodia, seu cantus et odae de Christo domino, de B. Maria V., et de sanctis, per annum, ut in duobus praecedentibus codicibus; coptice, adiuncta e regione interpretatione arabica. Init. fol. 1. Is codex, si quidem chartacea folia sub initium et medium recenter suppleta excipias, ad decimum quartum Christi saeculum videtur revocandus.

XXXIX.

Codex in 8. bombyc. foliorum 302, copticis litteris et sermone descriptus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, num. XLIX. signatus; quo continentur.

Psaliae, sive laudes et odae de Christo domino, de B. Maria V., et de sanctis, ut in praecedente codice (cum responsoriis post lectiones evangelicas, per annum, et ad osculum pacis in missa recitandis) initio tamen et fine mutilae; coptice, cum rubricis arabicis. Init. fol. 4. Is codex, quem non immerito ad decimum quartum Christi saeculum referas, exaratus fuit a Davide filio magistri Georgii, ceu ipse fol. 155. adnotat hisce verbis. "Memento Domine, servi tui peccatoris, pauperis,
„ in peccatorum et delictorum mari submersi, famuli tui Davidis, filii magistri
„ Georgii, fil. Petri, ex oppido Phanuc filiorum Zaidi in provincia Mamphalutensi.

XL.

Codex in 8. bombyc. foliorum 254, partim copticis partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, num. LI. notatus; quo continetur.

Horologion, seu septem horae canonicae per hebdomadam, iuxta ritum ecclesiae alexandrinae Coptitarum; coptice cum interpretatione arabica e regione adiuncta. Is codex exaratus fuit A. C. 1334, ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 254. a terg. leguntur. " Mense tybi, anno martyrum 1050; regnan-
„ te Christo super nos. Propter Deum mementote mei egeni et abiecti calligra-

„ phi, ut Christus misericordiam suam mihi impertiatur, meaque peccata permulta „ dimittat. Qui vero legit, dicat amen, amen.

XLI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 153, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, num. L. apud Assemanum loc. cit. pag. 644. signatus; quo continetur.

Paraphrasis theotociorum, sive mystica verborum, quae in laudibus et canticis de deipara Virgine e sacra scriptura petitis occurrunt, explicatio per hebdomadam recitanda; coptice, adiuncta e regione interpretatione arabica. Init fol. 1. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur descriptus, si aliquot chartacea folia excipiantur, quae sub initium recenter suppleta sunt.

XLII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 132, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos vaticanos num. XIX. signatus; quo continetur.

Canon, sive officium adorationis in festo pentecostes, coptico-arabicum, in tres adorationes, seu partes distributum, quarum prima incipit fol. 2. a terg. Altera, fol. 44. a terg. Tertia, fol. 82. a terg. Subnectitur ordo orationis, sive ritus in adoratione dominicae pentecostes servandus, arabicus ex autographo Beniamini patriarchae Coptitarum alexandrini XXXVIII. descriptus. Initium fol. 132. Is codex scriptus fuit anno Christi 1316. Sic enim in clausula primae adorationis fol. 44. habetur. " In nomine patris et filii et spiritus sancti unius Dei. Hic liber „ benedictus legatus est ecclesiae dominae matronae virginis S. Mariae in vico inferiore Romaeorum (Graecorum) urbis Chairae a Deo custoditae. Quisquis illum „ vendendum, vel oppignerandum, aut quovis praetextu inde abtraxerit, remotus „ esto a gratia spiritus sancti, nec habeat sortem cum fidelibus. Scriptus autem „ fuit mense bescensio (maio) anno SS. martyrum 1032.

XLIII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 46, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos vaticanos num. XXIII. signatus; quo continentur.

Antiphonae et responsoria, in quadragesima et dominicis ac festis per annum, coptice cum titulis arabicis. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

XLIV.

Codex in folio bombyc. foliorum 125, partim copticis, partim arabicis litte-

ris longe elegantissimis exaratus, bibliothecae vaticanae ab Aloysio card. Capenio S. R. E. bibliothecario donatus, olim decimus tertius; quo continetur.

Euchologium, sive pontificale et rituale cum rubricis accuratissimis, copticoarabicum; quo continentur 1. ordinatio anagnostae, seu lectoris; incipit fol. 1. a terg. 2. ordinatio subdiaconi, fol. 4. 3. ordinatio diaconi, fol. 7. 4. ordinatio presbyteri, fol. 10. a terg. 5. ordinatio archipresbyteri, fol. 10. a terg. 6. ordinatio archidiaconi, fol. 14. a terg. 7. ordinatio seu consecratio episcopi, fol. 19. 8. ordinatio metropolitae sive archiepiscopi, fol. 31. a terg. 9. ordinatio patriarchae alexandrini, fol. 34. Hanc patriarchae alexandrini ordinationem sub titulo *ritus ordinationis alexandrini Iacobitarum patriarchae*, adiectis orationibus et benedictionibus instrumentorum altaris, quae sequuntur, latine et graece edidit Eusebius Renaudotius in collectione liturgiarum orientalium tom. I. a pag. 467. 10. benedictio baptisterii, fol. 60. 11. oratio seu consecratio omnium altaris instrumentorum, fol. 61. 12. consecratio disci et velorum eius, fol. 61. a terg. 13. consecratio calicis et mappularum eius, fol. 62. 14. consecratio cochlearis, quo sacerdos populo ministrare solet corpus et sanguinem Christi domini, fol. 62. a terg. 15. benedictio mapparum nigrarum altari superimponendarum, fol. 63. 16. benedictio imaginis, fol. 63. a terg. 17. oratio ad constituendum psalmistam, fol. 64. a terg. 18. oratio super eremitam inclusum, fol. 65. 19. oratio super reliquias SS. martyrum, fol. 65. a terg. 20. ordo conficiendi sacrum chrisma, et galilion, seu oleum laetitiae, nempe catechumenorum; praemissa praefatione arabica; in qua statuitur dies, scilicet feria quinta in caena Domini, et locus, nempe monasterium S. Macarii in valle Habib, ubi a patriarcha cum episcopis sacrum chrisma confici debeat; nec non praescribitur materia eiusdem chrismatis, scilicet oleum olivarum, quod tamen in pellibus nunquam fuerit positum, cinnamomum, casia, storax, spicae aromatum, cariophyllon, opobalsamum, lignum indicum, et crocum; cum certa quantitate ex singulis adhibenda. Init. fol. 69.

21. Ordo missae in consecratione chrismatis, fol. 75. 22. ordo missae in consecratione galilion, seu olei catechumenorum, fol. 85. 23. mystagogia, seu professio fidei, quam dominus noster Iesus Christus tradidisse dicitur discipulis suis; ante missam a fidelibus recitanda, fol. 88. 24. liber canonis sacri chrismatis, arabicus, inverso foliorum ordine, scilicet, iuxta Arabum scribendi rationem exaratus. Dividitur in quinque partes; quarum I. de confectione sacri chrismatis, eiusque renovatione apud Coptitas, incipit fol. 106. a terg. II. de modo coquendi sacrum chrisma; ubi de materia chrismatis, et de quatuor coctionibus eiusdem accurate sermo fit, fol. 101. III. historia confecti chrismatis a Theodosio alexandrino, Coptitarum patriarcha LXXIX, in ecclesia S. Mercurii, feria secunda hebdomadae maioris, anno martyrum 1015. (Christi 1299.) Incipit fol. 99. a terg. IV. excerpta ex tomo II. libri de medicamentis peculiaribus Abubakri Hamedis medici; ubi agitur de opobalsamo, et quaenam eius species in confectione chrismatis adhibenda, fol. 97. V. historia confecti chrismatis a Iohanne LXXX. Coptitarum patriarcha, feria secunda, 17. mensis barmudae (aprilis) anno martyrum 1021. (Christi 1305.) fol. 96. 25. consecratio ecclesiae, a fundamentis restitutae, vel ex parte reparatae, copt. arab. fol. 107.

Is codex ad sacculum XIII. videtur referendus. In eius calce haec adnotata reperies. " In nomine Dei. Curavit hunc venerandum librum consecrationum et confectionis chrismatis pater praestantissimus, amator peregrinorum „ et bonorum operum, studiosus doctrinae verbi Dei, castus, iustus, benefi-„ cus, alienus a rebus corporalibus, et a possessionibus, atque desideriis saecularibus, adsiduus in ieiunio, oratione et lectione sacrorum librorum, reverendus presbyter, nomine Asaad Phargialla, rector ecclesiae S. martyris Theodori ducis etc. „ Pertinuit olim ad ecclesiam SS. Sergii et Bacchi Alexandriae, ut fol. 94. legitur hisce verbis. " Gloria Deo semper, in aeternum. Domine salus. Perpetuo addictus, aeternumque legatus est hic liber ecclesiae SS. martyrum Sergii et Bacchi urbis Alexandriae a Deo custoditae; ut adhibeatur quum „ opus fuerit. Et nemini facultas esto (ex iussu Domini, cui laus) sub quovis „ praetextu illum a praedicta ecclesia abstrahendi. Et caveto a transgressione. Et „ pax Domini descendat super audientem, propter Deum, et obedientem; et gra-„ tia illum comprehendat, amen. Et Deo gratias in aeternum. Scripta haec sunt „ mense thoth (septembri) anno SS. martyrum 1230. (Christi 1514.) Eo autem anno Gabriel, patriarcharum alexandrinorum nonagesimus primus, Coptitis praeerat, ac proinde huiusce epigraphes, cuius formula *Domine salus*, quae a solis patriarchis adhiberi solet, scriptor censendus est.

XLV.

Codex in fol. chartac. foliorum 128, partim copticis partim arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim XXXIII; quo continetur.

Euchologium, seu pontificale, coptico-arabicum, ad usum ecclesiae alexandrinae Coptitarum, cum rubricis accuratissimis, quae tamen una cum adhortationibus ad ordinatos arabice tantum describuntur. Et primo quidem ordinatio episcopi incipit fol. 1. 2. ordinatio metropolitae; ubi adnotata reperies nomina sedium metropolitanarum, atque episcopalium patriarchatui alexandrino subiectarum, de quibus vide Renaudotium in consecratione patriarchae alexandrini, liturgiis orientalibus inserta. Init. fol. 24. 3. ordinatio anagnostae, seu lectoris, init. fol. 29. a terg. 4. ordinatio subdiaconi. Init. fol. 34. 5. ordinatio diaconi. Init. fol. 41. 6. ordinatio presbyteri. Init. fol. 51. 7. ordinatio hegumeni, seu archipresbyteri. Init. fol. 62. a terg. 8. benedictio monachi. Init. fol. 70. 9. benedictio monialis. Init. fol. 93. 10. benedictio abbatissae monialium. Init. fol. 105. 11. benedictio eremitae inclusi. Init. fol. 108. 12. oratio super lipsana martyrum et sanctorum. Init. fol. 111. a terg. 13. benedictio linteorum versicolorum altaris. Init. fol. 113. a terg. 14. oratio in consecratione omnium altaris instrumentorum. Init. fol. 114. a terg. 15. oratio in consecratione disci seu patenae, eiusque velorum. Init. fol. 115. a terg. 16. oratio in consecratione calicis et mapparum eius. Init. fol. 116. a terg. 17. oratio in consecratione cochlearis. Init. fol. 117. a terg. 18. benedictio imaginis. Init. fol. 118. a terg. 19. oratio super tabula lignea in

altari erigenda. Init. fol. 120. 20. consecratio urnae baptismalis, de uno loco in aliud translatae. Init. fol. 21. a terg. Is codex decimo septimo Christi saeculo videtur exaratus.

XLVI.

Codex in fol. chartac. foliorum 220, partim copticis partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim vigesimus sextus; quo continetur.

Euchologium, seu pontificale et rituale, coptico-arabicum ad usum ecclesiae alexandrinae Coptitarum; praeposito indice eorum quae ibidem exhibentur videlicet 1. absolutio seu benedictio puerperae. Init. fol. 5. 2. ordo sancti baptismi, fol. 7. 3. adhortatio ad baptizatos, S. Iohanni Chrysostomo tributa, arabice tantum, fol. 26. 4. oratio super baptizatum dicenda post ablutionem eius, quae octavo a baptismate die fieri solet, fol. 26. a terg. 5. laudes ex psalmis dicendae ad matutinum in epiphania Domini super pelvim aquae benedictae, fol. 27. a terg. 6. ordo lectionum, quae die 11. mensis tybi (ianuarii) epiphaniae Domini sacro, in memoriam Christi in Iordane baptizati, super aquas recitari solent, fol. 27. a terg. 7. consecratio altaris, fol. 40. 8. benedictio tabulae altaris, ex contactu extraneorum, sive alia de causa, pollutae; coptice cum rubricis tantum arabicis, fol. 46. a terg. 9. oratio in consecratione imaginis. fol. 47. 10. consecratio disci et velorum eius, fol. 47. a terg. 11. exequiae episcoporum, et patriarcharum, fol. 48. 12. exequiae presbyterorum, fol. 63. a terg. 13. exequiae diaconorum, fol. 66. a terg. 14. exequiae monachorum, fol. 69. a terg. 15. S. abbatis Senuthii adhortatio ad monachos, quum eorum aliquis obierit, arabice tantum, fol. 72. 16. exequiae monialium, fol. 72. a terg. 17. exequiae virorum laicorum, fol. 74. a terg. 18. exequiae puerorum, fol. 79. a terg. 19. exequiae mulierum adultarum, fol. 78. a terg. 20. exequiae mulierum ex puerperio mortuarum, fol. 80. a terg. 21. exequiae puellarum, fol. 82. 22. exequiae patriarcharum, aut episcoporum, presbyterorum, diaconorum, monialium, monachorum, virorum laicorum, puerorum, mulierum, et puellarum, in hebdomada maiore defunctorum, fol. 84. 23. lectiones sacrae in missis defunctorum recitandae. fol. 96. 24. lectiones aliae super sepulchris fidelium defunctorum, exactis ab eorum obitu diebus quadraginta, sex mensibus, et anno uno, fol. 97. a terg.

24. Oratio patris nostri S. Tarbi adversus morsum canis rabidi, una cum rubricis eorum, quae in recitatione ipsius et aliarum sacrarum lectionum super morsu saucium peragi debent, superstitiosa, fol. 100. 26. ordo adorationis in die pentecostes, coptico-arabice, exceptis rubricis quae arabice tantum descriptae sunt, fol. 124. 27. ordo dedicationis novarum ecclesiarum, iuxta caerimonias et ritus quos servavit Gabriel alexandrinus Coptitarum patriarcha LXXXIV. in dedicatione ecclesiae S. Mercurii Misrae, die dominica, 8. mensis bescensii (maii) anno martyrum 1127. Christi 1411, arabice, exceptis initiis precum et lectionum quae coptice exhibentur, fol. 125. 28. ordo lampadis, seu extremae unctionis, fol. 137. 29. canon, seu ordo lotionis pedum in festo apostolorum Petri et Pauli,

ante missam; auctore Petro episcopo Behensae, seu Tabennesiotarum, ut in titulo adnotatur (Folia num. 133. 134. et 135. signata huc spectant) fol. 152. 30. adhortatio ad monachos, postquam monasticum institutum professi fuerint; arabice, fol. 158. 31. ordo eorum, quae peragenda sunt aut legenda in benedictione monachi; arabice, fol. 159. 32. ordinatio lectoris, fol. 160. 33. ordinatio subdiaconi, fol. 162. 34. ordinatio diaconi, fol. 164. a terg. 35. ordinatio presbyteri, fol. 168, a terg. 36 ordinatio hegumeni seu archipresbyteri, fol. 137. 37. ordinatio archidiaconi, fol. 176.

38. Consecratio calicis, et velorum eius, fol. 177. 39. consecratio cochlearis, fol. 177. a terg. 40. consecratio linteorum altaris versicolorum, fol. 178. 41. ordo consecrationis baptisterii, coptico-arabicus, auctore Petro episcopo Behensae, fol. 179. 42. ordo renovationis calicis, si ei aliquis casus acciderit, fol. 190. a terg. 43. benedictio monachorum; coptice, si rubricas arabice tantum scriptas, excipias, fol. 193. 44. ordo vestiendi sacri schematis; coptico-arabicus, exceptis rubricis, et adhortatione postrema, quae arabice tantum exhibentur, fol. 196. 45. benedictio monialium, cum rubricis arabicis, fol. 199. a terg. 46. benedictio schematis virginum, coptice, cum rubricis et adhortatione postrema arabicis, fol. 209. a terg. 47. ordo sponsalium coptico-arabicus, fol. 205. 48. ordo matrimonii, coptico-arabicus, fol. 208. a terg. 49. ordo secundi matrimonii, sive viduorum, coptico-arabicus, fol. 218. Is codex exaratus fuit anno Christi 1719. ut haec ostendunt librarii verba, quae in calce lectionum in missa pro defunctis recitandarum, fol. 97. a terg. leguntur. " Absolutae et „ perfectae sunt hae exequiae feria secunda benedicta, 12. mensis abibi (iunii) „ anno martyrum 1435, qui respondet ultimo mensis sciaabani, anno Arabum 1131. „ Laus Deo „.

XLVII.

Codex in fol. bombyc. foliorum 90, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone conscriptus, inter codices orientales vaticanae bibliothecae ab Aloysio Petro card. Carafa addictos, olim septuagesimus secundus; quo continetur.

1. Ordo consecrationis chrismatis, copticus, cum interpretatione arabica recentius tamen ad marginem adiecta. Init. fol. 1. 2. ritus consecrationis chrismatis in monasterio S. Macarii, feria quinta maioris hebdomadae anno martyrum 649, Christi 933, peractae iuxta apographum manu Gabrielis alexandrini Coptitarum patriarchae exaratum, arabice ordine inverso. Init. fol. 90. Gabriel praedictus in serie patriarcharum alexandrinorum quinquagesimus septimus recensetur; ex monacho S. Macarii patriarcha ordinatus anno Christi 913. Obiit die 21. mechir, (hoc est 15. februarii) anno Christi 921. Is autem codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

XLVIII.

Codex in fol. chartac. foliorum 69, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales a sacra Congregatione de

19 *

propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim trigesimus quintus; quo continetur.

1. Benedictio puerperae quae masculum peperit, post diem quadragesimum, fol. 1. 2. benedictio puerperae quae feminam peperit, post diem octogesimum fol. 8. 3. ordo baptismi, fol. 12. a terg. Adnectitur in calce fol. 69. monitum „ collectum ab hegumeno Hieremia, huius codicis calligrapho, ex monito Athanasii episcopi Cusi ad sacerdotem baptizatorem." Is codex exaratus fuit anno Christi 1638. Sic enim in eius clausula fol. 69. a terg. legitur. " Absolutum et „ completum est ope Dei excelsi, quod legendum est in sancto baptismo, sabbatho be„ nedicto, die 28. mensis bescensii benedicti, anno purorum beatorum martyrum „ 1354. Impertiatur nobis Deus excelsus salutem per eorum acceptas orationes. Amen."

XLIX.

Codex in fol. bombyc. foliorum 100, partim copticis, partim arabicis litteris et sermone elegantissime exaratus, ex bibliotheca S. Andreae a Valle de urbe a cardinale Hieronymo Casanate S. R. E. bibliothecario comparatus, inter codices copticos vaticanos olim vigesimus quintus; quo continetur.

Euchologium, sive pontificale et rituale, ad usum ecclesiae alexandrinae Coptitarum, cum rubricis accuratissimis, coptico-arabicum. Tituli ordinationum, et consecrationum auro et minio expressi sunt. In eo autem ista habentur 1. Ordinatio anagnostae, sive lectoris, fol. 1. incipit. 2. Ordinatio subdiaconi, fol. 8. a terg. 3. Ordinatio diaconi, fol. 19. 4. Ordinatio presbyteri, fol. 32. 5. Ordinatio archipresbyteri, fol. 46. a terg. 6. Ordinatio archidiaconi, fol. 59. 7. Oratio in consecratione omnium altaris instrumentorum, fol. 65. 8. Oratio in consecratione disci et velorum eius, fol. 66. a terg. 9. Oratio in consecratione calicis et velorum eius, fol. 68. 10. Oratio in consecratione cochlearis, fol. 69. a terg. 11. Oratio in consecratione linteorum altaris versicolorum et corporalis, fol. 71. 12. Oratio in consecratione imaginis, fol. 72. a terg. 13. Oratio super reliquias SS. martyrum, fol. 74. a terg. 14. Ordo consecrationis sacri baptisterii, fol. 77. 15. Oratio et benedictio sacris ordinationibus secreto ab episcopo praemittenda, fol. 84. 16. Benedictio loculi calicis, et naviculae, sive areulae, ubi tus ponitur, et sacrorum indumentorum, fol. 86. 17. Benedictio, seu consecratio ecclesiae pollutae, fol. 87. 18. Ordo renovationis calicis, si ei aliquis defectus acciderit, fol. 89. a terg. 19. Adhortatio ad diaconos, postquam ordinati fuerint, arabice, fol. 100. 20. Adhortatio ad presbyteros ordinatos, arabice, fol. 99. 21. Adhortatio ad presbyteros monachos, post eorum ordinationem, itidem arabice, fol. 97. Tres praefatae adhortationes inverso ordine, scilicet iuxta Arabum scribendi rationem dispositae sunt. Is codex exaratus fuit sub Gabriele patriarcha Coptitarum 95, qui sedit annos 43, nempe, ab anno Christi 1526 ad 1569. ut superius monuimus. Sic enim fol. 95. a tergo habetur. " Et fuit complemen„ huius benedicti libri, tempore patris patriarchae abbatis Gabrielis, in serie pa„ trum patriarcharum sedis Marci nonagesimi quinti: perennet Deus excelsus prin-

„ cipatum eius. Curavit autem illius descriptionem pater honorandus Basilius epis-
„ copus Absai. Scripsit illum egenus, multorum peccatorum et delictorum reus,
„ cunctis virtutibus expers, qui indignus omnino est nomine hominis, propter
„ peccata et scelera sua; rogatque omnes qui legerint, aut viderint hunc librum, ut
„ adprecentur ei veniam peccatorum etc. Et quicumque aliquid dixerit, esto ei
„ consimile; et qui invenerit erratum illudque correxerit, Deus faciat finem eius
„ in bonum, per preces dominae nostrae Virginis, amen. Et laus datori intel-
„ lectus „.

L.

Codex in folio bombyc. foliorum 85, partim copticis partim arabicis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim trigesimus nonus; quo continetur.

1. Absolutio, seu benedictio puerperae quae masculum pepererit, post quadragesimum diem. Init. fol. 1. 2. Absolutio puerperae, quae feminam pepererit, post diem octogesimum. Init. fol. 9. 3. Ordo baptismi, fol. 14. a terg. 4. Ordo diei septimi post baptismum, fol. 79. a terg. Is codex scriptus fuit a quodam Gabriele presbytero ecclesiae Deiparae in vico Zoailae urbis Cahirae, uti fol. 38. et 85. in calce adnotatur. Eius vero aetas ad decimum sextum Christi saeculum videtur referenda.

LI.

Codex in 4. bombyc. partim copticis partim arabicis litteris exaratus, inter codices arabicos, a Petro Aloysio Carafa archiepiscopo larissaeo, a secretis S. Congregationis de propaganda fide, deinde S. R. E. cardinali episcopo portuensi, vaticanae bibliothecae addictos, num. LXXI. notatus; quo continetur.

1. Consecratio ecclesiae et altaris, copt. arabic. 2. Liturgia S. Gregorii theologi, copt. arab. 3. Liturgia S. Cyrilli alexandrini, copt. arab. [Hunc codicem desiderari, ipse Assemanus monet in catalogo ms.]

LII.

Codex in 4. chartac. foliorum 223, partim copticis partim arabicis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos, vaticanae bibliothecae a S. Congregatione de propaganda fide addictos, olim vigesimus quartus; quo continentur.

1. Ordo sponsalium, coptico-arabicus, cum rubricis accuratissimis, arabice tantum descriptis, incipit fol. 1. 2. Ordo legendorum super eos, qui matrimonio iunguntur, copt. arab., fol. 18. 3. Depositio coronae a capite sponsi die 7. post initum matrimonium, copt. arab. fol. 55. a terg. 4. Lectiones, e novo testamento et psalmis, in missa nuptiarum recitandae, copt. arab. fol. 61. 5. Ordo matrimonii secundi, hoc est viduorum, copt. arab. fol. 69. 6. Liber exequiarum, sacerdotum nempe, diaconorum, virorum, mulierum, puellarum, et puerorum, copt. arab., fol. 77. a terg. 7. Absolutio puerperae, si proles feminea fuerit,

copt. arab. fol. 143. 8. Ordo sancti baptismi, copticus cum rubricis arabicis, fol. 147. 9. Solutio cinguli baptizati, octavo a baptismate die peragenda, fol. 214. 10. Adhortatio ad nuper baptizatos, arabica, fol. 218.

Is codex exaratus fuit anno Christi 1707. ut haec ostendunt librarii verba, quae fol. 223. in calce leguntur. " Et fuit complementum huius sancti libri sabbatho benedicto, die 14. mensis emscir (februarii) benedicti, anno 1423. sanctorum „ martyrum (Deus nos adiuvet per benedictiones eorum, et per exauditionem pre- „ cum illorum coram tremendo tribunali, amen) qui respondet diei 17 mensis „ delcade, anno hegirae arabicae 1118. Scriptor vero huius libri est servus hu- „ milis, nomine diaconus, Raphaël filius presbyteri Kyrioduli, filii Dioscori ex „ regione Biarat, incola civitatis Achmim (Panopoleos). Et nemo illum sibi usurpet, „ praeter presbyterum Kyriodulum. Et rogat patres et fratres, qui legerint hunc „ librum, ut adprecentur ei veniam peccatorum. Et Deo gratias semper. „ Subnectitur haec adnotatio rubris litteris descripta. " Et emit hunc librum a patre „ nostro presbytero Kyriodulo magister Sion, filius magistri Mansur, filii magis- „ tri Salomonis, al-Gannami, qui commoratur Achmimi. Et nemo audeat illum „ sibi adindicare, praeter memoratum Sion „.

LIII.

Codex in 4. chartac. foliorum 158, partim copticis partim arabicis litteris ac sermone eleganter exaratus, inter codices orientales, a S. Congregatione de propaganda fide bibliothecae vaticanae addictos, olim vigesimus quintus; quo continetur.

Liber exequiarum, copt. arab., cuius index in calce habetur, videlicet 1. Exequiae episcoporum et patriarcharum, init. fol. 2. 2. Exequiae mulierum puerperio defunctarum, fol. 91. a terg. 3. Exequiae monachorum, fol. 103. 4. Exequiae monialium, fol. 117. 5. Exequiae defunctorum in hebdomada maiore, patriarcharum scilicet, episcoporum, presbyterorum, diaconorum, monachorum, monialium, virorum laicorum, puerorum, mulierum, et puellarum, init. fol. 127. Is codex exaratus fuit anno Christi 1707. Sic enim fol. 157. in calce legitur. " Et „ fuit complementum descriptionis huius libri benedicti, feria secunda benedicta, „ 6. mensis chiach, benedicti, anno coptico, sive martyrum, 1423. qui respondet „ 8. mensis ramadhani, anno hegirae arabicae 1118. Pertinuit olim ad Sionem filium Mansuri, filii Salomonis Gannami, achmimensem, seu panopolitanum, „ ut fol. 158. adnotatur.

LIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 134, partim copticis partim arabicis litteris ac sermone exaratus, inter codices copticos vaticanos olim decimus octavus; quo continetur.

Ordo benedictionis, seu consecrationis monachorum, coptice cum interpretatione arabica ad marginem coniecta, incipit fol. 1. 2. Ordo benedictionis sche-

matis monachorum, fol. 21. 3. Adhortatio ad viros, qui induti fuerunt veste angelica, et sancto schemate, nempe monachos, arabice, incipit fol. 56. a terg. 4. Adhortatio alia ad eosdem, arabice, fol. 5. a terg. 5. Consecratio monialium copt. arab., fol. 57. 6. Ordo benedictionis schematis monialium, copt. arabic., fol. 76. a terg. 7. Adhortatio ad mulieres, cum vestem angelicam et sanctum schema suscipiunt, arabice, fol. 103. a terg. 8. Ordo ministerii in vestiendo schemate monachali, arabice, fol. 107. a terg. 9. Homilia S. Epiphanii episcopi Cypri, de sepultura corporis Christi domini, sabbatho in parasceve, ad matutinum, vel ad tertiam legenda, arabice, fol. 123. 10. Homilia de Christi domini descensu ad inferos, absque auctoris nomine, principio mutila, arabice, fol. 134. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

LV.

Codex in 8. chartaceus foliorum 56, partim copticis partim arabicis litteris exaratus, inter codices arabicos, ex Aegypto Iosephi Simonii Assemani opera in vaticanam bibliothecam inlatos, olim vigesimus primus; quo continetur.

1. Ordo lampadis, seu extremae unctionis, arabicus copticus; praemissis nonnullis apophthegmatibus, sive sententiis moralibus arabicis, init. fol. 1. 2. Ordo solutionis cinguli nuper baptizatorum, quae fit octavo a baptitmate die, copticus arabicus; adiectis in calce aliis apophthegmatibus, seu sententiis moralibus arabicis quae recentius conscriptae videntur, fol. 50. Is codex scriptus fuit anno Christi 1709. Sic enim fol. 54 a terg. habetur: " Et complementum huius benedicti libri fuit die dominica benedicta 18. mensis paoni (iunii) benedicti, anno „ SS. martyrum 1425, qui respondet diei 15. mensis rabii posterioris, anno hegirae 1121. Et Deus est adiutor, et ei confidimus. Scriba autem fuit, pauper, „ abiectus, humilis, indignus qui nominetur inter homines, propter multitudinem peccatorum suorum, quae elevata sunt super caput eius, Iob filius Theodori, scriptor harum litterarum. Domine dimitte peccata eius. Amen. „

LVI.

Codex in 8. bombyc. foliorum 58, partim copticis partim arabicis litteris ac sermone exaratus, inter codices arabicos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos, olim vigesimus secundus; quo continetur.

1. Pedum lotio, seu ordo abluendi pedes die 5. mensis abibi (iulii) SS. Petro et Paulo apostolis sacro; non vero feria quinta maioris hebdomadae, ut habet Assemanus tom. I. biblioth. orient. pag. 624. auctore Petro episcopo Behensae, ut in titulo habetur copt. arab. Incip. fol. 1. 2. Lectiones evangelicae, cum suis antiphonis ex psalmis, quae in processionibus festi crucis, et dominicae palmarum legi solent, copt. arab. fol. 48. a terg. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur descriptus.

LVII.

Codex in folio, membranceus, foliorum 279, copticis litteris et sermone eleganter exaratus, inter codices copticos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim sextus; quo continentur.

Sancti Iohannis chrysostomi sermones XXXVII; videlicet I. in illud Lucae cap. 12. v. 18. *destruam horrea mea.* Init. fol. 1. II. In illud Matthaei cap. 6. v. 24. *nemo potest duobus dominis servire, aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet;* ex homilia XXI. commentariorum eiusdem in evangelium Matthaei desumptus. Init. fol. 6. a terg. III. In illud Matthaei cap. 6. v. 28. *considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent; dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis;* ex sermone XXII. eiusdem commentariorum in Matth. Init. fol. 14. a terg. IV. In illud Matth. cap. 18. *quaecumque alligaveritis super terra, erunt ligata et in caelis.* Init. fol. 23. V. De paenitentia, ex commentario eiusdem S. doctoris in evang. Matthaei fol. 31. VI. In illud Matthaei cap. 1. *liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham;* ex homilia 2. commentariorum, eiusdem in evang. Matthaei, fol. 35. VII. De muliere haemoroissa, nempe quae sanguinis fluxum patiebatur; ex homilia XLVIII. commentariorum moralium eiusdem in Matthaeum fol. 45. a terg. VIII. De eleemosyna; ex homilia LII. eiusdem in Matthaeum, fol. 51. a terg. IX. Adversus superbiam et animi elationem, atque inanem gloriam, et quod is qui pravis animi affectibus assentitur, in omnem amaram servitutem pessime se redigit: insuper gaudere de quaerentibus bona iustorum, et maerere de pravis, nos S. doctor monet. Ex moralibus eiusdem commentariis in Matth. fol. 59. X. De iis, qui spem suam in hoc inani saeculo collocant; et de paenitentia, atque contritione, fol. 66. a terg.

XI. Adversus eos, qui asserunt Deum esse malorum auctorem. Ex eiusdem moralibus commentariis in Matth. fol. 74. XII. De arbore fici, de qua Matthaeus cap. 25, fol. 90. XIII. De nativitate domini nostri Iesu Christi, fol. 98. XIV. De epiphania Domini, fol. 112. XV. In illud genes. cap. XI. v. 1. *erat autem universa terra labii unius, et sermonis unius*, fol. 122. a terg. XVI. De paenitentia, et in illud psalmi XLVIII. v. 6. *cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me*, fol. 132. XVII. De muliere samaritana, fol. 136. a terg. XVIII. In illud Ioh. cap. 41. v. 4. *oportebat autem eum transire per fines Samariae*, usque ad finem capitis, fol. 141. XIX. De samaritana iterum, et in illud Ioh. cap. 12. v. 27. *nunc anima mea turbata est* etc., fol. 153. a terg. XX. De nuptiis Canae Galilaeae, et in illud Ioh. cap. 2. v. 4. *nondum venit hora mea*, fol. 158. XXI. De annunciatione benedictae deiparae Virginis, fine mutilus, fol. 166. a terg. XXII. De versantibus in maestitia, et afflictione; fine mutilus, fol. 172. XXIII. In epistolam II. D. Pauli ad Thessalonicenses, ex eiusdem sermone IV, fol. 179. XXIV. Ex eiusdem S. doctoris sermone V. in praedictam epistolam II. ad Thessalonicenses, fol. 184. a terg. XXV. In ultima verba epistolae II. D. Pauli

ad Thessalonicenses fol. 188. a terg.

XXVI. Ex eiusdem sermone quarto in epistolam I. ad Thessalonicenses, in illud cap. 3. v. 5. *propterea et ego amplius non sustinens, nisi ad cognoscendam fidem vestram*. Item de dilectione, fol. 196. a terg. XXVII. In illud epistolae I. divi Pauli ad Thessalonicenses cap. 4. v. 14. *hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus* etc. usque ad v. 16. inclusive, fol. 201. XXVIII. Ex moralibus item commentariis eiusdem in epistolam II. ad Thessalonicenses, fol. 211. a terg. XXIX. Item ex moralibus commentariis in epistolam II. ad Thessalonicenses fol. 218. XXX. Item in eandem II. epistolam, fol. 225. XXXI. Ex commentariis eiusdem S. doctoris in epistolam I. ad Corinthios, fol. 230. a terg. XXXIII. Item in epistolam I. ad Corinthios ibid. XXXIV. De paenitentia, ex sermone 12. eiusdem in epistolam I. D. Pauli ad Timotheum, legenda dominica quarta mensis abibi (iulii), fol. 256. a terg. XXXV. In epistolam divi Pauli ad Titum, fol. 262. XXXVI. Item in epistolam ad Titum, fol. 267. XXXVII. In epistolam ad Colossenses, fine mutilus, fol. 272. a terg.

Is codex, quem haud immerito ad nonum Christi saeculum referas; pertinuit olim ad monasterium S. Macarii in Nitria Aegypti; quemadmodum haec ostendit epigraphe, quae fol. 184. in calce sermonis XXIII. legitur. " In nomine Dei, " factum est monumentum huius boni libri per placitum Dei, curantibus fideli- " bus populis, sub patre Victore monasterii S. magni Macarii. Eius itaque, " quoad vixerit, mementote, ut Dominus misereatur eiusdem, filiorumque ipsius " spiritualium: cum vero de hac vita migraverit, Dominus animam eius cum " sanctis suis requiescere faciat. Mementote etiam patris Theodori lectoris, ut do- " minus misericordiam animae ipsius impertiatur. Iste enim librorum exscripto- " rum curam adhibuit. Ideo dominus Iesus Christus scribat nomen eius in li- " bro viventium. Amen, amen, amen.

LVIII.

Codex in folio membraneus foliorum 194, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos ex Aegypto in bibliothecam vaticanam a Iosepho Simonio Assemano inlatos, olim septimus; quo continetur.

1. Sermo de depositione reliquiarum SS. martyrum seniorum, id est monachorum quadraginta novem, et Magisteriani, eiusque quinque filiorum, facta in monasterio S. P. nostri pneumatophori Macarii in Scete Nitriae, die 5. mensis mechir (februarii) sub abbate sancto Iohanne hegumeno Gebromensinensi. Auctoris nomen latet. Eorum memoria recolitur in synaxario Coptitarum die 26 tybi (ianuarii) his verbis: *martyrium SS. PP. monachorum seniorum XLIX, qui caesi sunt a barbaris in Aegypto, sub Theodosio Arcadii filio imperatore.* Init. 1. 2. S. P. N. Zachariae episcopi civitatis Dei amantis Schou, homilia de ingressu Domini in Hierusalem, cum esset infans, eumque in brachiis suis gestaret Simeon, eidemque benediceret, fol. 10. 3. S. Iohannis chrysostomi, archiepiscopi Constantinopoleos, homilia de S. Michaële archangelo principe caelestis mi-

litiae: item de benignitate Dei, eiusque erga homines commiseratione; deque latrone qui ad dexteram D. N. Iesu Christi crucifixus est, fol. 24. 4. Martyrium athlophori et fortis Iesu Christi martyris S. Eusebii, filii Basilidis ducis, qui certamen suum consummavit die 23 mechir (februarii) sub Diocletiano, fol. 36. 5. Vita S. Dorothei, filii praefecti Isauriae, qui martyrii coronam adeptus est, absque effusione sanguinis, fol. 65. 6. Martyrium S. Polycarpi, Smyrnaeorum episcopi, apostolorum discipuli, quod consummatum est die 29. mensis mechir, fol. 79.

7. Mennae iustissimi, Besciadae seu Theopoleos episcopi, laudatio in sanctissimum ac beatissimum P. N. Macrobium martyrem, eiusdem urbis episcopum, quam dixit die 2. mensis pharmuthi (martii) ipsius S. martyris commemorationi sacro, fol. 90. 8. Zachariae episcopi Schou paraenesis, hocce titulo praenotata: " item „ sermo hortatorius ad religionem, magistri S. P. N. Zachariae, urbis Christi amantis Schou episcopi, habitus ad suos cives, quo eos adhortatur, ut ad Deum ex „ toto corde se convertant; ut nimirum ab eius ira liberentur. Plura enim loca pestis invaserat; sicque eos a malo salvos et incolumes servavit. In eodem „ sermone historiam Ninivitarum refert: „. Deest finis, fol. 108. 9. S. Iohannis chrysostomi archiepiscopi Constantinopoleos, homilia in psalmum sextum, quam sacro ieiunio praemisit, fol. 123. 10. Eiusdem homilia in illud psalmi XXXVIII. *verumtamen universa vanitas omnis homo vivens*, fol. 151. 11. Eiusdem homilia in psalmum quinquagesimum, fol. 160. 12. Magni, et universi orbis doctoris, S. Basilii Caesareae in Cappadocia episcopi, homilia de sancto ieiunio, fol. 178. Is codex ad decimum Christi saeculum videtur referendus.

LIX.

Codex in fol. membraneus foliorum 167, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos I. S. Assemani opera ex Aegypto in vaticanam bibliothecam inlatos, olim octavus; quo continetur.

1. Martyrium athlophori Christi martyris Iacobi persae (intercisi) qui agonem suum consummavit die 26. mensis hatur (novembris). Init. fol. 1. a terg. 2. Archelai episcopi Neapoleos, homilia de S. Gabriele archangelo; praemissa hac epigraphe. " Sermo, quem elucubravit magnus doctor divinarum rerum S. Ar- „ chelaus episcopus Neapoleos, in laudem S. Gabrielis archangeli; ubi etiam pro- „ fert dialogum repertum in veteribus constitutionibus, quas dominus noster Ie- „ sus Christus tradidit patribus nostris apostolis in urbe Hierusalem die 22. paoni „ (iulii). „ Init. fol 20. 3. Martyrium fortis Christi martyris S. Paphnutii, consummatum sub Diocletiano imperatore et Ariano praeside, die 20. pharmuthi (aprilis). Concordat cum vulgatis ex Metaphraste apud Surium et Lipomanum, medio tamen et fine mutilum, fol. 50. 4. Vita S. Macarii martyris antiocheni, principio mutila, fol. 58. Adnectitur historia triplicis eiusdem martyrii; quorum primum incipit, fol. 62. a terg. Alterum, fol. 66. a terg. Tertium, fol. 75. a terg. 5. S. Cyrilli alexandrini archiepiscopi Alexandriae, sermo de paenitentia, fol. 85. 6. Acta S. Macarii abbatis, hocce titulo praenotata. " Vita magni lu-

„ minaris, pneumatophori, qui omnes virtutes coluit et perfecit, S. Macarii pa-
„ tris et principis monachorum sacri montis scetensis, quam descripsit sanctis-
„ simus Serapion episcopus civitatis Dei amantis Thmueos, et S. Antonii pneuma-
„ tophori discipulus „. Init. fol. 96. 7. Eiusdem Serapionis laudatio in prae-
dictum S. Macarium, in duos sermones divisa, quorum primus incipit, fol. 137;
alter fol. 150. 8. Narratio de quodam haeretico, nomine Araca, qui negabat
resurrectionem mortuorum, et quomodo a monachis scetensibus falsi atque levi-
tatis fuerit convictus; fine mutila. Init. fol. 154.

Is codex scriptus fuit anno Christi 918. quemadmodum ostendit ista adno-
tatio, quae in clausula martyrii S. Macarii antiocheni, fol. 84. legitur. " Me-
„ mentote mei, quaeso, propter charitatem Dei; ego enim sum egenus, pauper,
„ peccator, huius libri scriptor, Iacobus minimus S. abbatis Iohannis Nigri fi-
„ lius; ut Deus mihi dimittat multa peccata mea, miseramque meam animam re-
„ quiescere faciat. Idcirco rogo vos omnes, ut dicatis: amen, fiat. Quicumque
„ autem dixerit, amen fiat, dominus meus Iesus Christus magnam ei misericor-
„ diam suam tribuet in hoc et in futuro saeculo. Amen. Anno SS. martyrum
„ 634. Bone Deus, amator hominum, qui intentionem pauperis viduae, quae
„ duo obtulit aera minuta suscepisti, suscipe intentionem famulorum tuorum, qui
„ in bonum hunc librum describendum ad perpetuam memoriam operam suam
„ contulerunt. Omni autem animae, quae hocce monumentum inspexerit, domi-
„ nus meus Iesus Christus impertiatur in hoc mundo misericordiam, deinde,
„ quum ex inani hac vita migraverit, praestet ei hereditatem cum sanctis, qui
„ in hoc libro laudantur. Amen, fiat „.

LX.

Codex in fol. membranceus foliorum 125, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a I. S. Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto illatos, olim nonus; quo continetur.

1. Martyrium sanctorum Pesurae episcopi Matsil, Aegypti civitatis, et trium sociorum eius episcoporum, nempe Sychii, Phanalichii, et Theodori: quorum capita ob Christi fidem obtruncata fuerunt in persecutione Diocletianaea, sub Kulchiano praeside, die 9. mensis thoth (septembris); principio mutilum, incipit fol. 2. 2. Martyrium strenuissimorum martyrum Abironis, seu Pyrrhi, eiusque fratris Athomi, ex oppido Iascmbudi, Busirio inferioris Thebaidis civitati, finitimo; in tres partes divisum, utpote qui sub tribus praesidibus, nempe Ariano comite Alexandriae, Pompeio Pelusii, et Publiano Busirii, Diocletiano et Maximiano imperatoribus, passi sunt, die 5. mensis epiphi (iulii) quo eorum memoria in synaxario Coptitarum recolitur. Pars prima incipit, fol. 27. Pars secunda, fol. 28. a terg. Pars tertia, fol. 51. 3. Martyrium sanctorum Christi martyrum Iohannis presbyteri, et Simeonis eius patruelis, ex oppido Cenemolos, in confiniis Pannani civitatis Aegypti sito, quorum sanctum certamen consummatum fuit die 11. mensis epiphi, sub Armenio comite, Alexandriae praefecto. Init. fol. 62. 4. Pars

vitae abbatis Iohannis Nigri, cuius memoriam celebrant Coptitae die 25. mensis chiac (decembris) eiusdem abbatis mortuario. Is monophysita fuit; ideoque nomen eius ex missali coptico edito typis sacrae Congregationis de propaganda fide anno 1735. expunctum fuit. Init. fol. 86. Is codex decimo Christi saeculo videtur exaratus.

LXI.

Codex in fol. membraneus foliorum 223, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos, a I. S. Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim decimus; quo continetur.

1. Vita S. patris nostri Simeonis Stylitae, ex Mesopotamia Syriae per Antonium monachum eiusdem discipulum conscripta, fine tamen mutila. Init fol. 1. 2. Martyrium S. Aboli, filii Iusti ducis, imperante Diocletiano, principio mutilum, fol. 31. Ad calcem codicis ex oscitantia bibliopegi, reiectum est folium unum, ad finem praedicti martyrii spectans, in quo isthaec adnotantur. " Explicit martyrium S. Aboli, filii ducis Iusti, electi Iesu Christi martyris, quod „ consummatum est die 1. mensis mesori (augusti) in pace Dei. Amen. Domine Iesu „ Christe lux vera et sapientia, atque charitate plene, qui viduae pauperculae in„ tentionem, et duo aera eius minuta accepisti, suscipe, quaeso, nunc domine „ Iesu Christe, Deus S. Aboli martyris, intentionem servi tui Georgii, filii Io„ hannis miseri, coniugis Annae, et filiorum Iohannis, et Iosephi, et remitte pec„ cata eorum. Dona requiem miseris eorum animabus in sinu Abrahami, Isaaci, „ et Iacobi (1), efficianturque digni iustorum resurrectione. Scribe eos in hereditа„ tem sanctorum suorum. Amen „. Quae sub initio huius martyrii desiderantur, ex codice arabico CLVIII. suppleri possunt, ubi idem omnino martyrium arabice redditum exhibetur. 3. Martyrium S. Abaori presbyteri setnuphensis, Diocletiano et Maximiano imperantibus, die 9 mesori, fol. 69.

4. Petri alexandrini archiepiscopi, qui suffectus est S. Athanasio, monita ad eos qui spem suam in divitiis, et opibus, atque in sua fortitudine collocant, aeterna abiicientes, solis vero temporariis incumbentes; ubi etiam agit de resurrectione mortuorum, et de iis qui propter munera a recta sententia deflectunt. Hortatur praeterea optimates et principes viros, ut pauperes diligant eisque opitulentur. In fine vero de laudibus et cultu S. Michaëlis archangeli, caelestium virtutum principe, loquitur, fol. 87. 4. Theodosii alexandrini archiepiscopi trigesimi tertii, homilia de oeconomia Christi domini et de assumptione dominae nostrae sanctae Mariae, quae in diem 16. mesori cadit, habita anno quo is e vivis decessit, nempe Christi 567: deest finis, fol. 122. 6. S. P. N. Athanasii alexandrini archiepiscopi et apostolici viri, homilia de tribus sanctis patribus nostris patriarchis Abraham, Isaac, et Iacob, habita occasione inventionis eorum corporum; ut in titulo dicitur, die 28. mensis mesori, quo eorundem sanctorum patriarcharum memoriam Coptitae recolunt. Dividitur in tres partes, quarum prima de Abrahamo, incipit fol. 148. a terg.; altera de Isaac, fol. 164; ter-

(1) Recole pag. 121. v. 7. a fine.

tia de Iacobo, fol. 178. 7. S. Gregorii theologi, episcopi nazianzeni homilia in illud Dei ad Abrahamum patriarcham, genes. XXII. 2. *tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, atque offeres mihi holocaustum supra montem, quem ego ostendam tibi*, fol. 191. 8. S. Amphilochii episcopi iconiensis homilia de patriarcha Abraham, cum filium suum Isaac obtulit in holocaustum, fine mutila, fol. 199. 9. S. Iohannis chrysostomi, constantinopolitani archiepiscopi, homilia in psalmum quinquagesimum, fine mutila, fol. 215.

Is codex exaratus fuit ante annum Christi 962. Sic enim fol. 148. diversa tamen a superiore manu adnotatum reperies. " In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, trinitatis aequalis sanctae (hic est Deus noster, in quo spem nostram ponimus, eique servimus) factum est hocce monumentum per quemdam fratrem nostrum Dei amantem monachum S. P. N. Macarii in Scete, cuius nomen soli Deo cognitum, qui nempe hunc librum aere suo comparatum bibliothecae patris domini mei Macarii addixit; ut patres posteri illum ex suggestu ad populum recitaturi, eius suorumque parentum meminerint. Ego etiam rogo omnes, qui hunc librum legerint, ut memores sint eiusdem, ut Dominus secundum magnam misericordiam suam misereatur eius, si quidem adhuc vivat, si vero ex hoc saeculo migraverit, illum recumbere faciat in sinu antiquorum sanctorum patrum nostrorum, Abraham, Isaac, et Iacob in paradiso deliciarum. Id quod etiam omni tempore consequetur omnis anima, quae dixerit, amen. Scripta haec sunt anno sanctorum martyrum 678, sub patre nostro Menna patriarcha alexandrino, per quem dominus noster Iesus Christus nos regit: hegumeno laurae S. P. N. Macarii in Scete, P. N. Chaële archipresbytero; oeconomo ecclesiae magni Macarii abbatis, P. N. Menna filio martyrum, episcopo; lectoribus vero ex suggestu S. P. N. Macarii, patribus nostris Menna diacono filio Pigiali, et altero Menna diacono filio magnae cellae. Dominus Deus noster det eis intellectum, quoniam diebus illorum factum est hocce monumentum. Mementote itaque scriptoris infirmi et abiecti Macarii, ut Dominus requiescere faciat miseram eius animam coram tremendo tribunali, amen. Et qui dixerit amen, eandem consequetur sortem in aeternum, amen,,. Mennas supra memoratus, huius nominis secundus, in serie patriarcharum alexandrinorum coptitarum sexagesimus primus recensetur. Ex monacho S. Macarii, ineunte anno Christi 961. creatus, quum annos fere undecim sedisset, obiit die 15. mensis athur (h. e. 11. novembris) anno Christi 970. Vide chronicon orient. Petri Rahebi, a Iosepho Simonio Assemano nova interpretatione donatum, et Venet. 1729. edit. pag. 139.

LXII.

Codex in fol. membraneus foliorum 298, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos, I. S. Assemani opera, ex Aegypto in vaticanam bibliothecam inlatos, olim undecimus; quo continetur.

1. Vita S. Macarii aegyptii abbatis monachorum montis scetensis. Festum huius sancti recolunt Coptitae die 27. pharmuthi. Priora commata vetustate consump-

ta. Incipit fol. 1. Desinit fol. 37. in hanc adnotationem. " Domine miserere „ servi tui Chaëlis filii Militis Decachi, amen. Domine fac ut quiescat servus „ tuus Serur filius Mennae „. 2. S. P. N. abbatis Danielis hegumeni scetensis, qui requievit in pace Dei die 8. bescensii, et sanctorum discipulorum eius, acta. Is monophysita fuit, eiusque nomen ex missali coptico, Romae typis S. Congregationis de propaganda fide anno 1735. impresso, expunctum. Init. fol. 37. In eius clausula fol. 55. haec legitur adnotatio " Domine miserere pauperis scriptoris „ Chaëlis filii Militis Decachi. Amen. Domine da intellectum patribus nostris le- „ gentibus, Serapioni diacono, et Mennae diacono. Amen. „ 3. Martyrium S. Apatelis martyris domini nostri Iesu Christi, qui certamen suum consummavit die 16. mensis epiphi (iulii) anno 8. imperii Diocletiani; quo generalis in Christianos persequutio dicitur excitata. Martyr autem ille patriam habuit Sabarum, urbis Bisciadae pagum. Deest finis, qui tamen infra ex codicibus LXII. et LXVI. ubi num. 3. idem martyrium exhibetur, suppleri potest. Init. fol. 56.

4. Petri (Moggi) alexandrini archiepiscopi vigesimi septimi, et Acacii constantinopolitani archiepiscopi, epistolae XIV, quarum octo Petri ad Acacium, cum hic paenitentiam egit, ut in titulo dicitur, id est cum monophysiticam haeresim amplexus est. Sex vero Acacii; quibus inscritur henoticon Zenonis imperatoris. Ibi adversus chalcedonense concilium, eiusque actiones potissimum disseritur. Porro epistola I. Petri Moggi ad Acacium, incipit fol. 69. Epistola II, fol. 70. a terg. Epistola Acacii I. ad Petrum Moggum, fol. 71. Petri epistola III. ad Acacium, fol. 73. Acacii epistola II. ad Petrum, fol. 74. a terg. Petri epistola IV. ad Acacium, fol. 76. Acacii epistola III. ad Petrum, fol. 77. Petri epistola V. ad Acacium, fol. 78. a terg. Acacii epistola IV. ad Petrum, fol. 79. a terg. Petri epistola VI. ad Acacium, fol. 81. Henoticon Zenonis imperatoris, fol. 82. Acacii epistola V. ad Petrum, fol. 84. a terg. Petri epistola VII. ad Acacium, fol. 85. a terg. Acacii epistola VI. ad Petrum, fol. 86. a terg. Petri epistola VIII. ad Acacium, fol. 88. 5. S. P. N. Euchodii magnae urbis Romae archiepiscopi (imo Evodii antiocheni archiepiscopi primi) homilia de domina omnium nostrum sancta Maria, fol. 90. 6. Homilia de S. Iohanne baptista, auctoris nomine atque initio destituta, fol. 120. 7. S. Theophili alexandrini archiepiscopi XXIII, anno Christi 412. defuncti, homilia de tribus pueris martyribus Anania, Azaria, et Misaële, habita die 10. mensis bescensii eorum memoriae sacro, cum templum, quod Alexandriae in honorem eorundem sanctorum ipse aedificaverat, consecravit, fol. 143.

8. S. Cyrilli alexandrini archiepiscopi laudatio in praedictos tres pueros Ananiam, Azariam, et Misaëlem, die dedicationis ecclesiae eorumdem, nempe 19. bescensii, Alexandriae habita; ubi signa recenset et miracula per eosdem sanctos a Deo patrata, fol. 166. 9. S. Alexandri alexandrini archiepiscopi XIX, laudatio in S. Petrum martyrem eiusdem urbis archiepiscopum, habita in ecclesia eiusdem, quae in occidentali parte Alexandriae sita est, die 29 mensis athur (novembris) fol. 189. 10. Martyrium S. Petri alexandrini archiepiscopi XVII, qui sanctum suum certamen consummavit die 29. mensis athur, anno 15. imperii Diocletiani, fine mutilum, fol. 198. 11. Isaacii patriarchae alexandrini XLI, au-

no Christi 688. defuncti, vita a Menna besciadensi episcopo conscripta, fol. 211. 12. Severi patriarchae antiocheni, epistola ad Anastasiam diaconissam, in illud Christi domini Matth. XXII. 35. *ut veniat super eos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, ad sanguinem Zachariae filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altare*; fine mutila, fol. 243. 13. Martyrium S. Didymi darsensis ex Teneto, eiusque sociorum, imperante Diocletiano, die 8. mensis toth (septembris) hora diei tertia consummatum; principio mutilum, fol. 253. 14. Homilia de SS. innocentibus ab Herode interfectis, auctoris nomine et principio mutila, fol. 266. 15. S. Martyriani anachoretae vita, principio mutila, fol. 277. Is codex, quem non inmerito ad decimum Christi saeculum referas, addictus olim fuit monasterio S. Macarii in monte scetensi, a Philotheo et Zacharia monachis, quemadmodum folio 142. adnotatur.

LXIII.

Codex in folio membraneus foliorum 188, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a I. S. Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos, olim duodecimus; quo continetur.

1. Laudatio in S. Michaëlem archangelum; ubi et de miraculo ab eodem in Dorotheum et Pistem patrato; auctoris nomine et principio mutila, fol. 1. 2. Acta S. Theodori, et sociorum martyrum, hocce titulo praenotata. " Martyrium „ S. Theodori fortis Iesu Christi martyris, qui nuncupatur orientalis, eiusque so- „ ciorum martyrum, quos Dominus ad idem certamen vocavit, quique cum ipso „ martyrii palmam adepti sunt: videlicet S. Leondii arabis, et Panegyri persae, „ qui sanctum agonem suum magna fortitudine consummaverunt die 12. tybi (ianuarii); fine mutilum. Init. fol. 28. 3. Martyrium SS. Apatelis et Irenes eiusdem sororis, filiorum Basilidis Romanorum ducis, qui certamen suum confecerunt die 28. mensis toth (septembris) imperante Diocletiano, fol. 55. 4. S. Iohannis chrysostomi archiepiscopi constantinopolitani, homilia in illud apostoli II. ad Corinthios V. 17. *si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt: ecce sunt omnia nova*, fol. 79. 5. B. Theodori Ancyrae in Galatia episcopi laudatio in S. Georgium martyrem ex Diospoli Palaestinae, habita die 23. mensis pharmuthi, venerandae eiusdem S. martyris commemorationi sacro, fol. 106. 6. Martyrium S. Serapamonis, initio mutilum, fol. 173. Is codex ad decimum Christi saeculum videtur referendus.

LXIV.

Codex in folio, membr. foliorum 182, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a I. S. Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim decimus tertius; quo continetur.

1. S. Macarii abbatis vita, principio et medio mutila. Incipit fol. 1. 2. S. Pauli primi eremitae vita a S. Hieronymo conscripta; uti haec ostendunt ver-

ba, quae in eius clausula leguntur: " ego Hieronymus peccator precor vos „ omnes, qui legitis hunc librum, ut mentionem mei faciatis etc. „ Alterum folium deest. Init. fol. 31. 3. S. Antonii abbatis gesta, ex narrationibus seniorum monachorum decerpta; ubi etiam S. Macarius, et SS. abbates laudantur, fol. 39. a terg. 4. De sanctis Macariis, aegyptio, et alexandrino, sermo: ubi eorundem sanctorum praeclara gesta et dicta memorantur, fol. 132. a terg. 5. Palladii historiae lausiacae fragmentum, fol. 153. Is codex decimo Christi saeculo videtur descriptus.

LXV.

Codex in folio membran. foliorum 120, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a I. S. Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim decimus quartus; quo continetur.

1. Marci patriarchae alexandrini XLIX, homilia didascalica, hocce titulo praenotata. "Oratio habita a christophoro fideli pontifice, Christi gregis pastore, novo Marco, Alexandriae archiepiscopo, de servatoris nostri sepultura, clamoribusque illorum, qui in inferis erant. Item de eductione Adami, omniumque cum ipso existentium apud inferos. Ibi quoque disserit adversus eos qui asserunt, Dominum omnino esse mortuum, immortalem nempe Deum mortalis carnis instar efficientes, ipsumque secundum naturam suam passum esse arbitrantur. Probat itaque divinitatem ipsius Domini secundum naturam suam esse immortalem, eundemque secundum carnem pro nobis passiones et mortem subiisse etc. „ Huiusce homiliae meminit Renaudotius in vita eiusdem Marci pag. 246, eamque veluti professionem fidei a praedicto patriarcha editam, quum in sede patriarchali collocatus fuisset, affirmat. Erat quippe in usu ecclesiarum orientalium, ut novi antistites rationem fidei suae coram episcopis, sacerdotibus, et plebe, simulque doctrinae specimen darent. Atque hae erant hexegeses, quarum aliquae adhuc extant in codicibus mss. quamvis, praesertim apud Nestorianos, qui Bagdadi sedem primi fixerunt, maior postea eloquentiae arabicae quam doctrinae ratio habita fuerit. Incipit ea homilia fol. 1. a terg. 2. Theodori patriarchae Antiochiae, in sanctos Theodoros; cuius titulus " laudatio quam elucubravit Christi confessor, „ et martyrum gloriae celebrandae cupidus, sanctus Theodorus archiepiscopus Antiochiae, in sanctos martyres, strenuos viros, Theodorum orientalem, et Theodorum ducem filium Iohannis aegyptium, qui martyrii coronam, Diocletiano imperante, adepti sunt. „ Est in medio et fine mutila. Init. fol. 30. 3. Vita S. P. N. abbatis Onuphrii anachoretae, a S. Paphnutio anachoreta conscripta; ubi etiam gesta S. Timothei anachoretae et aliorum quatuor anachoretarum tabennensium, Iohannis, Andreae, Baclamonis, et Theophili narrantur. Init. fol. 99. Is codex scriptus fuit anno Christi 979, ut haec docet epigraphe, quae fol. 120. ad calcem apposita est. " Mementote Domine servi tui minimi Gabrielis diaconi, filii „ Mennae, ex dioecesi Thmueos, et dimitte illius iniquitates amen. Anno martyrum 695.

LXVI.

Codex in fol. membr. foliorum 313, copticis litteris et sermone varia manu exaratus; inter codices copticos a Iosepho Simonio Assemano in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim decimus quintus; quo continetur.

1. " Martyrium S. Ignatii nuncupati deiferi, qui fuit episcopus Antiochiae post „ apostolorum praedicationem; martyrium vero suum Romae consummavit die 7. epi- „ phi (iulii) in pace Dei amen.„ Init. fol. 1. 2. S. Senuthii abbatis vita, hocce titulo praenotata. " Pauca ex virtutibus, et miraculis a Deo per patrem nostrum „ prophetam abbatem Senuthium presbyterum, et archimandritam patratis, et a S. „ Bisa eius discipulo enarratis, ad gloriam Dei et ad utilitatem omnium illa au- „ dientium; ut Deum glorificent omni tempore, praesertim die commemorationi „ eiusdem S. Sanuthii sacra, quae in 7. diem mensis epiphi incidit. In pace Dei, „ amen „. Init. fol. 19. 3. Martyrium S. Isaac monachi ex Dephre in confinio Pannaui, consummatum die 6. bescensii, Diocletiano imperante, fol. 30. Desinit in hanc adnotationem, fol. 95. " In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Fac- „ tum est hoc monumentum parvi huius libri per Dei amantissimum patrem Abra- „ hamum de Colatha, eiusque filios spirituales, a quibus hic ipse liber addictus „ fuit ecclesiae S. P. N. Macarii in Scete, sub patre nostro S. Cosma alexandrino „ archiepiscopo, et Iacobo diacono lectore, suggerente eodem S. P. N. Macario „ En prostratus, quaeso, mementote mei egeni, peccatoris, calligraphi Theodori, „ filii spiritualis patris mei Abrahami de Colatha, ut Dominus meus Iesus Chris- „ tus dimittat mihi peccata, et omnia scelera mea, amen „. Cosmas hic memoratus in serie patriarcharum alexandrinorum coptitarum quinquagesimus octavus, obiit anno Christi 933, quum annos duodecim sedisset.

4. Martyrium athletae Christi S. Epimae ex Beuclao in confinio Bemgae seu Behensae, Thebaidis inferioris urbis, qui sanctum certamen consummavit die 8. mensis epiphi, Diocletiano imperante. Init. fol. 96. a terg. 5. Mosis urbis Copti episcopi, in S. patrem Pisentium seu Basnodium, eiusdem urbis episcopum, laudatio secundum ea quae sibi de eodem sancto retulit Iohannes ipsius discipulus. Eius memoriam Coptitae recolunt die 13. epiphi. Incipit fol. 124. Desinit fol. 155, in isthaec calligraphi verba. " Benedictio S. P. nostri Pisentii sit nobiscum omnibus, amen amen. Mementote „ calligraphi, egeni, peccatoris, Iacobi filii patris Thanuti, filii patris Iohannis „ Chamae, i. e. nigri; ut Dominus miseram eius animam requiescere faciat, amen. „ Anno sanctorum martyrum 634. (Christi 918) „. 6. Martyrium sancti domini nostri Iesu Christi martyris, puri Apatelis, quod fortiter obtinuit die 16. mensis epiphi, imperante Diocletiano. Init. fol. 156. 7. Martyrium S. Theodori ducis, strenui martyris domini nostri Iesu Christi, qui martyrii coronam consequutus est die 25. mensis epiphi, imperantibus Diocletiano et Maximiano, fol. 233. 8. Pauca ex signis et miraculis, quae Deus patravit per eundem sanctum Theodorum, post ipsius S. martyrii consummationem, fol. 194. a terg. 9. S. Cyrilli alexandrini archiepiscopi, sermo de cautela et circumspectione animae, quae Deo se commendat; ubi et de iis, qui moriuntur inimicitias inter se habentes. Item de Theophilo et Epiphanio,

qui in S. Iohannem chrysostomum sententiam condemnationis tulerunt, deque Sisinio eunucho, qui ad aedem S. Theodori ducis accessit, ibique Deum ipsius Theodori precatus est, ut principatui suo restitueretur, fol. 211.

10. Martyrium S. martyris domini nostri Iesu Christi Abanubi naisensis, qui certamen suum consummavit die 24. mensis epiphi, sub Diocletiano imperatore, fol. 233. 11. S. Iosephi sponsi B. V. Mariae vita (apocrypha) cui hic titulus praefigitur. " S. P. N. Iosephi fabri lignarii, Christi secundum carnem (immo opinionem) patris, „ migratio e corpore, sive obitus, quum aetatis annum ageret centesimum undecimum; cuius vitam universam servator apostolis in monte Oliveto exposuit, apostoli vero ea quae sequuntur scriptis mandarunt, et in bibliotheca hierosolymitana „ collocaverunt. Dies autem, quo benedicti senis corpus humatum fuit, in vigesimam sextam diem mensis epiphi incidit; quo eius memoriam Coptitae in synaxario recolunt. „ Init. fol. 269. 12. S. Gregorii theologi Nazianzi urbis episcopi homilia de pauperibus charitate complectendis, legenda dominica prima mensis epiphi. Incipit fol. 288. Desinit fol. 313. a terg. in hanc epigraphen diversa a superioribus manu exaratam. " Oro, obtestorque vos, domini et patres mei, clerici et populi „ domini ac patris mei S. Macarii, ut memores mei sitis, ut Christus Deus meus „ egenae animae meae requiem donet, et in tremendo tribunali peccata mea dimittat, et propitius sit mihi peccatori Bisac diacono monacho filio Macarii de oppido Bihor in confinio Damiatae: utque requiescere faciat, omnes patres meos „ spirituales, et parentes meos corporeos, amen. Qui vero dixerit amen, consequetur „ omnem benedictionem. Scripta haec sunt anno martyrum 741, periodi 13. anno „ 133. (periodus complectitur annos 532) anno creationis mundi 6517, cycli solis „ 13, lunae vero 15, die 25. mensis paophi, feria quinta, hora diei undecima. „ Per Iesum Christum dominum nostrum amen „.

LXVII.

Codex in fol. membr. foliorum 139, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a Iosepho Simonio Assemano in bibliothecam vaticanam ex Aegypto inlatos, olim decimus sextus; quo continetur.

1. Beniamini patriarchae alexandrini trigesimi octavi, homilia de nuptiis Canae Galilaeae. Init. fol. 1. 2. Vita sanctorum Maximi, et Domitii, filiorum Valentiniani imperatoris, hocce titulo praenotata. " Vita sanctorum romanorum Maximi „ et Domitii, filiorum Valentiniani imperatoris Romanorum, qui bonam vitam omnibus praeditam virtutibus exegerunt, quique cuncta sancti evangelii praecepta „ impleverunt. Prior quidem, nempe Maximus, requievit die 14. tybi, alter vero, „ nempe Domitius, die 17. eiusdem mensis. Hanc porro eorum vitam narravit abbas Bisaeus constantinopolitanus, archidiaconus monasterii montis Scetensis, sub „ abbate Macario perfecto viro, et divo Isidoro, qui diaconus obiit, et cui suffectus est abbas Niger. Bisaeus autem candem vitam memoriter scripsit, et in „ ecclesia posuit, ad utilitatem omnium legentium; ut nimirum vitam suam secundum Deum agerent. „ Eorum memoriam Coptitae in suis synaxariis recolunt

die 17. praedicti mensis tybi (ianuarii) his verbis. " Commemoratio sanctorum glorio-
„ sorum Maximi, et eius fratris Domitii, monachorum sub S. Macario. Init. fol. 54.

3. Basilii magni homilia de B. V. Maria, fine mutila; cui haec epigraphe praefigitur. " Sermo, quem S. Basilius Caesareae in Cappadocia episcopus habuit de commemoratione purissimae omni tempore sanctae Mariae verae Dei genitricis, in nova ecclesia sub Eumenio praeposito in orientali parte exstructa, „ quam ipse Basilius die 21. mensis paoni (iunii) consecravit. Quo in sermone „ catechistico sanctus doctor nobis ostendit, eodem die 21. paoni, ecclesiam in „ honorem B. Virginis ab apostolis conditam fuisse atque perfectam. In hoc etiam sermone loquitur de scortatoribus et adulteris, deque divitibus immisericordibus, quorum mansio in aeternis erit poenis „. Init. fol. 69. 4. Martyrium S. Serapionis D. N. I. C. martyris, ex Panephosio oppido in confiniis Mesisciothi sito, consummatum die 27. mensis tybi, quo die eius et centum quadraginta martyrum sociorum memoria in synaxariis Coptitarum celebratur. Init. fol. 90. a terg. 5. Demetrii patriarchae antiocheni homilia fine mutila, cui hic titulus praefixus. " Sermo exaratus a sancto patre Demetrio archiepiscopo Antiochiae (qui magnum „ Iohannem chrysostomum presbyterum ordinavit) in illud Isaiae cap. I. v. 16. „ lavamini mundi estote etc. Ibi etiam agit de paenitentia, demonstratque piorum hominum vitam ad finem usque in paenitentia fuisse exactam. „ Loco Demetrii legendum puto Flaviani, qui Iohannem chrysostomum ad presbyteratus ordinem anno Christi 385. promovit: nullus autem Demetrius in serie patriarcharum antiochenorum recensetur. Init. fol. 110. Is codex scriptus videtur decimo Christi saeculo. Calligraphi nomen fol. 33. a terg. hisce adnotatum verbis reperies. " Misericordia scriptori, amen. Lectori pax nonagies novem, amen. Auditori „ intellectus, amen. Deus remitte peccata minimo Semennudi Babylon, amen. „

LXVIII.

Codex in folio membraneus foliorum 198, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos, I. S. Assemani opera, in vaticanam bibliothecam ex Aegypto inlatos, olim decimus septimus; quo continetur.

1. Martyrium S. martyris Christi Cyri militis scetensis, omniumque eius sociorum, qui agonem suum consummaverunt die 14. mensis epiphi (iunii) anno imperii Diocletiani 18. sub Ariano praeside. Init. fol. 1. 2. Martyrium S. Lucae evangelistae, consummatum die 22. mensis paophi (octobris), fol. 16. 3. Martyrium S. Cyriaci archiepiscopi hierosolymitani, qui sanctam crucem Domini invenit, et Annae eius matris, fol. 22. 4. S. Basilii magni homilia hocce titulo praenotata. " Sermo, quem S. Basilius Caesareae in Cappadocia episcopus habuit, quum ad „ eum invisendum monachi venerunt, qui inter se de sacris litteris disserentes, „ interogaverunt illum, dicentes: expone nobis de arca Noë, tempore diluvii „ quod mundo propter peccata hominum supervenit, exstructa. Sanctus igitur Basilius fidem eorum perspiciens, eisdem morem gessit, et textum illum tam spiritaliter, quam litteraliter interpretatus est. Pauca etiam de animarum illorum

„ salute, uti et de honesta conversatione fratrum monachorum effatus est „ . Init. fol. 33. 5. S. Iohannis Colobi (seu exigui) abbatis vita, hocce praefixo titulo. " Vita magni luminaris, omnibusque virtutibus praediti, et Scetes hegumeni, ab„ batis Iohannis Colobi, quam laboris amator, et pietatis magister pater Zacharias „ sanctissimus civitatis Christi amantis Schou enarravit, rogantibus piis ac Dei „ amantibus viris, maximeque urgentibus, ut hocce opus aggrederetur: ipse vero „ recitavit hanc enarrationem die sanctae et venerandae eius commemorationi sa„ cro; h. e. 20. mensis paophi (octobris). Init. fol. 53.

6. S. P. N. omni veneratione digni, Ephraem Syri, sermo de muliere peccatrice, in S. evangelio laudata, quae salvatorem nostrum unguento unxit, et ipse ei peccata remisit, legenda dominica prima mensis paophi, fol. 105. 7. Dioscori alexandrini patriarchae vigesimi quinti, in Macarium Etcopoleos episcopum, laudatio quam dixit, quum hic a Marciano imperatore in Gangram insulam relegaretur; a Petro, et Theopisto eiusdem Dioscori discipulis descripta. Init. fol. 118. 8. S. Iohannis chrysostomi archiepiscopi constantinopolitani, homilia de filio iuniore qui substantiam suam libidinose vivendo dissipavit, legenda dominica tertia mensis paophi, et dominica secunda mensis mesori (augusti). Init. fol. 163. 9. Eiusdem S. Iohannis chrysostomi constantinopolitani archiepiscopi, homilia de timore mortis, et de amaris poenis, deque iudicio Dei, sabbatho primo mensis paophi recitanda, fine mutila. Init. fol. 177. 10. S. Severiani Gabalorum episcopi, homilia de paenitentia, et de egressu animae e corpore, deque extremo iustorum et peccatorum iudicio, legenda sabbatho secundo mensis paophi, fine mutila. Init. fol. 188. 10. Martyrium S. Anatolii persae, imperante Diocletiano, principio et fine mutilum, fol. 191.

Is codex exaratus fuit anno Christi 957, uti haec docent calligraphi verba, quae fol. 162. in clausula laudationis Dioscori alexandrini patriarchae in Macarium episcopum leguntur. " In nomine patris et filii et spiritus sancti, sanctae Trinitatis con„ substantialis, existentis in unitate indivisa. Factum est hoc monumentum boni hu„ ius libri per fratrem nostrum dilectum Theodosium filium patris mei Mennae „ presbyteri magnae cellae, et eius patrem corporeum, patrem meum Homisium, „ eiusdemque matrem Mariam, et fratres spirituales patrem Theodorum, patrem „ Gabrielem, et patrem Macarium diaconum, et reliquos fratres omnes. Perfecit „ ille hunc librum proprio labore, cumque monasterio S. P. nostri magni Maca„ rii in Scete addixit, ad usum populi. Rogo igitur omnes lectores atque audi„ tores, ut dicant: Domine tribue illi magnam misericordiam tuam in hoc mun„ do: quum vero inde migraverit, dona illius animae requiem in sinu priorum „ patrum nostrorum Abrahaam, Isaac, et Iacob in paradiso deliciarum. Et qui „ dixerit amen, accipiet et ipse benedictionem. Mementote patrum nostrorum lec„ torum, Serapionis, Mennae diaconi filii Pighiali, et Mennae diaconi magnae „ cellae; ut Deus impertiatur eis misericordiam suam, in praesenti et in futuro sae„ culo, amen. Die 8. mensis phamenoth (martii), anno sanctorum martyrum sex„ centesimo septuagesimo tertio. „

Eodem folio a terg. recentiore manu addita est isthaec adnotatio, historiae aegyptiacae studiosis haud iniucunda. " Mementote mei, sancti patres mei,

„ clerici, et omnes qui hocce monumentum lecturi estis, sive patriarchae,
„ sive episcopi, aut presbyteri, sive diaconi, hypodiaconi et lectores, si-
„ ve monachi, et laici. En provolutus coram Domino ad benedictos pedes ves-
„ tros, vos precor, ut veniam multorum peccatorum meorum a Deo implore-
„ tis mihi famulo, maximo omnium hominum peccatori, luce huius mundi, ac
„ praesertim magno nomine, quod mihi minimo datum est, prorsus indigno. Ego
„ sum Ioseph diaconus, et apostolus Dompiae (provinciae Aethiopiae in qua
„ urbs regia huius nominis est): qui redii ad monasterium tempore magnae tribu-
„ lationis, quae adversus ecclesias et monasteria contigit, diebus filii Nazari, qui nun-
„ cupatur Hachemus. Verum haec omnia evenerunt nobis mala, propter multa pec-
„ cata et scelera quae commisimus. Deo itaque adiuvante veni ad monasterium,
„ ut in eo corpus Christi sumerem; quoniam locus S. P. N. Macarii in monte
„ Scetes, imperante Hachemo, indemnis fuit. Perficiat Dominus misericordiam
„ suam in nobis. Praeterea maximum tota Aegyptus hoc anno passa est terrae mo-
„ tum, propter tyrannidem principum. Salvus autem et incolumis ex huius
„ mundi aerumnis, et ex morte terrae motus perveni ad praedictum monasterium
„ die 25. mensis mesori (augusti) mane, exeunte anno Diocletiani, i. e. martyrum,
„ septingentesimo trigesimo (Christi 1014.) Attamen, o sancti patres, Deus miser-
„ tus est populi sui. Aquae Nili creverunt in altitudinem duodeviginti brachio-
„ rum super terram, quo quidem tempore abbas Zacharias archiepiscopatum to-
„ tius Aegypti gerit. Christus tamen regnat super nos in aeternum, amen. „

Hachemus heic memoratus, sextus ex dynastia Phatemitarum chalipha, regnavit annis 25, et mense uno, atque a sorore Settalmolka occisus anno Christi 1020, aetatis 36. Eius in Christianos saevissimam persecutionem describit ex Elmacino et Macrizio Renaudotius hist. patriarch. alex. pag. 387. in vita Zachariae alexandrini patriarchae LXIV, cuius supra in eadem adnotatione fit mentio. Aeque Hebraeis et Mahometanis infestus Hachemus fuit; quippe qui se Deum praedicabat: duodecim habuit discipulos, et plurimos asseclas, qui illum adhuc superstitem esse, et ad tempus latere fabulantur: hos inter Drusi, Phoeniciae praesertim incolae, qui eundem, ceu superstitionis suae auctorem, venerantur.

LXIX.

Codex in fol. membr. foliorum 232, copticis litteris et sermone exaratus, inter codices copticos a I. S. Assemano in vaticanam bibliothecam inlatos, olim decimus octavus; quo continentur.

1. Vita, et gesta S. Theodori abbatis, discipuli S. Pachomii, principio et fine mutila. De eo martyrologium romanum bis agit, et primo quidem die 28. decembris, hisce verbis. " In Aegypto S. Theodori monachi discipuli S. Pachomii. „ Deinde vero die 7 ianuarii. " In Aegypto B. Theodori monachi, qui tempore Con-
„ stantini magni, floruit sanctitate, cuius meminit S. Athanasius in vita S. Antonii. „ Synaxarium autem copticum eius memoriam ad diem 2. mensis pachon, seu besceusii, refert; quo quidem die ipsum obiisse, haec tradunt acta, quorum scrip-

tor ignoratur. Init. fol. 1. 2. Martyrium S. Iohannis novi martyris, ex oppido Oliveto regionis Poscin, dioeceseos Pivanae ad ripam fluminis Aegypti (nempe Nili) sito, qui martyrium suum consummavit die 4. mensis bescensii, feria 5, hora 6, sub Alkamelo filio Aladeli Persarum et Arabum rege; diversa tamen et recentiore manu descriptum. Eius memoria in synaxariis copticis desideratur. Init. fol. 40. 3. Martyrium S. Isaac, ex urbe Dephra, provinciae Panaviae, consummatum die 6. bescensii, Diocletiano imperante. De eo eadem die synaxarium copticum agit. Init. fol. 56. 4. Vita et gesta S. Macarii alexandrini, principio mutila. Fol. 67. 5. Laudatio in sanctos tres pueros, Ananiam, Azariam, et Misaëlem; aubiecta historia octo miraculorum a Deo per eosdem sanctos in Aegypto patratorum; auctoris nomine et principio mutilum. Fol. 85. 6. Sermo de trium puerorum et Danielis prophetae gestis; ubi et de vero ieiunio, et de incarnationis filii Dei mysterio; auctoris nomine et principio mutilus; fol. 103. 7. Vita et gesta S. Pachomii abbatis, principio et fine mutila. Fol. 130.

Is codex scriptus fuit anno Christi 1153, pertinuitque olim ad monasterium S. Macarii in monte Scetes, quemadmodum haec docet epigraphe, quae fol. 66. ad calcem martyrii S. Isaac dephrensis apposita est. " In nomine patris, et filii, et „ spiritus sancti, consubstantialis trinitatis, etc. Factum est hoc monumentum bo„ ni huius libri per theophoros monachos P. Chaëlem, et P. Gabrielem, qui „ hunc librum exaravit, eundemque bibliothecae D. P. nostri Macarii abbatis in „ monte Scetes addixit. Precamur igitur lectores et auditores, ut dicant: Domi„ nus impertiatur eis misericordiam in hoc saeculo; et quum inde migraverint, „ praestet eis requiem, eosque recumbere faciat in sinu priorum patrum Abra„ ham, Isaac, et Iacob, in paradiso deliciarum. Qui vero dixerit amen, recipiet „ omnem benedictionem, amen. Anno SS. martyrum 869. Eandem ferme adno„ tationem in clausula laudationis in tres pueros, fol. 102. a terg. repetitam invenies.

LXX.

Codex in fol. chartac. foliorum 125, partim copticis partim arabicis litteris ac sermone exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim trigesimus sextus, quo continetur.

1. *Semannudi* grammatica linguae copticae (1), quae *sollom*, i. e. *scala* inscribitur, arab. copt. Init. fol. 2. 2. *Ebn-Kateb Caisar*, i. e. *Caesaris filii*, *scribae*, *tabassora*, i. e. theoria sive grammatica linguae copticae, copt. arab. Init. fol. 12. a terg. (Utramque grammaticam edidit Kirkerius.) 3. *Senioris Asaadi Abulpharagii*, *ebn-Assali*, institutiones linguae copticae. Init. fol. 21. 4. *Al-Uagahi Calliopaei* praefatio in grammaticam quae *kaphia*, i. e. *sufficientia* nuncupatur; copt. arab. fol. 28. 5. *Teki ebn-Dohairi Calliopaei institutiones linguae copticae*, arabice expositae, fol. 37. 6. *Abulbarkati ben-Cabari* presbyteri, *scala magna*, seu lexicon coptico-arabicum per materias, in decem portas, seu capi-

(1) Legesis Stephanum Evodium Assemanum de hoc aliisque grammaticalibus Coptorum scriptis in catalogo codicum orient. bibliothecae mediceae p. 410. sqq.

ta, triginta duas sectiones omnino complectentia, distributum; quarum series initio praefigitur. Init. fol. 62. a terg. (Edidit Kirkerius.) Is codex scriptus fuit a Iohanne hegumeno coptita anno Christi 1684. "Explicit *scala aurea*, collecta „ a doctore fideli praestantissimo Benassali. Requiescere faciat Deus animam eius. „ Absolutae autem sunt decem portae in pace Domini, amen. Et fuit comple- „ mentum huius libri benedicti feria quarta, die 5. mensis barmudi, anno cop- „ tico millesimo quadringentesimo SS. martyrum. Largiatur nobis Deus sanctas „ benedictiones eorum, amen. Famulus vester hegumenus Iohannes hunc li- brum scripsit „. Qui tamen perperam *scalam magnam*, sub numero sexto et ultimo supra recensitam, Benassali tribuit. Eius enim genuinus auctor est Abulbarkatus ben-Cabari, quem in titulo laudavimus, cuius etiam hoc ipsum opus in sequente codice num. 6. exhibetur.

LXXI.

Codex in fol. bombyc. foliorum 170, copticis et arabicis litteris ac sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri a Valle olim septimus; quo continetur.

1. *Semannudi* grammatica linguae copticae, quae *sollom*, id est *scala* inscribitur; arabice, uti et quae sequuntur, exposita. Init. fol. 4. 2. *Ebn-Kateb Caisar* i. e. *filii Caesaris*, *scribae*, *tabassora*, i. e. *theoria*, sive contemplatio in grammaticam copticam. Init. fol. 12. 3. *Senioris Asaadi Abulpharagii Bennassali* praefatio sive institutiones linguae copticae. Init. fol. 18. 4. *Al-Uaglbi Calliopaei*, praefatio sive grammatica coptica, *kaphia*, i. e. *sufficientia*, nuncupata. Init. fol. 24. a terg. 5. *Al-Teki ben-Dohairi grammatica coptica*, fol. 31. a terg. 6. *Abulbarkati*, *ben-Cabari* presbyteri *scala magna*, sive lexicon coptico-arabicum, per materias, in decem portas, seu capita, distributum. Init. fol. 49. a terg. 7. *Abu-Isaac filii Abilmophdal*, *Benassali*, *scala electa*, *et aurea pura*, sive lexicon sacrum coptico-arabicum, in quo voces copticae, quae in novo testamento occurrunt, iuxta alphabeti coptici seriem digestae, arabice redduntur. Init. fol. 103. (Edidit Kirkerius.)

Is codex scriptus fuit anno Christi 1321, uti haec docent calligraphi verba, quae folio 169. in calce leguntur. "Et exaravit hunc librum pauper, idiota, monachus hu- „ milis, Gabriel filius Arrascidi, cognomento Kateb-Catelbak. Absoluta est autem e- „ ius descriptio in monasterio Tamuieh, feria sexta, die 21. mensis babae, novem- „ bris, anno 1037. SS. martyrum. Elargiatur nobis Deus eorum intercessionem, „ amen: et gloria Deo semper, amen. „ In fronte huius codicis, haec de eo manu Petri a Valle adnotata leguntur. " Anno salutis 1615. exeunte, in urbe Cayro, „ totius Aegypti hac tempestate celeberrima, dum antiquitatis monumenta, bar- „ barie atque ignorantia plane obsita, studiose perquirerem, librum hunc inter „ tenebras rudium ingeniorum latitantem inveni: quem, longinqua demum ac „ diuturna peregrinatione exacta, Romam advexi, ut eius singulari ad hoc ad- „ iumento, vetustissima aegyptia lingua, apud Aegyptios ipsos paene demortua, sa- „ cris ac profanis litteris illustrandis, iam tandem reviviscat, meamque ea in re

„ iuvanda, laborem, ac studium aeternae Urbi, patriae sanctissimae, addictum,
„ eidem bonarum artium parenti grata posteritas perpetuo acceptum ferat. Pe-
„ trus a Valle peregrinus patricius romanus.

LXXII.

Codex in 8. bombyc. foliorum 131, copticis et arabicis litteris ac sermone eleganter exaratus, inter codices orientales Petri a Valle, olim octavus; quo continetur.

1. *Semannudi scala*, sive institutiones linguae copticae, arabico sermone expositae. Init. fol. 1. 2. *Abu-Isaac fil. Abilmophdal Bennassali*, *scala electa*, sive lexicon sacrum coptico-arabicum, quo scilicet voces copticae, quae in testamento novo, in psalmis, et canticis, in liturgiis et in officio feriali Coptitarum occurrant, arabice exponuntur. Diversa est dispositio huius lexici ab eo, quod in praecedento codice recensuimus. Init. fol. 22. Is codex decimo quarto Christi saeculo videtur exaratus.

LXXIII.

Codex in 8. chartac. foliorum 175, copticis, et arabicis litteris exaratus, inter codices orientales a S. Congregatione de propaganda fide vaticanae bibliothecae addictos, olim quinquagesimus tertius; quo continetur.

Abulbarkati ben-Cabari, *scala magna* sive lexicon coptico-arabicum per materias, in decem portas, seu capita, distributum, fine mutilum. Quae tamen desunt, suppleri possunt ex superioribus codd. LXX. et LXXI, ubi idem lexicon exhibetur. Is codex ad decimum septimum Christi saeculum videtur referendus.

LXXIV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 150, copticis, ac arabicis litteris et sermone nitidissime exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo bibliothecae vaticanae ex testamento addictos, olim decimus septimus; quo continetur.

1. *Semannudi scala*, seu institutiones linguae copticae, arabice expositae. Init. fol. 1. 2. *Abu-Isaac fil. Almophdal, Bennassali*, *scala electa*, sive lexicon sacrum coptico-arabicum; ubi scilicet vocabula in novo testamento, psalmis, canticis, liturgiis, et officio feriali Coptitarum obvia, arabice exponuntur; ut in superiore codice LXXII. Init. fol. 31. Is codex, quem non immerito ad decimum quintum Christi saeculum referas, pertinuit olim ad *Hebetallah* alexandrinum; quemadmodum fol. 150. in calce adnotatur.

LXXV.

Codex in 8. bombyc. foliorum 113, copticis et arabicis litteris ac sermone exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae ex testamento addictos, olim decimus sextus; quo continetur.

1. *Abu-Isaac fil. Abilmophdal Benassali scala electa*, seu lexicon sacrum coptico-arabicum, in quo praecipua vocabula coptica, dialecti tabannensis, quae in novo testamento, in psalmis, et canticis, in liturgiis, et officio feriali Coptitarum occurrunt, arabice explicantur. Iuit. fol. 1. 2. *Semannudi scala*, sive institutiones linguae copticae, arabico sermone expositae. fol. 93. Is codex decimo quinto Christi saeculo videtur exaratus.

LXXVI.

Codex in 12. bombyc. foliorum 324, copticis et arabicis litteris ac sermone exaratus, inter codices copticos a Iohanne Baptista Raymundo vaticanae bibliothecae ex testamento addictos, olim vigesimus secundus; quo continetur.

1. *Semannudi scala*, sive institutiones linguae copticae, arabico sermone expositae. Init. fol. 1. 2. *Abu-Isaac fil. Abilmophdal Benassali*, *scalá electa*, sive lexicon sacrum coptico-arabicum, de quo in praecedentibus codicibus. Init. fol. 33. 3. Interpretatio nominum hebraicorum, quae in sacris libris et evangeliis obvia sunt, a S. Epiphanio episcopo Cypri elucubrata; coptice et arabice. Init. fol. 281. 4. Nomina dierum et mensium Coptitarum, coptice et arabice 5. Lexicon coptico-arabicum, sine titulo et auctoris nomine, principio mutilum, fol. 292. 6. Doctoris eiusdem *Ben-Kateb Caisar*, *tabassora*, i. e. *theoria*, sive grammatica linguae copticae arabicae exposita secundum librum *anmudeg*, *exemplaris*, nuncupatum. Deest finis, qui tamen ex superioribus codicibus LXX. et LXXI. suppleri potest. Init. fol. 308. a terg. 7. Ordo ministerii sacerdotis; ubi de sacris ritibus in celebratione missae observandis: arabicus, fine mutilus; incipit fol. 324. Is codex ad decimum quintum Christi saeculum videtur referendus.

LXXVII.

Codex in 4. bombyc. foliorum 75, copto-arabicus; quo continentur.

Lectiones et evangelia recitanda in die festo S. Iohannis baptistae. Is codex conscriptus fuit partim a quodam presbytero Georgio, partim a quodam Marco, ut pag. 21. a terg. adnotatur; et ad saeculum XIII. videtur referendus.

LXXVIII.

Codex assemanianus in 4. m. chartac. foliorum 143, coptice et arabice exaratus.

